ACTA
NUNTIATURAE POLONAE



Germanici Malaspina sigillum cereum pendens in capsulam metallicam inclusum documento convalidando card. Georgio Radziwiłł et capitulo Cracoviensi Cracoviae die 15 VI 1595 concesso adhibitum

in Archivo Capituli Cathedralis Cracoviensis, Diplomata, sign. 883 (vetus: 779), servatum

ACADEMIA SCIENTIARUM ET LITTERARUM POLONA

SUMPTIBUS FUNDATIONIS LANCKOROŃSKI

ACTA NUNTIATURAE POLONAE

TOMUS XV

GERMANICUS MALASPINA
(1591–1598)

*

Volumen 1
(1 XII 1591 – 31 XII 1592)
in quo publicantur etiam documenta legationem a latere cardinalis Georgii Radziwiłł necnon munera ab Attilio Amalteo et Maximiliano de Pernštejn expleta illustrantia

edidit
LESCUS JARMIŃSKI

CRACOVIAE 2000

In hoc volumine edendo collaboraverunt:

Pontificium Institutum Studiorum Ecclesiasticorum Romae
Institutum Historiae Academiae Scientiarum Polonae
nomini Thaddaei Manteuffel dicatum

Introductionem, summaria et annotationes Latine verterunt:
Iosephus Korpanty et Maria Maślanka-Soro

Correctiones fecit et textum graphice composuit:
Lescus Jarmiński

Indicem nominum personarum, locorum et institutorum praeparavit:
Lescus Jarmiński

ISBN 83-86956-70-4

CONSPECTUS RERUM

PRAEFATIO VII

INTRODUCTIO XI
1. De Germanico Malaspina nuntio eiusque sociis XI
2. De Georgio Radziwiłł cardinale legato XXXVIII
3. De Attilio Amalteo et Maximiliano de Pernštejn nuntiis XLVIII
4. De collectionibus fontium, qui in hoc volumine publicantur LIII
5. De huius editionis ratione LXV

ABBREVIATIONES GENERALES LXXVI

ABBREVIATIONES APPELLATIONUM ET TITULORUM LXXVII

FORMULAE INITIALES ET FINALES UNA CUM SUBSCRIPTIONIBUS IN EPISTULIS, QUAE IN HOC VOLUMINE PUBLICANTUR, APPARENTES LXXIX
1. Formulae salutationis LXXIX
2. Verba officiosa subscriptiones praecedentia LXXIX
3. Subscriptiones LXXX

INDEX FONTIUM, QUI IN HOC VOLUMINE PUBLICANTUR LXXXI

OPERA, IN QUIBUS FONTES IN HOC VOLUMINE EDITI IAM EX PARTE PUBLICATI SUNT LXXXVIII

STUDIA ET FONTES AUXILIARII, QUIBUS IN HOC VOLUMINE APPARANDO USI SUMUS XC

ELENCHUS CHRONOLOGICUS LITTERARUM ET DOCUMENTORUM CVI

TEXTUS 1

APPENDICES 417

VERBA OBSOLETA ET DIALECTI PROPRIA NECNON NONNULLAE VARIETATES AD RATIONEM SCRIBENDI PERTINENTES IN TEXTIBUS IN ITALICO SERMONE SCRIPTIS APPARENTES . . 458

FORMAE VETERES ET OBSOLETAE VERBORUM TEMPORALIUM FLEXURAE IN ITALICO SERMONE PRAESENTES 462

INDEX NOMINUM PERSONARUM, LOCORUM ET INSTITUTORUM 467

PRAEFATIO

Hoc tomo actorum nuntiaturae apostolicae Polonae a doctore Lesco Jarmiński curato atque publici iuris facto Academia Scientiarum et Litterarum Polona munus suum olim susceptum denuo subiit. Cuius muneris fata lectoribus enarranda ac explicanda sunt. Cum Leo XIII pontifex maximus a. 1881 Tabularium Vaticanum viris doctis aperuisset, factum est, ut de actis nuntiorum apostolicorum et a Polonis et ab aliis quaeri coeptum sit. Inter nostrates doctos, qui primi id archivum perscrutati sunt, fuit Theodorus Wierzbowski, tabularius Varsaviensis, qui a. 1887 partem litterarum Vincentii Laureo nuntii (1573–1578) publicavit. Sed a. 1885 Commissio Historica Academiae Scientiarum et Litterarum constituit, ut investigationes perpetuae in Archivo Vaticano inirentur. Anno 1886 Stanislaus Smolka primam „Expeditionem Romanam" instituit. Inde viri docti (non semper eidem) quotannis Romam ibant, primum ipso Stanislao Smolka duce, postea patrono tantum, scilicet annis 1890–1900, cum ille vir doctissimus secretarius generalis Academiae esset. Cum eo tempore Poloni rem publicam nullam haberent, Expeditionis socii ab Instituto Historico Austriaco Romae a. 1881 condito adiuvabantur. Demum post civitatem nostram renatam ex Expeditione Statio Polona a. 1927 facta est, quae primo in Hospitio S. Stanislai sedem sibi invenit.

In numero virorum, qui de studiis ab Expeditione Romana suscipiendis peragendisque optime meriti sunt, praeter Stanislaum Smolka nominandi sunt hi: Vladislaus Abraham, Vincentius Zakrzewski, Stanislaus Windakiewicz, Vitoldus Rubczyński, Ludovicus Boratyński, Victor Czermak, Felix Koneczny, Ioannes Ptaśnik, Vladislaus Semkowicz, Eduardus Kuntze, Ceslaus Nanke, alii. Qui viri omnes iam antea vel post insigni doctrina inter Polonos inclaruerunt. Primus labor fuit scripta omnis generis describere et colligere. Metuebatur enim, ne pontifices maximi, qui Leoni XIII in Sede Apostolica regenda successerint, studiis minus faverent atque Archivum Vaticanum clauderent. Quo factum est, ut documentorum collectorum editiones in posterum proferrentur, instituerentur autem „Thecae Romanae", quae numero plus quam ducentae sunt Cracoviae in Bibliotheca Academiae Scientiarum Polonae (Polska Akademia Nauk — PAN), quae fuit olim Academia Scientiarum et Litterarum (Polska Akademia Umiejętności — PAU).

Iam ante bellum illud, quo primum hoc saeculo totus orbis terrarum conflagravit, documenta collecta publicandi causa series editorialis *Monumenta Poloniae Vaticana* creata est. Cuius tres primi tomi, in quos Ioannes Ptaśnik operam contulit, annis 1913–1914 editi, continent acta Camerae Apostolicae ex saeculis XIII et XIV et *Analecta Vaticana*, quae vocantur, ex annis 1202–1366. Tomus IV huius seriei, a Ludovico Boratyński confectus, actis nuntiaturae Ioannis A. Caligari (1578–1581) destinatus est et a. 1915 in lucem prodiit (continet 1020 paginas). Tomi V, VI et VII litteras Alberti Bolognetti nuntii (1581–1585) complectuntur: pars I, ab Eduardo Kuntze et Ceslao Nanke curata, divulgata est annis 1923–1933 (continet 820 paginas), pars II ab Eduardo Kuntze curata a. 1938 publici iuris est

facta (continet 884 paginas), pars III, cui componendae idem vir doctus operam dedit, annis 1939–1950 publicata est (continet 782 paginas).

Anno 1952 Academia Scientiarum et Litterarum labores suos studiaque intermittere coacta est. Qua re factum est, ut acta nuntiaturae apostolicae Polonae edi desinerent. Qui tum civitati praefuerunt, talibus studiis non faverunt, quae eorum culpa prorsus neglecta sunt.

Sed munus acta nuntiorum apostolicorum edendi susceptum est ab Instituto Historico Polonico Romae, quod conditum est a. 1945 in sede Stationis Scientificae Academiae, qua in re partem habuerunt huius Stationis moderator Iosephus Michałowski et duo Academiae praefatae socii (Ansgarius Halecki et Henricus Paszkiewicz). Institutum, de quo sermo est, pressit vestigia societatis Cracoviensis, de litteris scientiisque provehendis et cultura Polona promovenda optime meritae. Instituti enim anima, ut dicitur, moderatores eius fuerunt: R^mus praelatus Valerianus Meysztowicz et Carolina Lanckorońska.

Iam supra scripsimus Institutum Historicum Polonicum Romae conditum Academiae Scientiarum et Litterarum vestigia secutum esse; qua re factum est, ut fontes historicos ad Poloniae fata pertinentes edendos susciperet. Qui in id munus incubuerunt, Poloni fuerunt, qui fato iniquo patriam suam relinquere sunt coacti, ideo sapientes viderunt in archiva aliena penetrandum sibi esse, ut ea, quae ibi invenissent, ederent atque divulgarent. Ita nata est longissima in patria nostra series editorialis fontium historicorum, quam *Elementa ad Fontium Editiones* vocari placuit, a. 1960 inchoata et a. 1992 ad finem adducta, quae 76 tomos continet. Quae series maximi fuit momenti et tempore praeterito, cum viri feminaeque doctae magnis afficerentur difficultatibus, qua ratione archiva perscrutandi causa peregre irent, et hodie opus est sane haud contemnendum.

Annis, qui annum millesimum nongentesimum octogesimum insecuti sunt, Institutum acta nuntiaturae apostolicae Polonae porro edendi consilium cepit. Pater Henricus Damianus Wojtyska CP, Universitatis Catholicae Lublinensis professor, qui iam a. 1984 laboribus Instituti interesse coepit, certa quaedam opera edenda suscepit atque rationem edendi invenit, a serie Academiae Scientiarum et Litterarum non pendentem, quae ratio inde a tomo I, qui a. 1990 Romae in lucem prodiit, stricte observatur. Quibus in muneribus suscipiendis ducem se praebuit olim et nunc praebet professor Carolina Lanckorońska, Fundatio autem de Brzezie Lanckoroński, a. 1967 condita, sumptus praebet. Cum vix decem anni abiissent, Romae editi sunt 17 tomi huius magnae seriei *Acta Nuntiaturae Polonae*, quorum quisque 400–500 paginas continet.

Actis nuntiaturae apostolicae Polonae operam dare coepit etiam Pontificium Institutum Studiorum Ecclesiasticorum (Pontificio Istituto di Studi Ecclesiastici), quod presbyter Eugenius Reczek SI ex Universitate Catholica Lublinensi card. Stephano Wyszyński, primate Poloniae, adiuvante a. 1958 Romae condidit. Instituti munus fuit colligere fontes et documenta historica, imprimis ad Ecclesiam Polonam pertinentia, eorumque copiam viris feminisque doctis dare. Sed non omisit Institutum laborum ac studiorum societatem cum aliis institutis Polonis iungere. Quaeri coeptum est etiam de actis nuntiaturarum, quae in micropelliculis depicta mittebantur ad Varsaviensem Instituti sectionem, quae est in Iesuitarum

Facultate Theologica. Qua de re optime meritus est presbyter Hieronymus Fokciński SI, Instituti moderator.

Cum laborum societas inter Pontificium Institutum Studiorum Ecclesiasticorum et Institutum Historiae Academiae Scientiarum Polonae (PAN) nomini Thaddaei Manteuffel dicatum, quod est Varsaviae, iuncta esset, doctor Lescus Jarmiński ex Instituto Historiae supra nominato acta nuntiaturae Germanici Malaspina (1591–1598) legationumque a latere cardinalium Georgii Radziwiłł et Henrici Caetani, necnon documenta, quae munera nuntiis apostolicis extraordinariis illo temporis spatio in Poloniam ablegatis commissa illustrant, edenda suscepit. Sed sumptus magnos acta illa typis imprimendi nec Pontificium Institutum Romanum nec Institutum Historiae ASP (PAN) Varsaviense tolerare potuit.

Anno 1995 inter Institutum Historicum Polonicum Romae, Fundationem de Brzezie Lanckoroński et Academiam Scientiarum et Litterarum Polonam convenit, ut Academia omnes labores ad nuntiaturarum acta edenda pertinentes, usque ad impressionem, subiret. Fundatio autem de Brzezie Lanckoroński promisit se in eam rem impensas facturam esse. Id revera actum est, ut munus acta nuntiaturarum edendi ab Academia Scientiarum et Litterarum non repente, sed gradatim reciperetur, nam Institutum Historicum Polonicum Romae, cuius socii sunt professor Carolina Lanckorońska, Lucianus Olech aliique nuntiaturarum edendarum periti, qui antea munere illo sunt functi, nihil virium amiserunt, ut quae professor Henricus Damianus Wojtyska optime incepit, alacres continuarent. Academia Scientiarum et Litterarum Polona ad nova munera sustinenda praeparare se debuit, igitur Consilium rebus primis ordinandis constituit, cui interfuerunt professores hi: Iosephus Gierowski, Marcus Jačov, Lechus Kalinowski, Stanislaus Szczur; Consilio praefuit Georgius Wyrozumski, secretarii munere functus est doctor Christophorus Stopka. Primum munus, quodammodo virium probandarum causa susceptum, fuit editio actorum nuntiaturae Germanici Malaspina et aliarum legationum, de quibus supra dictum est, a doctore Lesco Jarmiński — ex pacto inter Academiam Scientiarum et Litterarum Polonam, Pontificium Institutum Studiorum Ecclesiasticorum Romanum et Institutum Historiae Academiae Scientiarum Polonae Varsaviense facto — curata et editio nuntiaturae Ioannis Baptistae Lancellotti (1622–1627), in quam presbyter doctor Thaddaeus Fitych operam contulit. Variis de causis utraque res admodum trahebatur et nunc demum tomum a Lesco Jarmiński elaboratum lectoribus offerre possumus. Quo in tomo quod ad rationem editorialem et graphicam pertinet, non imitamur seriem *Monumenta Poloniae Vaticana* Academiae Scientiarum et Litterarum Polonae, sed exemplo nobis est series *Acta Nuntiaturae Polonae* Instituti Historici Polonici Romae, ad quam nostri tomi pertinebunt. Nunc nihil impedit, quominus actis nuntiaturae apostolicae Polonae simul et Romae et Cracoviae opera detur, quod et doctis Polonis et aliis utile fore credimus.

Georgius Wyrozumski



Epistula autographa Germanici Malaspina ad Minutium Minucci
Cracoviae 31 VII 1592 data (ASV F. Borgh. III 96 D f. 20), vide N. 80 p. 124

INTRODUCTIO

1. De Germanico Malaspina nuntio eiusque sociis

Clara ac potens medio aevo gens marchionum Malaspina multa per saecula imperabat Lunensi agro, qui in utraque ripa Macrae fluminis Liguriam ab Etruria disterminantis situs est. Fundi eius gentis in magnum spatium diffusi erant, sed inde ab saeculi XII parte posteriore beneficiarii ac imperatoribus subiecti facti sunt. Tempore procedente stirps in multos ramos divisa minutaque minus valebat, saeculo autem XVI potentiam ac dignitatem nullam iam fere habuit. Germanicus Malaspina ortus est linea gentis de Tresana et Lusuolo, quae a. 1651 exstincta est. Parentes eius fuerunt Ambrosius, Comparino vulgo dictus, centurio, qui ducibus Parmensibus servivit, mortuus mense augusto a. 1597[1], et Susanna Malaspina, filia marchionis Morelli de Mulazzo[2]. Alexander, frater Germanici, stipendia meruit praefectus militum in exercitu Alexandri Farnese, ducis Parmae et gubernatoris Flandriae, inde ab a. 1595 operam perpetuam Petro Aldobrandini locavit eumque de rebus quibusdam edocebat. Duodeviginti annis apud exercitum ibi actis mense iunio a. 1597 Varsaviam venit, ut nuntium, fratrem suum, conveniret, deinde in Hungariam ad imperatoris exercitum se contulit et consiliarius Maximiliani archiducis atque praefectus equitum levis armaturae mercede menstrua 300 florenorum factus est. Initio mensis aprilis a. 1598 Alexander Praga Vindobonam est profectus, ut fratrem, qui post nuntiaturam apud Polonos gestam in Italiam redibat, iterum conveniret[3]. Eodem anno venit in Flandriam et factus est magnus stabuli magister apud cardinalem Andream de Austria, procuratorem ab Alberto archiduce creatum[4]. Anno 1603 a

---

[1] Germanicus Malaspina card. Petro Aldobrandini, Varsaviae 11 X 1597, ASV F. Borgh. III 91 D f. 240v, reg.

[2] Julian Bartoszewicz, EPO XVII 844-847; Branchi 268 sq.; Fabisz 193-195, 199-200, 380-383; Garampi f. 86-91'v; Gerini 74 sq., tav. II; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CCX-CCXIV; Litta IV tav. XI; LThK VI 1324; Malaspina 46 p. 144 et passim; PEK XXV-XXVI 191; Porcacchi; Squicciarini 78-80; Wojtyska: ANP I 235-237.

[3] Alexander Malaspina card. Petro Aldobrandini, Varsaviae 15 VI 1597, ASV F. Borgh. III 89 D f. 90, or.; Ioannes Franciscus Aldobrandini eidem, Posonii 25 VII 1597, ASV SS Particolari 4 f. 293, or.: de epistulis commendaticiis, quas card. Aldobrandini militum praefectis, etiam Alexandro Malaspina, confici curavit; idem eidem, Comaromii 12 XI, 19 XI 1597, BAV Barb. Lat. 5862 f. 2, 3, cop.; novitates Pragae 26 V, 7 VII, 28 VII 1597 perscriptae, ASV F. Borgh. III 109 D f. 11, 87, 97, 139, 146; novitates ibidem 17 XI 1597 datae, ASV F. Borgh. III 109 E f. 133, 138; novitates ibidem 6 IV 1598 datae, ASV F. Borgh. III 93 C f. 116.

[4] Alexander Malaspina card. Petro Aldobrandini, Leodii 29 XII 1598, Dessart, Halkin, Hoyoux n. 278 p. 125-126.

Batavis est captus et postea in libertatem restitutus socius Consilii Bellici Bruxellis fuit, ubi interfectus est die 4 VII 1613[5].

Germanicus circa a. 1547 natus est[6]. Studiis Perusiae absolutis doctor utriusque iuris est creatus[7] et tempore pontificatus Pii V (1566–1572) vestes clericales induit. Cardinale Alexandro Farnese protectore usus a. 1572, initio pontificatus Gregorii XIII, secretarius nuntii in Hispaniam missi factus est, qui tum fuit Nicolaus Ormaneto, episcopus Patavinus[8]. Quo mortuo (18 VI 1577) paucos menses Matriti mansit exspectans adventum Philippi Sega, nuntii ordinarii, qui Nicolao Ormaneto successit. Anno 1578 Malaspina Romam rediit et Philippo II rege rogante a pontifice maximo in numero cubiculariorum secretorum haberi coeptus est. Verisimile videtur paulo post eum referendarium utriusque Signaturae factum esse. Anno 1579 missus est, qui rosam auream ducissae Margaritae Parmensi dono datam traderet[9]. Initio mensis septembris anni insequentis, brevi post nuntiaturam perpetuam Austriae Interioris institutam, nuntius in aula Graecensi Caroli archiducis factus est, ubi usque ad finem mensis novembris a. 1584 mansit. Cum Malaspina munus suum susciperet, incolae bonorum archiducis paene omnes fidem catholicam proiecerunt. Cum apud ordines, sine quorum consensu inter alia pecunia ad bellum contra Turcas gerendum necessaria impetrari non potuit, evangelici plurimum valerent, archidux ille iam a. 1572 nobilibus Lutheranis libertatem religionis amplectendae dedit, sex autem annis post permisit, ut evangelici in quattuor civitatibus, in quarum numero Graecium fuit, sacra sua libere facerent. Nuntio igitur id imprimis agendum fuit, ut fides catholica in Styria, Carinthia, Carniola et Goritia restitueretur utque archidux protestantium postulatis iam non cederet et quae eis concessisset, revocaret. Quamquam archidux nobiles protestantismi studiosos ferre necesse habuit, sed iam inde ab a. 1580 cum Lutheranis civitates incolentibus audacius pugnare coepit. Quam ad rem nuntius plurimum contulit, qui cum Graecii esset, vim ad

---

[5] Maere 818 sq.; Clemens VIII Germanico Malaspina, Romae 22 XI 1603, ASV Arm. XLIV 56 f. 30v, reg.; [card. Petrus Aldobrandini] eidem, Romae 15 XI 1603, ASV F. Borgh. III 28 f. 165–165v, reg.; idem Iacobo Aldobrandini, nuntio in Regno Neapolitano, Romae 12 I 1604, ib. f. 100v–101, reg.

[6] Germanicus Malaspina in epistula ad card. Petrum Aldobrandini Varsaviae 29 III 1597 data (ASV F. Borgh. III 91 D f. 182, reg.) de se inter alia scripsit haec: *dopo haver servito in publiche funtioni 24 anni et in età di cinquanta.*

[7] Vide N. 219 p. 354.

[8] Sibilia 66; cf. Biaudet 277. Errat Ioannes Rainer, qui Leopoldum de Ranke secutus putat a. 1575 Germanicum Malaspina conventui principum electorum Ratisbonensi interfuisse (Rainer: Nuntiaturberichte 1 p. XVI, qui error iterum commissus est in: Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CCXI; Jarmiński: Z problematyki 115; Squicciarini 78; Wojtyska: ANP I 235). In Germanici Malaspina scripto sub titulo *Dialogo sopra lo stato spirituale e politico dell'Imperio e delle provincie infette d'eresie*, loco a Leopoldo de Ranke citato (B. Vallic. N 17 f. 30v; cf. infra, p. XXXVII), legimus nihil aliud nisi illum a Gregorio XIII Augustam Vindelicorum missum esse, ut nuntius apostolicus interesset comitiis Imperii, quae a. 1582 habita esse inter omnes constat.

[9] Cf. Cornides 119.

consilia ab archiduce ineunda magnam habuit et multis catholicis persuasit, ut ad eum sese applicarent[10].

Anno 1582 Malaspina comitiis Imperii Augustae Vindelicorum habitis interfuit, qua in urbe inde a die 18 mensis iunii usque ad diem 18 mensis septembris commoratus est. Sicut iussus est, adiuvit (una cum Ioanne Francisco Bonomi, episcopo Vercellensi, nuntio apud imperatorem) Ludovicum Madruzzo, cardinalem legatum, in iuribus Ecclesiae catholicae defendendis. Quocum communiter id studiosissime egit, ut is, qui functus est vicibus Ioachimi Friderici Hohenzollern, protestantis archidioecesim Magdeburgensem administrantis (qui nec a pontifice maximo est confirmatus nec imperatoris indultum obtinuit), comitiis adesse et sententiam ferre non posset. Sed id quoque studuit, ut ab ordinibus evangelicis Austriae Interioris delecti, qui de Carolo archiduce erga se iniusto quererentur, ab Rudolpho II imperatore spernerentur[11].

Altera res, quae Germanico Malaspina nuntio Graecensi est commissa, ad controversiam Coloniensem pertinuit. Cum a. 1582 exeunte elector Gebhardus Truhsess de Waldburg publice declaravisset se sacra a Luthero instituta suscipere, cardinalis Andreas de Austria legatus a latere est factus, ut apostatam magistratu privaret et novum archiepiscopum creandum curaret. Malaspina et Bonomi nuntii cardinalem Coloniam Agrippinam petentem comitari sunt iussi. Qui tamen non pervenit nisi Spiram, nam per Palatinatum Rheni transire non est eum passus Ioannes Casimirus palatinus, qui Gebhardo Truhsess de Waldburg favit. Malaspina cardinale Andrea rogante, sed Gregorio XIII prohibente (nam is nuntium Graecium reverti iussit) iter per Lotharingiam continuavit et die 7 mensis aprilis a. 1583 Coloniam Agrippinam venit. Colloquia, quae una cum Minutio Minucci, commissario pontificio, et Ioanne Francisco Bonomi nuntio, qui paucis hebdomadis post Coloniam advenit, habuit, die 2 mensis iunii ad finem sunt adducta et Ernestus de Wittelsbach omnium consensu archiepiscopus Coloniensis factus est, quae res catholicis prospere evenit[12].

Malaspina cum Coloniae Agrippinae esset, in umbra — ut nunc dicitur — Ioannis Francisci Bonomi nuntii fuisse, qui eum ingenio et animi maturitate superaret, et quaedam inepte gessisse dicitur, quam rem Minutius Minucci aetati eius iuvenili et animo in rebus politicis parum versato dabat[13]. Sed cardinalis Ptolomaeus Galli, secretariatus pontificii praefectus, Germanico Malaspina favere non destitit, qui iam die 27 IV 1583 episcopus S. Severi in Apulia est factus[14], mense autem octobri ineunte a. 1584 pontifex maximus nuntiaturam gravissimam penes aulam imperialem ei commisit. Primo quoque tempore, die 13 mensis decembris, nuntius Pragam venit. Quod munus cum expleret, Sedem

---

[10] Rainer: Nuntiaturberichte; Rainer: Quellen 75; Ranke 1 p. 480, 519 sq.

[11] Hansen: Reichstag p. LXXV-LXXVI, LXXXV, 374; Pastor IX 592-593, 598-599 (ann. 4).

[12] Ehses, Meister p. XXXII sqq.; Hansen: Kampf p. LVII sqq., 307; Hirn 179 sqq.; Pastor IX 662-664.

[13] Hansen: Reichstag 658.

[14] HC III 168.

Apostolicam repraesentabat non solum in Rudolphi II terris hereditariis, sed etiam in omnibus territoriis Germanicis. Qua re fiebat, ut ad contrareformationem, quae vocatur, in terris Austriacis, Bohemia et Hungaria adiuvandam vim magnam haberet, utque controversiis, quae inter homines diversa sacra sequentes Aquisgrani, Augustae Vindelicorum et Argentinae oriebantur, interesset. Praeterea magno cum studio id egit, ut res ac rationes catholicorum in dioecesibus in Germania septentrionali sitis (Bremensi, Lubecensi, Halberstadiensi, Osnabrugensi, Monasteriensi, Paderbornensi) adiuvaret, potissimum autem id studuit, ut resisteret protestantibus, qui clausulam „reservatum ecclesiasticum", recessui comitiorum Augustanorum a. 1555 insertam, rescindere atque declarationem Ferdinandi I regis libertatem sacrorum faciendorum in regionibus ecclesiasticis iis dantem ratam facere conarentur. Curae nuntio fuit etiam reformatio catholica ex Concilii Tridentini decretis in iis terris peragenda, in quibus catholici praevalebant[15].

Tempore pontificatus Sixti V (1585–1590), qui Gregorio XIII successit, res Germanici Malaspina minus secundae erant. Papa brevi postquam Sedem Apostolicam occupavit, eum Praga revocare constituit, quod ea re quoque adductus fecit, quod nuntius imprudenter, quamquam bona fide, non restitit imperatoris decreto de visitatione ecclesiastica generali in Bohemia peragenda, quod decretum potestatem auctoritatemque pontificis maximi minuit. Quamvis episcopus S. Severi plurimorum aulicorum animos cepisset et ipse Rudolphus II de eo deprecatus esset, Sixtus V consilium suum non mutavit. Cum successor, Philippus Sega, episcopus Placentinus, venisset, Malaspina die 24 IV 1586 Praga profectus est et 7 die iunii Romam rediit, ubi frigide est exceptus[16]. Annis insequentibus in Italia vixit et dioecesim suam administravit. Familiae res etiam curae ei fuerunt. Anno 1590 ineunte Romam venit et in epistula ad Belisarium Vinta, secretarium Ferdinandi I, magni ducis Etruriae, missa rogavit, ut propinquos suos impuberes de Mulazzo adiuvaret foveretque[17]. In pontificatu Gregorii XIV iterum vocatus est, ut Sedi Apostolicae serviret. Mense februario a. 1591 Neapolim se contulit, ut potestate colloquia cum Ioanne de Zuñiga vicerege, comite de Miranda, habendi instructus frumentum emendum curaret, quod in Statu Ecclesiastico angustius provenit[18]. Eodem anno mense aprili exeunte placuit Germanicum Malaspina nuntium ordinarium Neapoli manere. Mense insequente ab Alexandro Glorieri, antecessore suo, instructionem accepit et munera eius explenda iniit. Primum porro frumentum emebat, sed nuntio in Regno Neapolitano id potissimum agendum erat, ut iurisdictio et aliae immunita-

---

[15] Reichenberger; Pastor X 329–339.

[16] Reichenberger p. XXXII–XXXV, 90–93, 125, 134 (ann. 1), 226, 230 (ann. 1); Pastor X 338–339. Germanicus Malaspina, quae in Germania annis 1580–1586 didicerat, collegit in scripto sub titulo *Stato delle cose di Germania intorno alla religione sotto Gregorio XIII* (ASV F. Borgh. III 129 D p. 160–223, or. cum additamentis, quae nuntius manu sua scripsit), quod brevi postquam in Italiam revertit, confecit.

[17] Germanicus Malaspina Belisario Vinta, Romae 26 I 1590, AS Firenze CS I 91 n. 148, aut.

[18] Bettoni 302 sqq.

tes ecclesiaticae defenderentur utque pecunia Camerae Apostolicae debita cogeretur[19].

Mense maio a. 1591, cum episcopus S. Severi nuntiaturam Neapolitanam iniret, Hannibal de Capua, qui ad tempus illud nuntius apud Polonos fuit, iam in Italiam revertebatur. Gregorius XIV usque ad ultimos vitae suae dies successorem eius instituere cunctatus est. Sed Petrus Maria Vulcanio, commissarius pontificius, qui Cracoviae fuit, in epistula die 17 mensis augusti data scripsit tribunal nuntiaturae denuo ad munera sua explenda accedere necesse esse, magnopere permotus nuntiavit beneficia ecclesiatica vacua mensibus Sedi Apostolicae reservatis ab episcopis Polonis occupari et multos nobiles Ioanne Zamoyski cancellario duce moleste ferre, quod cardinalis Georgius Radziwiłł dignitate episcopi Cracoviensis est ornatus quodque Sigismundus III Vasa Annam Austriacam uxorem ducere cogitat. Nuntiavit quoque famam esse regem in Sueciam ire intendere et colloquia secreta cum domo Austriaca de throni Polonici cessione habere. Non omisit addere protestantes contrareformatione augescente commotissimos esse[20]. Quibus nuntiis adductus Innocentius IX, qui die 29 mensis octobris pontifex maximus creatus Gregorio XIV successit, a quo ipse Sigismundus III consilium auxiliumque petivit[21], iam primo pontificatus sui mense Congregationem cardinalium extraordinariam rebus Polonis obeundis instituit[22] et declaravit se nuntiaturam Polonam Mario Bolognini, episcopo Salernitano, committere cogitare, cui obtulit *donativo estraordinario et 50 scudi di più il mese della solita provisione*[23]. Cum tamen Marius Bolognini munus adire noluit veritus, ne splendore et auctoritate ab antecessore suo superaretur et a Polonis sperneretur, Germanicus Malaspina, diplomaticus peritissimus, in rebus civitatum Transalpinarum versatus, nuntius apud Polonos factus est[24]. Mense decembri omnia ad munus eius pertinentia apparata sunt; inter alia instructio brevis est confecta, in qua gravissima nuntii negotia enumerata sunt[25]. In quibusdam pontificem maximum consulere debuit, sed etiam Congregatio Polona et antecessores rogandi erant. Quod iussus est — si res ferret — id agere, ut Sigismundus III Annam Austriacam uxorem duceret, ea re explicari potest, quod cardinalis Georgius Radziwiłł, cuius curae ea res est commissa, morbo impeditus iter in

---

[19] Ib. 325 sqq.; Biaudet 160; *Negocii successi in spatio di sette mesi che mons. Malaspina è stato nontio a Napoli, et ciò che si è ottenuto a favore della giurisdittione ecclesiastica*, ADLP F. Aldobr. 5 f. 155-155v.

[20] Wojtyska: ANP I 354-356.

[21] BAV Urb. Lat. 1059/2 f. 392, novitates de 20 XI 1591, f. 407, novitates de 23 XI 1591.

[22] Vide N. 2 ann. 2.

[23] BAV Urb. Lat. 1059/2 f. 382, novitates de 16 XI 1591, cf. f. 387v. Nuntiis apostolicis in Polonia inde a saeculo XVI singulis mensibus 230 scuti salarii nomine dabantur (Wojtyska: ANP I 5; Ehses, Meister p. XII).

[24] BAV Urb. Lat. 1059/2 f. 412, novitates de 27 XI 1591. Nicolaus Jaitner suspicatus est Germanicum Malaspina huius magistratus candidatum a Munutio Minucci, secretario pontificio, amico suo, commendatum esse (Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CCXI).

[25] Vide N. 2.

Poloniam differre coactus est[26]. Mense decembri medio Malaspina Neapoli est profectus[27] et per mare Romam navigavit; parum afuit, quin ab Amurate bassa, archipirata Icositano, qui mare Tyrrhenum infestabat, caperetur[28]. Die 28 mensis decembris notum factum est nuntium Roma proficisci et per Pragam Poloniam petere cogitare[29]. Sed cum Innocentius IX biduo post inopinanter mortuus esset, iter omissum est.

Clemens VIII in curia Romana, in Statu Ecclesiastico administrando et in re diplomatica pontificia multa mutavit. Etiam nuntius apud Polonos faciendus erat. Anno 1592 mense februario ineunte fama Romae fuit Fabium Biondo, patriarcham Hierosolymitanum et olim praeceptorem cardinalis Alexandri Peretti de Montalto, protectoris Poloniae, nuntium creatum iri. Sed fieri potuit, ut huius cardinalis domesticus Antonius Maria Graziani, secretarius nuntii Ioannis Francisci Commendone annis 1563–1565 et internuntius apud Polonos annis 1573–1574, nuntius fieret[30]. De Mario Bolognini denuo cogitatum est, sed is postea spretus est, quia Latine nescire dicebatur[31]. Aliter atque cardinalis Montalto speravit, mense februario medio fere Malaspina, cui factio Hispaniensis favit, nuntius est factus[32]. Ioannes Niccolini, qui residens Florentinus Romae commorabatur, rettulit Germanicum Malaspina a cardinale Georgio Radziwiłł Petro Aldobrandini rogante adiutum esse; Aldobrandini fuit nepos papalis et Laelio Orsini familiariter utebatur, cum quo Malaspina, cum Neapoli esset, amicitiam iunxit[33]. Ceterum scimus episcopum S. Severi iam inde ab a. 1591 cum Petro Aldobrandini firmis vinculis coniunctum fuisse seque servum eius deditissimum praebuisse[34]. Nuntius, quamvis potentissimos amicos fautoresque haberet, difficultatibus quibusdam afficiebatur, nam accusatus est, quod in iurisdictione ecclesiastica in Regno Neapolitano defendenda peccavisset. Quae fuit fortasse causa, cur cum Paulo Coperchio, commissario Camerae Apostolicae, longam controversiam haberet[35]. Die 17 II 1592 Malaspina litteras ad pontificem maximum scripsit, quibus se innocentem esse arguit ac rogavit, ut ea, quae sibi obiecta essent, sine ira et studio quaererentur[36]. Quae cum ita fuissent, profectio eius in Poloniam

---

[26] Vide infra, p. XLI–XLII.

[27] ADLP F. Aldobr. 5 f. 155.

[28] BAV Urb. Lat. 1059/2 f. 477v, novitates de 28 XII 1591; Braudel I 132 ann. 60.

[29] Ioannes Franciscus Peranda Camillo Caetani, nuntio penes aulam imperialem, Romae 28 XII 1591, A. Caetani Misc. 57/903 f. 67v, cop.

[30] BAV Urb. Lat. 1060 f. 79v, novitates de 5 II 1592, f. 83, 88v, novitates de 8 II 1592.

[31] Ioannes Franciscus Peranda Camillo Caetani, Romae 29 II 1592, A. Caetani Misc. 57/903 f. 110, cop.

[32] BAV Urb. Lat. 1060 f. 94, novitates de 12 II 1592, f. 99, 103v, novitates de 15 II 1592.

[33] Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CCXII; cf. N. 73.

[34] Germanicus Malaspina Campritio Cornovaglio, Cracoviae 13 VII 1596, ASV F. Borgh. III 89 C f. 152v, or.; idem card. Petro Aldobrandini, Cracoviae 16 XI 1596, ASV F. Borgh. III 91 D f. 171v, reg.

[35] Vide N. 126 et 181.

[36] Vide A. 2.

minus urgebat, praesertim cum Clementi VIII id imprimis curae esset, ut cardinalis Georgii Radziwiłł legatio prospere eveniret. Est, quod commoneamus ipso expeditionis episcopi S. Severi tempore nuntia Romam allata esse Sigismundum III Annam archiducissam per procuratorem uxorem duxisse[37].

Suspicari possumus Germanicum Malaspina nullam scriptam instructionem accepisse, sed ab ipso pontifice maximo edoctum[38] die 29 mensis maii Roma profectum esse. Comitatus est eum cardinalis Ludovicus Madruzzo, Congregationis Germanicae praefectus, qui Tridentum properabat[39]. Cum iter faceret, allatae sunt ei litterae credentiales et commendaticiae die 6 mensis iunii editae[40]. Breve kalendis iuniis editum, quod facultates ad iurisdictionem pertinentes continuit[41], non est ei traditum nisi mense augusto a. 1592[42]. Priusquam uterque vir Fulginium venit, consecutus est eos cursor citus et epistulas a Minutio Minucci die 30 mensis maii scriptas reddidit, quibus is nuntiavit pontificem maximum de episcopatu Argentoratensi consilia iniisse. Cum metus iustus esset, ne Ioanne a Manderscheid episcopo nuper mortuo protestantes capituli Argentoratensis socii virum quendam, qui eadem sacra secutus esset, episcopi dignitate ornarent, Malaspina iussus est ad Ferdinandum archiducem, comitem Tirolis, se sine mora conferre eique persuadere, ut cardinalem Andream, filium suum, candidatum commendaret vel saltem unum e filiis Gulielmi V, ducis Bavariae, episcopum creandum iuvaret[43]. Litteris credentialibus et instructione, quae Clementis VIII iussu a cardinale Ludovico Madruzzo est confecta, ornatus[44] episcopus S. Severi festinanter iter continuavit et quamquam Bononiae morbo est affectus, die 12 mensis iunii Oenipontem venit[45]. Hic ei nuntiatum est Ioannem Georgium Hohenzollern, marchionem Brandenburgensem, die 30 mensis maii a canonicis protestantibus episcopum Argentoratensem esse factum. Ferdinandus archidux primum noluit cardinalem Andream eam dignitatem ambi-

---

[37] BAV Urb. Lat. 1060 f. 356, novitates de 6 VI 1592: *Et essendo finite le nozze di esso re* (Sigismundi III), *dicesi che cessarà la legatione del cardinal Razivil, et essercitarà il carico di nuntio il Malaspina, partito a quella volta.*

[38] Vide N. 79.

[39] AS Firenze AMP 3303 f. 459, relatio Ioannis Niccolini die 29 V 1592 confecta; Ioannes Franciscus Peranda Camillo Caetani, Romae 30 V 1592, A. Caetani Misc. 57/903 f. 143v, cop.; BAV Urb. Lat. 1060 f. 337v, 342, novitates de 30 V 1592.

[40] Vide N. 52–56.

[41] Vide N. 46.

[42] In epistula ad Petrum Aldobrandini die 31 iulii data Malaspina questus est se facultates suas non habere (vide N. 81), sed iam mensis insequentis parte posteriore eas habuit (vide N. 99 et 105).

[43] Vide N. 44, 45, 47; BAV Urb. Lat. 1060 f. 347v, 352v, novitates de 3 et 6 VI 1592; Minutius Minucci Camillo Caetani, Romae 30 V, 6 VI 1592, Schweizer: Nuntiaturberichte n. 268 p. 540–542, n. 272 p. 548–549.

[44] Vide N. 41 et 48.

[45] Vide N. 57; Gorgonius Galeazzi Guidobono Guidoboni, Vincentii I, ducis Mantuae, consiliario, Oeniponte 15 VI 1592, AS Mantova AG 548 n. 9, aut.; Andreas Unterpergher Vincentio I, Oeniponte 15 VI 1592, ib. n. 94, aut.; BAV Urb. Lat. 1060 f. 395, novitates de 27 VI 1592.

re, postea Germanico Malaspina et Caesari Speciano, nuntio apostolico Pragam properanti, promisit se a filio esse petiturum, ut eius postulationi non resisteret, sed simul Clementem VIII rogavit, ut se pecunia iuvaret[46]. Res tamen supervacanea est facta, cum nuntiatum esset contrelectionem cardinalis Caroli a Lotharingia a canonicis catholicis esse factam[47]. Qua duplici electione factum est, ut bellum excitaretur, quo Ferdinandus archidux, ut praedia sua in Alsatia Superiore sita tuta essent, medius esse studuit, quamquam a Germanico Malaspina pontificis maximi studiosissimus laudatus est. Malaspina silentio non praeteriit se de Ferdinando catholicorum fautore reddendo bene meritum esse[48]. Commissarii archiducis nomine imperatoris subdelegati bellum gerentibus proposuerunt, ut arma deponerentur et dioecesis Argentoratensis bona sequestrarentur. Nuntius exspectabat, quid marchio Ioannes Gergius acturus esset, sed cum nihil nuntiatum esset, mense iunio exeunte Oenipontem relinquere et Monachium, in aulam ducis Bavariae proficisci constituit[49]. Deinde per Vindobonam et Olomucium iter faciens Cracoviam venit. Die 23 mensis iulii urbem sollemniter est ingressus[50], et triduo post a rege et regina auditus est[51].

Nuntius ad interna Poloniae perturbata potissimum animum advertit. Nam Sigismundus III accusabatur, quod in Sueciam ire cogitaret et colloquia de throni cessione cum Ernesto archiduce haberet. Magna pars nobilium moleste ferebat regem Annam Austriacam nuper uxorem duxisse. Conventibus Lublini et Andreoviae contra legem habitis Ioanni Zamoyski cancellarii fautores et Maximiliani archiducis amici ex Minore Polonia magno cum studio comitia apparare coeperunt. Quibus in comitiis Sigismundum III eiusque consiliarios summa ope oppugnatum iri provideri potuit. Malaspina primum ab Ioanne Zamoyski cancellario animo erat aversissimo, nam ita Roma proficiscens et a regis aulicis compositus est[52], sed non obliviscebatur eum apud nobiles gratiosum fuisse multumque potuisse. Sciebat quoque rem in discrimine esse, nam Zamoyski ei nuntiavit se regis perfidiam probare posse, Attilius autem Amalteo et cardinalis Radziwiłł famam dissipabant Sigismundum Báthory a Porta Ottomanica et cancellario ad spem throni Polonici capiendi adduci[53]. Quae cum ita fuissent, nuntius persuasum habuit Sigismundum III sustentandum eiusque auctoritatem regiam defendendam esse atque concordiam restituendam esse. Quae ut assequ-

---

[46] Vide N. 57; Caesar Speciano Clementi VIII, Oeniponte 15 VI 1592, Mosconi I 44 sq.

[47] Vide N. 58.

[48] Vide N. 60 et 64; ASV SS Nunz. Div. 286 f. 194–204v, cop., relatio de legatione, quam Germanicus Malaspina ad Ferdinandum archiducem, comitem Tirolis, obivit; Gfrörer 55; Hirn II 210–211; Ziegler 44–45.

[49] Vide N. 64, 65, 67.

[50] Bielski 178; Heidenstein 298.

[51] Vide N. 79.

[52] Cf. Smolka 29.

[53] Vide N. 82 et 89. Cf. p. L; Lepszy: Rzeczpospolita 368–369; Pärnänen: Sigismond 36–38.

retur, cardinalem Andream Báthory adhortari coepit, ne resisteret, quominus pontifex maximus controversiam, quam is de episcopatu Cracoviensi cum cardinale Georgio Radziwiłł haberet, diiudicaret.

Malaspina Varsoviam venit, ut diebus 7 IX - 19 X 1592 comitiis, quae inquisitionis vocabantur, interesset, et quamquam morbo iterum est affectus, id diligenter egit, ut senatores clerici Sigismundo III faverent utque cancellarium sibi conciliaret[54]. Id quoque studuit, ne inquisitio fieret non solum in regem, sed etiam in eos, qui consiliorum eius in Sueciam eundi conscii erant. Sed cum suspicionem haberet regem consilia sua nondum omisisse, persuadere ei conabatur, ne throno electivo renuntiaret, atque effecit, ut rex scripto, quod postea senatoribus nuntiisque terrestribus recitatum est, declararet se in Polonia manere constituisse. Cum comitia turbulenta fuissent et adversarii verba regis moleste tulissent, nuntius animum induxit pacem perpetuam cum cancellario eiusque amicis quaerere. Cum inter eos regemque arbitri partes sustinuisset, fidem apud omnes habere coepit et ad constitutiones comitiales elaborandas multum contulit. Quae quamquam in comitiis non sunt ratae factae, contentio tamen, quae inter regem et subiectos excitata erat, composita est. Itaque cum Malaspina arbiter sollers fuisset, Ioannes autem Zamoyski obstinatiam proiecisset, factum est, ut a Maximiliani archiducis factione sese amoveret et comitiis ad finem adductis cum rege in gratiam rediret[55]. Non est igitur, cur miremur ea, quae episcopus S. Severi egisset, in Polonia et Romae laudata esse[56].

Malaspina, cum persuasum haberet Sigismundi III potestatem auctoritatemque firmandam esse, iuvit eum a Clemente VIII auxilium petentem. Metus enim erat, ne domus Austriaca notum faceret regem scripto promisisse se abdicaturum regnumque Ernesto archiduci traditurum esse. Praeterea nuntius effecit, ut Nicolaus Zebrzydowski, palatinus Lublinensis, sollemniter polliceretur se scripta famam regis laedentia in lucem emissurum non esse, rex autem promitteret ex aula sua pellere Suecos, qui dolosis Austriacorum consiliis sese immiscuissent. Episcopus S. Severi, cum in Polonia esset, perturbabatur eo, quod Maximilianus archidux pactionem Bytomiensem et Bendzinensem a. 1589 factam animo obstinato neglegebat. Qua re fiebat, ut consilia dolosa alerentur, ut Poloni, qui ei faverent, perturbationes excitarent, ut — quod Sedes Apostolica cupiebat — Sigismundus III in domus Austriacae familiaritatem prorsus venire non posset, ut Respublica Utriusque Nationis et Rudolphi II imperatoris terrae viribus unitis

---

[54] *Il nuntio Malaspina scrive di Varsovia, ove si era cominciata la dieta, che la matina dello spaccio suo haveva a banchetto seco il gran cancelliero et altri signori Polacchi, de' quali con molta destrezza si andava acquistando gli animi per haverseli propitii nelle cose che si trattaranno in beneficio della Sede Apostolica et del cardinale Razivil*, BAV Urb. Lat. 1060 f. 605, novitates de 7 X 1592.

[55] Vide ea, quae nuntius de decursu horum comitiorum copiose rettulit, quae in hoc volumine publicata sunt. Cf. Lepszy: Rzeczpospolita 370, 376 sq., 390, 397 sq., 401 sq., 412 sq.; Macůrek: Dozvuky 107 sq.; Pärnänen: Sigismond 43 sq., 48 sq., 51 sq., 56 sqq., 63 sqq., 71 sq.

[56] Vide N. 162, N. 196 p. 313, N. 197 p. 315, N. 217 p. 351; cf. Paruta 27, 29–30 (relationes diebus 28 XI et 5 XII 1592 confectae).

contra Turcas pro omnis christianitatis bono pugnare nequirent, denique ut rex in patriam suam, sicut cogitabat, secure ire non posset[57].

Cum nuntia de comitiis inquisitionis feliciter habitis Romam essent allata, Clemens VIII operam dedit, ut concordia in Regno Poloniae confirmaretur, sed simul declaravit se regis consilia ad Sueciam pertinentia iuvare velle. Speravit enim eum, si ad regnum hereditarium accessisset, fidem catholicam in Suecia restituturum esse. Nuntio de Ioannis III Vasa morte allato pontifex maximus mense februario a. 1593 Congregationem instituit (cuius socii fuerunt sex cardinales, sed etiam Cinthius Aldobrandini, qui rebus Polonis in secretariatu pontificio praefuit, et dicioni eius subiectus Minutius Minucci secretarius), ut ab ea edoceretur, quo in loco res essent[58]. Malaspina autem tranquillum facere conabatur Stanislaum Karnkowski, archiepiscopum Gnesnensem, aliosque, qui Sigismundum III in Sueciam ire nolebant. Regi autem suadebat, quomodo ab ordinibus Polonis impetrare posset, ut eum ad tempus quoddam peregrinari paterentur, quaerebat, quo loco tùm Suecorum res essent et quomodo Carolus Vasa, dux Sudermaniae, Regnum Sueciae appetens reprimi posset[59]. Opera assidua ac cura nuntii factum est, ut mense martio a. 1593 contentio longa, quae inter cardinalem Andream Báthory et cardinalem Georgium Radziwiłł orta est, componeretur[60]. Fructuosissima fuit pactio, quam rex cum cancellario anno superiore episcopo S. Severi intercedente iniit. Ioannes Zamoyski non solum dixit se adiuturum esse Sigismundum Vasa thronum regni hereditarii petentem et thronum electivum Polonicum retinentem, sed etiam non restitit, quominus rex in Sueciam iret atque eum ex ea civitate redire liceret. Quamquam paulo post nova controversia de capitaneatu Leopoliensi vacuo est coorta, tamen nuntio curante in comitiis diebus 4 V – 16 VI 1593 Varsaviae habitis composita est et viri illi in decretis apparandis et sustentandis communiter egerunt. Non contigit Germanico Malaspina, ut Stanislao Karnkowski persuaderet, ut Sigismundi III consiliis faveret. Quamquam primas in voto, quod in comitiis pronuntiavit, ad pactionem ineundam paratum se praebuit, sed mox animum mutavit et postea moleste ferens regem ante regnum suum hereditarium occupatum Estoniam Regno Poloniae incorporare omisisse, comitiis nondum ad finem adductis Varsavia profectus est. Sed comitiorum exitus Sigismundo III prosperus fuit, quem in Sueciam ire liceret (redeundum erat ei ante kalendas novembres a. 1594) quique pecuniam ad itineris sumptus tolerandos acciperet[61].

---

[57] Vide N. 136 p. 224–225, N. 139, N. 141 p. 232–233, N. 143 p. 235, N. 160 p. 259–260, N. 168 p. 272–274, N. 235, N. 236 p. 380, N. 243 p. 388–389, N. 246 p. 399–400. Cf. Lepszy: Rzeczpospolita 390 ann. 1, 397, 400, 410 sq.; Macůrek: Dozvuky 116; Pärnänen: Sigismond 54 sqq., 67, 73, 75, 77, 83.

[58] Vide N. 196; Pärnänen: Sigismond 82, 100; Minutius Minucci ad N.N., Romae 27 II 1593, DHI 1 f. 379–379v, reg.

[59] Vide N. 231, 245, 246, 250; cf. Pärnänen: Sigismond 80 sqq., 93 sq.

[60] Bazielich 194; Pärnänen: Sigismond 111 sq.

[61] Jarmiński: Bez użycia 37 sq., 46 sqq., 52 sqq.; Pärnänen: Sigismond 102 sq., 127 sq., 131–155.

Cum Malaspina regem in Sueciam euntem comitari constituisset, traditae sunt nuntio per Bartholomaeum Powsiński, cubicularium secretum pontificium, facultates kalendis augustis a. 1593 conscriptae, civitati hominibusque doctrinae Lutheranae studiosis accommodatae[62]. Tradita est etiam epistula notis secretis scripta, in qua sermo fuit de Sigismundo Vasa diademate regio in Suecia ornando, de eo exsequias Ioanni III eunte deque eis, in quibus protestantibus cedi posset[63]. Rex imprimis promissa dare vetitus est, quibus praestatis fides catholica in Suecia propagari non posset. Sed non est obliviscendum in aula Romana opinionem fuisse Suecos ei subiectos sine causa nimis irritandos non esse. Malaspina, qui minus respiciebat regem difficultatibus affici et in rebus ad religionem pertinentibus flecti non poterat, vanam spem alebat facile fieri posse, ut Sueci fidem catholicam amplecterentur[64]. Iam mense ianuario a. 1593, cum Stanislaus Miński, palatinus Lanciciensis, Romam proficisci pararet, ut legationem oboedentialem obiret, Malaspina oboedientiam nomine utriusque regni pontifici maximo polliceri animum induxit et frustra conatus est talibus verbis uti, ne ordines Suetici offenderentur neve Carolus Vasa odium in principem catholicum apud subiectos ei Lutheranos facilius excitare posset. Ipse palatinus Lanciciensis consilium a nuntio initum praematurum et non idoneum respuit, Cinthius autem Aldobrandini dixit legatum regis a pontifice maximo comiter exceptum iri ratione numeri regnorum, quorum nomine veniret, non habita[65].

Malaspina, cum in Suecia esset, cognovit protestantes multum valere et quae de libertate religionis amplectendae postularent, omittere non velle, tamen acerrimus fidei catholicae propugnator esse non destitit[66]. Qui cum adversus „haereticos" arroganter se gessisset ac opinionibus temere a se conceptis ductus esset, invidiam sibi conflavit maximam. Multis annis post, brevi postquam e Polonia in Italiam rediit, contentus recordabatur Stocholmiae tres dies vexillum papale, quod suspendi in publico iussit, vento agitatum esse[67]. Praecepta, quae a superioribus Romanis accepit, arctissime observans regem adhortatus est, ne cederet Carolo duci iisque, qui eadem atque ille sacra sequerentur, qui flagitabant, ut quae contra catholicos et liturgiam Ioannis III a conventu Upsalensi mense martio a. 1993 decreta sunt, rex rata faceret. Demum cum metus esset, ne ordines seditionem excitarent et Sigismundus throno maiorum suorum priva-

---

[62] ASV Sec. Brev. 206 f. 66–77, min.

[63] BAV Chigi M III 60 f. 84v–87v, reg., 1 VIII 1593; ed. Pärnänen: L'ambassade 30–33 ex copia, ubi dies 27 VII 1593 est ascripta.

[64] Germanicus Malaspina Cinthio Aldobrandini, Varsaviae 19 VI 1593, ASV F. Borgh. III 52 AB f. 204, reg.

[65] Jarmiński: Trudne starania 173.

[66] De iis, quae Malaspina in Suecia gessit, cf. Garstein 120 sqq. et passim; Hjärne; Lönnqvist; Pärnänen: Le premier séjour; Pastor XI 386 sqq.; Ranke 2 p. 131 sqq.; Roberts 332 sqq., Sibilia 67 sqq.

[67] *Attioni seguite in Polonia et in Svetia dopo l'assontione al pontificato di N.S. Clemente Ottavo a benefitio del re, del Regno et della religione*, [Ferrariae 20 VIII 1598], ASV F. Borgh. III 96 E f. 98, or.; Pastor XI 745.

retur, a consiliariis Polonis inductus, ut cederet, nuntio inscio Iustum Rabb iesuitam, confessarium suum, consuluit, qui scripsit eum periculo coactum sine Dei offensa postulatis subiectorum satisfacere posse. Quae cum ita fuissent, etiam Sigismundus Ernhoffer, Annae Austriacae reginae confessarius, qui prius sicut episcopus S. Severi cedendum non esse censuerat, cedendum esse putavit. Rex, qui iterum catholicis opem ferre conatus est, sed non est assecutus nisi id, ut se praesente illi *exercitium religionis liberum habere possint*[68], die 26 mensis februarii a. 1594 sanxit, ut sola sacra publica confessioni Augustanae anni 1530 non repugnantia fieri possent (catholici vix ferendi erant nec opiniones suas propagare poterant), ut soli Lutherani ius docendi haberent, denique permisit, ut tantummodo ad eosdem dignitates laicae et clericales deferrentur. Biduo post Abrahamum Andreae Angermannum Lutheranum archiepiscopum Upsalensem et primatem factum sanxit. Kalendis martiis Petrus Jonae, episcopus Strengnensis (Strängnäs), pariter Lutheri doctrinae adhaerens, Sigismundum diademate regis Suecorum ornavit.

Quamquam pontifex maximus regem necessitate coactum cessisse putavit eumque non reprehendit[69], Malaspina non dissimulavit se id, quod accidit, moleste ferre putavitque *che S.M^tà non possa restar sicura di non haver irritata l'ira et indignatione di Dio contro di sé*[70]. Rei adversae mederi cupiens Sigismundo persuasit, ut scripto reclamaret declararetque se coactum Lutheranorum postulatis annuisse atque ut promitteret se catholicis quoque libertates daturum. Quod promissum ut praestaret, rex, antequam in Poloniam rediit, catholicos locis quibusdam sacra facere sivit, nonnullos autem protestantes, qui provinciis praeessent, iure iurando coegit, ut catholicos tuerentur, quin etiam Ericum Brahe catholicum, quamvis protestantes indignarentur, gubernatorem Stocholmiae, Upsalae et Terrae Septentrionalis (Norrland) fecit. Quae quamvis nuntio iucunda fuissent, sed cladem acceptam exigua solum parte ei delenire poterant. Malaspina maiora somnavit, quam quae fieri poterant, et cum crederet in rebus ad religionem pertinentibus cedendum non esse, in Suecia dolore maximo affectus est. Sed ab aula Romana maximis laudibus elatus est, ea autem, quae ante profectionem in Sueciam et hoc in regno gesserat, valde approbata sunt. Fuerunt, qui dicerent eum mox cardinalis dignitate ornatum iri[71]. Laudatus est etiam Cracoviae, quam urbem una cum rege et regina die 2 mensis octobris a. 1594

---

[68] Sigismundus Ernhoffer Claudio Acquaviva, praeposito generali Societatis Iesu, Upsalae 6 III 1594, Obirek: Zygmunt Ernhofer n. 4 p. 27.

[69] Card. Cinthius Aldobrandini Germanico Malaspina, Romae 30 IV 1594, Pastor XI 723.

[70] Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Upsalae 8 III 1594, ib. 721.

[71] Diarium card. Iulii Antonii Santoro, ASV Arch. Consist. Acta Misc. 51 f. 286–287, aut., 20 XII 1593; Ioannes Baptista Agucchia card. Philippo Sega, Romae 7 VII 1594, BAV Chigi M I 11 f. 109v, reg.: in Suecia *Malaspina poi ha patito grandissime burasche, ma essendo sempre stato favorito et protetto dal re, se n'è salvato, et ha acquistato molto di merito appresso N.S. et appresso tutta la corte, vi s'è gettato qualche buon fondamento per la religione et ci è buona speranza di felice progresso*; *Giuditio intorno la prossima promotione*, [in. VII 1594], ib. f. 107–107v; Pärnänen: Sigismond 199 sq.

est ingressus, atque appellatus *conservatore del Regno di Polonia*, quia — ut vulgo creditum est — eo auctore Sigismundus Vasa in Poloniam revertisset[72].

Aliter atque pontifex maximus, nuntius et ipse rex speraverunt, in Suecia catholici libertatibus suis mox privati sunt. In comitiis Sudercopiae (Söderköping) a. 1595 habitis Carolus dux potestatem Regnum gubernandi, quam ex ordinatione regiminis una cum senatoribus habuit, communivit, atque id est actum, ut vestigia religionis catholicae, quae restarent, delerentur. Clarissimum monasterium monialium S. Brigittae in oppido Vadstena confiscatum ac dirutum est. Malaspina valde doluit, quod id monasterium Gustavo I, Erico XIV et Ioanne III regnantibus, qui reformationi sacrorum faverunt, asservari potuit, catholico autem rege imperante profanatum est[73]. Annis insequentibus Carolus dux ad provinciarum gubernatores et socios Consilii Regni, qui Sigismundo fideles manserunt, devincendos accessit. Itaque rex iterum in Sueciam ire constituit, ut regnum hereditarium recuperaret et fidem catholicam restitueret. Clemens VIII regis casum graviter tulit, sed res adversas metuens rebus Sueticis se immiscere noluit nuntioque suasit, ut cum rege colloquens circa iter in Sueciam et incorporationem Estoniae et Finlandiae medius maneret[74]. Eodem metu affectus Malaspina caute esse agendum putavit. Cum autem cognovisset aerarium Sedis Apostolicae magnis sumptibus laborare, sensit nihil esse suggerendum, quod regem impellere posset, ut pontificem maximum pecuniam rogaret[75]. Est tamen, quod commoneamus nuntium ius iurandum, quod Sigismundus Lutheranis Sueticis dederat, moleste ferentem de Caroli ducis eiusque amicorum audacia comprimenda cogitare non destitisse. Malaspina cum cuperet, ut adversus eos expeditio appararetur utque nobiles Poloni ei incepto faverent, iam a. 1595 invenit, quomodo naves Gedanenses frumentum in Hispaniam libere portare possent. Placuit enim ei, ut Elsburgum (Älvsborg), portus Sueticus ad os Nili (Göta) fluminis in Sinum Codanum influentis situs, classi Philippi II praesto esset[76]. Quod consilium biennio post explicavit in relatione sua Francisco de Mendoza, admirallo Aragoniensi, confecta, qui tum legatus Hispanorum Varsaviam venit[77]. Episco-

---

[72] Ioannes Baptista [Catto, domesticus et caerimoniarum magister card. Georgii Radziwiłł] ad N.N., Cracoviae 8 X 1594, AS Modena ASE C. SE CA Polonia 3 fasc. 31 p. 2-3, copia imperfecta.

[73] Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Cracoviae 1 III 1596, ADLP F. Aldobr. 3 f. 352v, or.

[74] [Card. Cinthius Aldobrandini] Germanico Malaspina, Romae 10 V, 13 IX 1597, ASV F. Borgh. III 18 f. 402v-403, 419-419v, reg. Cf. Garstein 225, 230; Tunberg I 5.

[75] Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Varsaviae 12 IV 1597, ASV F. Borgh. III 91 D f. 189v, reg.

[76] Idem eidem, Cracoviae 14 IV 1595, ADLP F. Aldobr. 3 f. 118v-119v, or., ASV F. Borgh. III 89 B f. 75v, 78-78v, cop.

[77] *Relatione del sito et qualità del porto di Elsburgo et della utilità che risultarebbe alli Regni di Polonia et di Svetia, alli dominii della M^tà Cattolica et finalmente a tutta la christianità se quel porto fosse in potere di essa M^tà*, [paulo ante diem 2 III 1597], BAV Ottob. Lat. 2427 f. 296-297v, cop; cf. Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Varsaviae 2 III 1597, ASV F. Borgh. III 91 D f. 176, reg.

pus S. Severi speravit classe Hispaniensi prope mare Balticum navigante fore, ut inter res alias Prussia Ducalis ad imperium Sigismundi III adiungeretur[78], sed non ignorabat sine auxilio a Polonis lato res Sueticas regi prospere cedere non posse[79]. Quae si male cessissent, commodissimum esse putabat nuntius Estoniam et Finlandiam Regno Poloniae incorporari ea condicione, ut ordines Poloni permitterent, ut thronus hereditarius esset utque rex in reliqua hereditate Suetica recuperanda adiuvaretur[80].

Episcopus S. Severi, cum in Polonia esset, diu indefessus id egit, ut Poloni foederi civitatum christianarum Turcis inimicarum, de quo cogitabatur, se adiungerent. Iam a. 1592, cum sanguine in confinio Austriae et Turciae profuso civitates eae hostiliores inter se esse coepissent, Rudolphus II imperator Sigismundo III regi persuadere conatus est, ut tale foedus secum faceret. Rudolpho II rogante Caesar Speciano, episcopus Cremonensis, tum nuntius apostolicus apud imperatorem, die 30 mensis augusti eiusdem anni a nuntio Varsaviensi petivit, ut ei rei operam daret. Consilium in aula Pragensi initum Sedi Apostolicae placuit, sed cum res Polonae incertae essent, Malaspina non est iussus nisi colloquia futura cum viris ab imperatore delectis apparare. Sigismundus III, quamquam nuntio confirmavit se foederi contra Turcas faciendo favere, tamen consilio per singula nondum elaborato diffisus est. Quod consilium Ioannes Zamoyski cancellarius laetissimus excepit, sed in aula Pragensi, cum dixisset Polonos communiter agere cupere, multi ei diffidebant. Tamen episcopo Cremonensi curante placitum est, ne Malaspina Polonos adhortari desisteret, ut una cum aliis populis potentiae Turcicae resisterent[81]. Sed qui eam spem alebant, frustrati sunt, nam Malaspina Sigismundum III in Sueciam euntem comitatus est et rei, de qua dicitur, incumbere non potuit, quamquam a Sede Apostolica monebatur, ne regem oblivisci sineret sibi fidem catholicam a Turcis defendendam esse[82]. Clemens VIII sensit tamen Sigismundo III in Suecia commorante colloquia de foedere faciendo incochari non posse[83].

Pontificis maximi et imperatoris inceptis id favit, quod bello inter Austriam et Imperium Ottomanicum a. 1593 excitato nobiles Poloni senserunt id imperium patriae suae imminere. Huc accedebat, ut Tartari mense iulio anni insequentis per terras Polonas in Hungariam impune transirent, Turcae autem Iaurinum (Győr), arcem Hungaricam ad defendendum aptissimam, caperent. Quae cum ita fuissent, cum Sigismundus III e Suecia Cracoviam venisset, placuit comitia

---

[78] Cf. Ranke 2 p. 136; Tygielski: Z Rzymu 33 sq.

[79] *Scrittura sopra l'andata del re di Polonia in Svecia*, [paulo ante diem 30 XI 1597], Hjärne add. XIII p. 61; cf. Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Varsaviae 30 XI 1597, ASV F. Borgh. III 91 D f. 254v, reg.

[80] *Relatione dello stato spirituale et politico del Regno di Svetia*, [1598], Pastor XI 751.

[81] Vide N. 110, N. 129, N. 174 p. 279-280, N. 175 p. 282, N. 178 p. 286, N. 209, N. 217 p. 351, N. 243 p. 388, N. 246 p. 399, N. 252.

[82] Jačov 31 ann. 53.

[83] Niederkorn 88.

convocari, ut defensio appararetur. Ioannes Zamoyski rem in discrimine esse sentiens per nuntium regi confirmavit se una cum eo esse acturum. Cum autem putaret armis cum ceteris civitatibus christianis sociatis Turcis bellum inferendum esse, placuit ei, ut primum Poloni ultimae invasionis Tartarorum ulciscendae causa expeditionem in Chersonesum Tauricam facerent. Quamquam in comitiis Cracoviae diebus 6 II - 21 III a. 1595 habitis cancellarius animum suum bellicum multis senatoribus et nuntiis terrestribus iniecit, cum viri ab imperatore et principibus Imperii missi vagas potestates haberent, foedus fieri non potuit. Igitur placitum est deligendos esse, qui comitiis ad finem adductis colloquia cum viris a Rudolpho II aliisque principibus christianis missis continuarent. Quod consilium mente concepit conscripsitque cancellarius (quaedam episcopus S. Severi ad id operam afferens adiecit), qui etiam putavit fieri posse, ut expeditio in Chersonesum Tauricam susciperetur. Nuntius bonam spem aluit atque credidit difficultates superari posse: *perché qua universalmente è desiderata la lega, se la M^tà Ces. et la S^tà di N.S. daranno presto risposta o almeno certa speranza, questi signori hanno intentione di attacarsi da dovero col Turco*[84]. Sed res, quae comitiis ad finem adductis consecutae sunt, Polonorum animum imminuerunt fregeruntque. Cum Maximilianus archidux exercitui imperatoris, qui exercitus in Hungaria Superiore castra habuit, praefectus esset, nobiles Poloni et ipse rex perturbari irritarique coeperunt. Fama erat Maximilianum Cosacorum seditionem adversus Polonos excitatam iuvare et cum Sigismundo Báthory, principe Transilvaniae, contra Sigismundum Vasa conspiravisse. Cum comitiis Cracoviensibus habitis Rudolphus II nullos viros delegisset, qui colloquia de foedere faciendo haberent, nemo iam fere speravit id mox fieri posse. Poloni clamabant Germanos et omnes fere civitates christianas studio vacuas inertesque esse. Malaspina quoque graviter id tulit metuitque, ne imperator eiusque ministri novas suspiciones ac discidia excitarent[85].

Cum plurimi nobiles, praesertim in Lithuania et Maiore Polonia, recusavissent vectigal in comitiis decretum expendere[86], expeditio contra Tartaros apparari non potuit. Interea quae Sigismundus Báthory princeps gerebat, maiore cum metu ab aula regia accipiebantur. Qui cum foedus cum Rudolpho II fecisset, mense maio a. 1595 Aaron, palatinum Moldaviae, potestate magistratuque privavit eumque Stephano Răzvan (Rozvan) tradidit. Qua re factum est, ut Mehmedus (Muhammed) III, Turcarum imperator, reliquam libertatem, qua Moldavia est usa, tolleret. Quae cum ita fuissent, metus erat, ne terrae finibus Regni Poloniae adiacentes in Turcarum potestatem venirent. Metuebatur quoque, ne Tartari in terras Polonas invaderent, sicut iam anno superiore fecerunt. Die 27

---

[84] Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Cracoviae 3 IV 1595, ASV F. Borgh. III 89 B f. 64.

[85] Idem eidem, Cracoviae 28 VII, 23 IX 1595, ADLP F. Aldobr. 3 f. 200, 261v-262, or.; Jarmiński: Bez użycia 73 sq., 82, 89 sqq., 98 sq.; Jarmiński: La Polonia 108 sq., 111; Macůrek: Zápas 32 sqq., 72 sq.; Niederkorn 479 sqq.; Rzońca: Rzeczpospolita 17 sq.; Sas: Układy 190 sqq.

[86] Jarmiński: Bez użycia 102-105.

mensis augusti Ioannes Zamoyski septem milia militum ducens Moldaviam ingressus est. Cum Stephanus Răzvan fugisset, cancellarius potestates sibi a senatus consilio datas stricte non servans primum operam dedit, ut Ieremias Mohila (Movilă) novus palatinus fieret, deinde castris ad Cecoram (Ţuţora) positis Turcarum et Tartarorum impetus sustinuit, cum quibus postea foedus Poloniae commodum fecit[87]. Quae cancellarius gessit, a Sigismundo Báthory et Rudolpho II vehementer reprehensa sunt. Germanicus Malaspina quoque culpabatur, qui id, quod rex et senatus constituit, secutus per Alfonsum Visconti, episcopum Cerviensem simulque nuntium in Transilvania commorantem, antea Sigismundo principi confirmavit Polonos rebus Moldavis se immiscere non velle, qua re factum est, ut ab eo nulla providerentur[88]. Epistula episcopi S. Severi Alfonso Visconti inscripta in Germania et Italia divulgata est, sed — ut ipse Malaspina asseruit — quibusdam verbis manu eius propria additis omissis, quibus quae sibi obiecta essent, repelli possent. Caesar Speciano, qui iam dudum a nuntio apostolico in Polonia commorante animo erat averso, male de episcopo S. Severi sentiebat, sicut ministri imperatoris fecerunt, eumque accusabat, quod cancellario se vendidisset[89]. Indignatio iraque in Polonos etiam in aula Romana oriebatur. Cum e Transilvania et Praga querimoniae identidem deferrentur, Adalbertus Baranowski, episcopus Plocensis, qui Romam venit, vix regis sui et Polonorum famam defendere potuit[90]. Clemens VIII cum suspicaretur Polonos communiter cum Turcis agere et Reipublicae Christianae nocere, die 8 mensis novembris Sigismundo III et Ioanni Zamoyski brevia doloris et querimoniarum plena misit[91]. Sedes Apostolica sollicita ac perturbata audivit ea, quae in Transilvania et aula imperiali Germanico Malaspina sunt obiecta, quamquam cardinalis Cinthius Aldobrandini, nepos papalis, levitatis vel fraudis eum non accusavit atque putavit nuntium culpandum non esse, quod cancellarius potestates sibi a rege et senatu datas neglexisset. Sed censuit illum ea, quae sibi mordaciter obiecta essent, repellere non posse nisi cancellario delictorum convicto et exercitu Polono e Moldavia reducto. Quae si efficere nuntius non potuisset, Polonis polliceri debuisset Clementem VIII a Sigismundo Báthory petiturum esse, ut ei provinciae renuntiaret. Pontifex maximus dixit se conciliatorem fore ea condicione, ut exer-

---

[87] Bazylow 81 sqq.; Corfus; Jačov 94 sqq.; Macůrek: Zápas 74 sqq.; Sas: Układy 200 sqq.; Sas: Wyprawa; Spieralski 145 sqq.

[88] Germanicus Malaspina Alfonso Visconti, Cracoviae 13 VII 1595, Vasiliu 235. Cf. idem card. Cinthio Aldobrandini, Bochnae 30 VIII 1595, Veress: Erdélyországi n. 302 p. 405; Alfonsus Visconti Caesari Speciano, Brassoviae 13 IX 1595, ib. n. 57 p. 110.

[89] Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Cracoviae 23 X 1595, ADLP F. Aldobr. 3 f. 292, or.; Caesar Speciano card. Petro Aldobrandini, Pragae 9 I, 26 III 1596, ASV F. Borgh. III 67 C f. 145v, 183v–184, or.; Germanicus Malaspina eidem, Varsaviae 29 III 1597, ASV F. Borgh. III 91 D f. 182, reg.; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CCXIII ann. 427; cf. Macůrek: Zápas p. XVIII.

[90] Adalbertus Baranowski Sigismundo III, Romae 25 XI 1595, SRA Extr. IX 89 s.f., or.

[91] Rykaczewski 59–65. Cf. Bazylow 84–85; Sas: Wyprawa 85.

citus Poloni una cum exercitibus Transilvanis contra Turcas bellarent[92]. Quae promissa episcopus S. Severi praestare non potuit. Plurimi senatores, qui in aula regia erant, putaverunt Ioannem Zamoyski necessitate coactum Moldaviam ingressum esse, ut saluti Poloniae et omnium civitatum christianarum consuleret. Quamquam initio Sigismundus III nuntio suasore rem, quam cancellarius gessit, nec reprehendit, nec laudavit, sed revera inceptis eius favit. Qua re factum est, ut Malaspina timeret, ne aulam a se averteret, si palam monuisset exercitum Polonum e Moldavia reducendum esse. Nulla quoque spes erat regem permissurum esse, ut pontifex maximus controversiam huius palatinatus intercessor diiudicaret, cum res ea ab ordinibus Regni pependisset et ad comitia proxima differenda fuisset. Ipse nuntius censuit cancellarium, quidquid revera cogitavisset, inceptis Turcarum et Tartarorum obstitisse, qui Poloniae, Transilvaniae et terris, quas imperator regebat, imminerent. Malaspina id egit, ut futurus status Moldaviae ab arbitro quodam diiudicaretur et pontificem maximum non celavit breve asperum regi missum ei rei assequendae nocere[93]. Quod etiam Romae multi viderunt. Iam in epistula die 18 mensis novembris a. 1595 data cardinalis Cinthius Aldobrandini episcopum S. Severi commonuit Sedem Apostolicam iam dudum cupivisse, ut Moldavia in Polonorum potestatem redigeretur, cum metus fuisset, ne princeps Transilvaniae ad eam retinendam parum virium haberet. Immo uno mense post idem cardinalis dixit id, quod cancellarius Moldaviam ingressus est ac Tartaros reppulit, *sia stato utile et salutare alle altre imprese*[94].

Sedes Apostolica imprimis id egit, ut Sigismundus III et Poloni cum domo Austriaca et Sigismundo Báthory in gratiam redirent. Etiam Malaspina ei rei operam dedit et conatus est per Caesarem Speciano in Rudolphum II et consiliarios imperatoris vim habere, sed cum aula Pragensis Polonis et episcopo S. Severi diffideret, nihil assecutus est[95]. Anno 1596 ineunte iuvit eum Benedictus Mandina, episcopus Casertanus, nuntius extraordinarius, qui mense februario Pragam venit, deinde Varsaviam profectus est. Qua in urbe cum comitia haberentur, die 30 mensis martii uterque nuntius orationem habuit declaravitque

---

[92] [Card. Cinthius Aldobrandini] Germanico Malaspina, Romae 9 XI 1595, ASV F. Borgh. III 18 f. 262–268v, reg.; *A mons. di San Severo, nuncio di N.S. in Polonia, in nome del sig. cardinale S. Giorgio* (epistula nomine card. Cinthii Aldobrandini a Petro de Nores confecta), Romae 18 XI 1595, BAV Barb. Lat. 5781 f. 109–117, cop.

[93] Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Cracoviae 13 X, 21 X, 27 X, 3 XI, 17 XI 1595, ADLP F. Aldobr. 3 f. 273v–274v, 283, 295v–296, 302–303v, 311–311v, or.; idem eidem, Cracoviae 1 II 1596, ib. f. 337: *Se la S^tà di N.S. havesse scritto all'imperatore un breve del tenore che ha fatto a questa M^tà et si fosse sparsa la copia di quello per tutta Polonia, come si è sparsa la copia di questo per tutta la Germania, che risentimento si farebbe*; memoriale nuntii ad Sigismundum III directum, s.d., ib. f. 300v–301; Jarmiński: Bez użycia 128; Macůrek: Zápas 81 sq.

[94] [Card. Cinthius Aldobrandini] Germanico Malaspina, Romae 18 XI, 16 XII 1595, ASV F. Borgh. III 18 f. 272, 279v, reg.

[95] Sas: Układy 203 sq. De animo in aula Rudolphi II a Polonis averso scripsit ad card. Cinthium Aldobrandini Ioannes Franciscus Aldobrandini, generalis S.R.E. capitaneus, Pragae 2 IV 1596, ASV SS Particolari 4 f. 135, or.

Clementem VIII cupere, ut Polonia ad foedus civitatum Turcis inimicarum sese applicaret. Cui desiderio pontificis maximi ut satisfieret, senatores et magna pars nuntiorum terrestrium dixerunt armis cum ceteris civitatibus christianis sociatis bellum Turcis inferendum esse, sed plurimi, qui animo a Rudolpho II averso erant, culpabant eum, quod colloquia, quae de ea re habita sunt, irrita fuissent. Clamabant, praecipue nuntii terrestres, Poloniam ab imperatore et pontifice maximo pecunia adiuvandam esse. Fuerunt, qui moleste ferrent Maximilianum archiducem pactionem Bytomiensem et Bendzinensem neglexisse, ac flagitarent, ut sponderetur Poloniam, si ad foedus sese applicavisset, onera belli gerendi solam sustenturam non esse. Cum legati, quos Rudolphus II Varsaviam misit, potestates aptas non habuissent et sola communia vagaque declaravissent, Malaspina id studuit, ut sicut anno superiore commissarii ab ordinibus instituerentur, qui comitiis habitis colloquia continuarent. Quod consilium, quamvis pars nuntiorum terrestrium turbarent ac indignarentur, approbatum est etiam ob eam rem, quod nuntiatum est cardinalem Henricum Caetani legatum a latere in Poloniam mox venturum esse[96]. Commissio peculiaris Cracoviae diebus 8–31 mensis augusti a. 1596 legato apostolico arbitro praesente sessionem habuit, in qua delegati Poloni et Rudolphi II legati condiciones foederis contra Turcas faciendi statuere postremum conati sunt. Cardinalis Caetani cum cognovisset eos, qui colloquebantur, diversa sentire, moleste id tulit dixitque et commissarios caesareos et nuntios papales, id est Germanicum Malaspina et Benedictum Mandina, erravisse, qui ut Polonos ad foedus faciendum adhortarentur, ea polliciti essent, quae praestari non possent. Praeterea questus est legationem suam ob eam rem irritam fuisse, quod episcopus S. Severi falsus clamavisset Sigismundum III Regnumque Poloniae ad foedus cum imperatore faciendum facile impelli posse[97].

Cum cardinalis legatus in Poloniam venisset, Malaspina spem amisit fieri posse, ut a Clemente VIII colloquiis de Polonia belli contra Turcas socia praeficeretur utque brevi cardinalis dignitate ornaretur, cui rei Romae operam dabat amicus eius cardinalis Petrus Aldobrandini[98]. Fortuna episcopi S. Severi mutata est. Id ex eo conici potuit, quod facultates eius ad iurisdictionem pertinentes intermissae sunt (qua re factum est, ut ad tempus reditus eius minuerentur) et a secretariatu pontificio nulla ei per singula praecipiebantur. Quae praecepta accipiebat cardinalis Caetani, ei quoque epistulae nuntii reddebantur[99]. Mala-

---

[96] Jarmiński: Bez użycia 140 sqq.; Macůrek: Zápas 85 sqq.; Niederkorn 485 sqq.; Rzońca: Rzeczpospolita 19; Sas: Układy 205 sqq.

[97] Card. Henricus Caetani Iulio Caesari Riccardi, aepo Barensi et nuntio in Sabaudia, Cracoviae 17 VIII 1596, A. Caetani F. Gen. n. 130789; Bentivoglio 86.

[98] Bentivoglio l.c.; Germanicus Malaspina Campritio Cornovaglio, Cracoviae 13 VII 1596, ASV F. Borgh. III 89 C f. 152–152v, or.

[99] Woś: Itinerario 56; Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Varsaviae 10 VI 1596, ADLP F. Aldobr. 3 f. 355–355v, or.; idem eidem, Varsaviae 29 III 1597, ASV F. Borgh. III 91 D f. 184v, reg.; [card. Cinthius Aldobrandini] Germanico Malaspina, Romae 22 VI 1596, ASV F. Borgh. III 18 f. 385, reg.

spina dignitatem suam imminutam molestissime tulit; cum vir gravis esse vellet, nonnumquam aulicam elegantiam neglegebat, quod ei obiciebat Ioannes Paulus Mucante, caerimoniarum papalium magister, qui cardinalem legatum comitatus est[100].

Cum commissio Cracoviensis nihil profecisset et provideri potuisset Poloniam pacem cum Turcis renovaturam esse, iam autumno a. 1596 nuntius metuens, ne ea re facta animum pontificis maximi a se averteret, cardinali Petro Aldobrandini dixit se Poloniam relinquere cogitare atque eum rogavit, quid de ea re sentiret. Quam rem in epistula die 2 mensis martii anni insequentis data iterum tractavit, cum comitia Varsaviae haberentur (10 II - 25 III a. 1597) cumque cardinalis Caetani regem et ordines ad foedus cum imperatore faciendum adhortari demissus omisisset. Iterum petivit, ut revocaretur, comitiis ad finem adductis sollicitus fama Polonos Sigismundo Báthory Moldaviam recuperare conante vel Maximiliano archiduce Transilvaniam appetente arma esse capturos. Malaspina non ignoravit discidiis inter Poloniam et civitates ei vicinas ingravescentibus sibi ab eis nova obiectum iri[101]. Quamquam cardinalis Aldobrandini nuntium demum certiorem fecit pontificem maximum voluntati eius mox satisfacturum esse[102], tamen mora consecuta est. Interea episcopus S. Severi a Bonifacio Caetani, cardinalis legati nepote, sibi inimico, et aliis viris, qui eidem cardinali serviebant, vehementer reprehensus est. Quorum relationibus, quas postquam e Polonia Romam redierunt, confecerunt, secundum Bonifacium Caetani factum est, ut Clemens VIII nuntium revocaret[103]. Quod fortasse revera pontifex maximus facere constituit, sed numquam fecit. Sine dubio profuit nuntio cardinalis Cinthius Aldobrandini, qui quae tum ille egit, laudavit[104]. Nam Malaspina quamquam similiter atque Sigismundus III et senatus indigne ferebat Polonos a ministris imperatoris et Caesare Speciano nuntio culpari, quod colloquia de foedere contra Turcas faciendo irrita fuissent[105], sed strenuam operam dedit, ut controversiae inter regem Regnumque Poloniae et domum Austriacam cautionibus utrimque circa Moldaviam et Valachiam adhibitis componerentur, ut Maximilianus archidux pactionem a. 1589 factam servaret utque princeps

---

[100] Julian Bartoszewicz, EPO XVII 846; cf. Macůrek: Zápas p. XVII.

[101] Germanicus Malaspina card. Petro Aldobrandini, Cracoviae 16 XI 1596, Varsaviae 2 III, 29 III 1597, ASV F. Borgh. III 91 D f. 171v, 177v, 181–182, reg.

[102] [Card. Petrus Aldobrandini] Germanico Malaspina, Romae 17 V 1597, ASV F. Borgh. II 475 f. 27, reg.

[103] Bonifacius Caetani Caesari Speciano, Cracoviae 12 IV 1597, B. Ambr. D. 119 suss. f. 639, aut., ubi etiam affirmat Germanicum Malaspina esse *il maggior amico del cancelliero et inimico di casa d'Austria che veda il sole et il più vario et inconstante huomo che stia sotto la luna*; idem eidem, Romae 5 VII 1597, ib. f. 661–662v, aut.

[104] [Card. Cinthius Aldobrandini] Germanico Malaspina, Romae 13 IX 1597, ASV F. Borgh. III 18 f. 419, reg.

[105] Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Varsaviae 29 VI 1597, ASV F. Borgh. III 91 D f. 209, reg.

Transilvaniae cum cardinale Andrea Báthory eiusque fratre Stephano in gratiam rediret.

Exitus comitiorum a. 1597 habitorum improsperus fuit. Cum in eis multi Ioannis Zamoyski cancellarii praepotentiae adversati essent, Sigismundus III credere desivit eum utilem necessariumque esse ac nobiles obsistentes delenire posse. Quod rex eo magis sibi persuasit, quod mense iunio eiusdem anni exercitus Ioanni Zamoyski, qui munere capitanei generalis simul fungebatur, non oboedivit[106]. Cum consilium Poloniae bello contra Turcas immiscendae ad effectum non esset adductum, quo in bello — ut Sedes Apostolica speravit — cancellario partes maximae agendae erant, etiam Malaspina minus curavit se cum illo coniuncte vivere sicut annis superioribus fecit. Autumno a. 1597 putare etiam coepit transactionem Bytomiensem et Bendzinensem a Maximiliano archiduce iurandam esse, ut rex ab imperatore adiuvaretur ac ministrum potentissimum a se amovere posset. Eodem tempore nuntius adversariorum cancellarii in aula regia inceptis favit, qui putabant eum pecunia non esse iuvandum, ut Tartaros et Sigismundum Báthory, qui Moldaviam invadere cogitare dicebatur, repellere posset[107]. Novus Germanici Malaspina erga cancellarium animus ab aula Pragensi laudatus est. Qua re factum est, ut a. 1597 exeunte Caesar Speciano cum episcopo S. Severi in gratiam rediret, is autem benevolentiam Rudolphi II recuperaret[108].

Cum Germanicus Malaspina in Polonia esset, ea res magnae auctoritatis est facta, quod hierarchia orthodoxa et pars laicorum eiusdem confessionis, qui Reipublicae Utriusque Nationis terras incolebant, pontificis maximi potestati se subdiderunt. Quamquam nuntius putavit unionem cum Ruthenis faciendam maximi momenti esse atque ad eam iungendam plurimum contulit, in epistulis suis, quas Romam mittebat, plura scripsit de foedere contra Turcas faciendo. Est quoque, quod commoneamus eum de episcoporum Ruthenorum consilio demum autumno a. 1594 certiorem factum esse, cum regem comitans e Suecia revertisset. Anno proximo Malaspina dicebat in colloquiis cum episcopis Ruthenis habitis prudentiam adhibendam esse et antequam nomine illorum agentes Romam mitterentur, exquirendum esse, utrum totus clerus orthodoxus unioni faveret, an non. Ita ut ageret, ideo adductus est, quod incertus erat, utrum episcopi Rutheni in eis, quae declararent, constantes essent, an non. Huc accedebat, quod metuit, ne accusaretur, si Constantino Ostrogski, palatino Kioviensi, aliisque Ruthenis, qui papae parere nollent, reclamantibus perturbationes in civitate excitarentur. Quamquam episcopus S. Severi kalendis augustis a. 1595 articulos ad unionem pertinentes Brestae die 1/11 mensis iunii ab episcopis Ruthenis cons-

---

[106] Jarmiński: Bez użycia 191 sq.; Macůrek: Zápas 105 ann. 112.

[107] Germanicus Malaspina Caesari Speciano, Varsaviae 3 X 1597, ASV F. Borgh. III 91 D f. 237–238, reg.

[108] Caesar Speciano card. Petro Aldobrandini, Pragae 3 XI, 22 XII 1597, ASV F. Borgh. III 109 E f. 110v–111, 261, or.; Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Varsaviae 30 XI 1597, ASV F. Borgh. III 91 D f. 255, reg.

criptos laudavit, noluit tamen ipse constituere, utrum viri ab his episcopis delegati, Hypatius Pociej et Cyrillus Terlecki, Romam mittendi essent, an non. Hac in re nuntius circumspecte egit, sed sicut Sedes Apostolica vanam spem aluit orthodoxos Moldaviam, Valachiam et ipsum Magnum Ducatum Moscoviae incolentes ad unionem faciendam adduci posse[109].

A protestantibus Polonis et Lithuanis Malaspina animo fuit aversissimo sicut a Lutheranis Sueticis. Iam in congregatione, quae paulo ante convocata est, quam comitia a. 1592 haberi coepta sunt, episcopos adhortatus est, ut confoederationem Varsaviensem a. 1573 factam neglegerent, quae pacem praestabat inter eos, qui diversa sacra sequebantur. Cum autem comitia supra memorata haberentur, clamabat „haereticis" cedendum non esse, imprimis id agens, ne auctores turbarum religionis causa excitatarum punirentur neve delubra protestantium Cracoviae et Vilnae a. 1591 funditus diruta reficerentur. Similiter annis insequentibus Sigismundum III, presbyteros et laicos catholicos, qui senatorum dignitate sunt ornati, per eos autem nuntios terrestres quoque ad obstinationem concitare non destitit. Cum gratia apud regem multum valeret, nuntius fuit in numero eorum, qui regi persuaserunt, ne protestantismi fautoribus magistratus vacantes et capitaneatus committeret (quod tamen potius in Polonia quam in Magno Ducatu Lithuaniae factum est). Qua re imprimis factum est, ut numerus nobilium Polonorum reformationi faventium saeculo XVI exeunte minueretur. Anno 1597 episcopus S. Severi scripsit — procul dubio rem paulo augens — tempore pontificatus Clementis VIII plures „haereticos" mortuos esse vel fidem catholicam amplexos esse quam annis, quibus quinque superiores papae regnaverunt. Similia scripsit anno consequente inter alia dicens tempore, quo in Polonia commoratus est, catholicos e quattuor milibus parochiarum ab heterodixis occupatarum dimidiam partem fere recuperavisse. Rege et capitaneis catholicis adiuvantibus multae ecclesiae, imprimis in civitatibus regiis, recuperatae sunt. Posnaniae praedicantes Lutherani coacti sunt relinquere non solum sedem, quam adhuc occupabant, sed etiam urbem, quod assidue a rege petebant nuntius et Lucas Kościelecki, episcopus Posnaniensis[110]. Medius fuit — quod mirum est — episcopus S. Severi inde ab a. 1595 in controversia, quam Hieronymus Rozrażewski, episcopus Cuiaviensis, cum senatu Gedanensi habuit (Gedani, in urbe potentissima, Lutherani dominabantur). Quod ea re explicari potest, quod rex controversiam componi voluit quodque naves Gedanenses friges vehebant in Italiam, in qua tum frumentum angustius provenit[111].

Germanicus Malaspina continuo curabat, ut Ecclesia Catholica Polona renovaretur. Putabat episcopos Polonos, quamquam paucis exceptis munera sua dili-

---

[109] Chodynicki 308 sqq.; Dmytrijev 60 sqq.; Halecki: From Florence 251 sqq.; Halecki: Unia 72 sqq; Kumor 33 sqq; Smolka 31; Welykyj: DUB passim.

[110] Vide N. 119 p. 199, N. 160 p. 258–259, N. 179 p. 288–289, N. 214 p. 346–347, N. 244 p. 392; Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Varsaviae 31 III 1598, ASV F. Borgh. III 96 E f. 85v, or.; *Attioni seguite in Polonia et in Svetia...* (vide supra, ann. 67) f. 98–98v; Jarmiński: Bez użycia 26 sqq. et passim; Pastor XI 407 sq.; Rykaczewski 81 sqq.

[111] Czaplewski 478–479, 519, 576; Czapliński 595 sq.; cf. Braudel I 634 sq.

genter explerent, decreta Concilii Tridentini a. 1577 in synodo provinciali Petricoviensi comprobata stricte non servasse et eloquentiae vel chronicae Martini Cromeri potius quam regulis canonicis vacare maluisse. Dolebat, quod episcopi in causis iudicialibus Romam et tribunal nuntiaturae non consulebant, qua re fiebat, ut dignitas huius magistratus minueretur. Arbitratus est veniis multis, indultis et privilegiis a Sede Apostolica episcopis datis id factum esse, ut vincula, quibus nuntii apostolici antea in Polonia commorantes cum episcopis et canonicis circa res ecclesiasticas coniuncti erant, solverentur; praeterea ius visitandi ordines episcopis datum causa fuit, cur potestas eorundem ordinum generalium minueretur[112]. Ut omnibus fidelibus iusta cura pastoralis praestaretur, nuntius non appetivit amplam facultatem, ex qua cumulationem beneficiorum ecclesiasticorum incompatibilium concedere posset, atque putavit quemque loci ordinarium necessitate premente huiusmodi dispensationes a pontifice maximo petere debere[113]. Operam dedit, sed frustra, ut ex candidatis beneficia parochialia petentibus optimi eligerentur, indigni autem spernerentur. Conatus est prohibere, quominus clerus disciplinam ecclesiasticam neglegeret, castigavitque vitam quorundam episcoporum a vocatione sacerdotali alienam (in mente habemus Lucam Kościelecki et cardinalem Andream Báthory)[114]. Iam inde a primo anno, quo in Poloniam venit, studiosissime episcopos adhortabatur, ut dioeceses visitarent et synodos convocarent[115]. Curae ei erat controversia de episcopatu Vilnensi inde ab a. 1591 vacante dolebatque, quod res sacrae in ea dioecesi neglegebantur et protestantes praevalebant. Anno 1597 consilio Stanislai Karnkowski primatis favit, qui censuit synodum provincialem convocandam esse[116], quae tamen demum a. 1607 habita est.

Aestate a. 1597 episcopus S. Severi porro significavit se quam primum Poloniam relinquere velle. Sed aliter atque speravit a Sede Apostolica iussus est regem iterum in Sueciam ire cogitantem comitari, si hic id ab eo petivisset. Quamquam nuntius pontificis maximi voluntati obtemperare constituit, tamen non dissimulavit se id moleste ferre, quia gravibus causis adducebatur, ut in Italiam rediret: pater eius nuper mortuus est, frater autem, Alexander, cum in Flandria esset, aes alienum fecit[117]. Sed initio a. 1598 Clemens VIII Germanicum Malaspina e Polonia revocavit. Quod ideo factum est, quod is anno superiore controversiam turpissimam cum cardinale Georgio Radziwiłł iniit, nam alius alium culpabat, uterque superbiam suam laesam indigne ferebat[118]. Men-

---

[112] Vide N. 179 p. 289-290; Rykaczewski 85 sqq.

[113] Vide N. 95, N. 230 p. 366.

[114] Vide N. 214 p. 347, N. 232, N. 237, N. 244 p. 391.

[115] Vide N. 116 p. 195, N. 165 p. 269, N. 166, N. 172, N. 173, N. 190, N. 230 p. 366.

[116] Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Varsaviae 21 XII 1597, ASV F. Borgh. III 91 D f. 263-264, reg.; Halecki: From Florence 418.

[117] Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Varsaviae 8 VII, 11 X 1597, ASV F. Borgh. III 91 D f. 210v, 239v-240, reg.; idem card. Petro Aldobrandini, Varsaviae 11 X 1597, ib. f. 240v.

[118] [Card. Petrus Aldobrandini] Clementi VIII, Ferrariae 2 II 1598, ASV F. Borgh. II 492 f.

se martio ineunte episcopus S. Severi Varsaviae epistulam die 31 I 1598 a cardinale Cinthio Aldobrandini scriptam accepit, qua ei nuntiatum est pontificem maximum permisisse, ut in Italiam reverteretur, itaque confestim iter apparare coepit. Rege tamen et Stanislao Karnkowski primate flagitantibus pollicitus est se nisi comitiis, quae tum habebantur, ad finem adductis Varsavia non esse profecturum. Qua re factum est, ut Varsaviam demum die 20 mensis aprilis reliquerit[119]. Paulo prius, mense martio exeunte, pontifex maximus declaravit se Claudium Rangone, episcopum Regiensem in Aemilia, nuntium apud Polonos facere in animo habere. Papa cogitavit, ut is Varsaviam iter faciens Graecium se conferret et commiserationem ob mortem Annae Austriacae reginae significaret (quae nuper die 10 II 1598 obiit)[120]. Sed Claudius Rangone in Poloniam demum anno consequente profectus est[121].

Anno 1598 mense aprili ineunte Sigismundus III epistulam ad Clementem VIII misit, in qua inter alia Germanicum Malaspina nuntium laudavit doluitque, quod is revocatus est. Scripsit quoque rex se mirari, quod de ea re a pontifice maximo certior factus non esset[122]. Episcopus S. Severi sex annos fere apud Polonos nuntius fuit. Quo tempore non semel a viris in Regno Poloniae amplissimis, clericis et laicis, laudabatur, qui dicebant eum imprimis de concordia intestina a. 1592 restituenda ac annis insequentibus confirmanda bene meritum esse. Sed non defuerunt, qui a nuntio averso essent animo. Nobiles quidam, imprimis reformationis studiosi, indigne ferebant eum gratia in aula regia multum valere[123]. Multi viri docti historiae saeculi XVI exeuntis periti putant Germanicum Malaspina eo tempore unum ex optimis diplomaticis pontificiis fuisse, qui de civitatibus Europae Mediae plurima didicisset. Praeterea vir fuit animo strenuo, forti atque agili, in agendo plerumque prudens ac moderatus. Erga Ioannem Zamoyski praeiudicio vacuum se praebuit (paucis mensibus exceptis, quibus munus suum in Polonia iniit). Nullis vinculis cum domo Austriaca coniunctus fuit, aliter atque Vincentius Laureo vel Hannibal de Capua. Sunt tamen, qui putent eum in rebus Sueticis erravisse et falsum credidisse foedus contra Turcas facile fieri posse Poloniamque ei foederi sese applicaturam esse. Falsum etiam speravisse unionem circa religionem tota Europa Orientali, quam

---

15–15v, reg.; Clemens VIII card. Petro Aldobrandini, [Romae] 11 II 1598, ASV F. Borgh. II 8 f. 15v, aut.; Bazielich 175, 198 sq., 256.

[119] Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Varsaviae 9 III, 31 III, 20 IV 1598, ASV F. Borgh. III 96 E f. 75, 84–84v, 95v, or.; idem card. Petro Aldobrandini, Varsaviae 9 III 1598, ib. f. 77, or.

[120] Card. Cinthius Aldobrandini card. Petro Aldobrandini, Romae 28 III 1598, ASV F. Borgh. IV 281 A f. 191, aut., BAV Barb. Lat. 5861 f. 94v–95, cop.; Ioannes Garsias Millini, auditor Rotae, card. Henrico Caetani, Ferrariae 16 V 1598, ASV SS Cardinali 1 f. 92v, aut.: *in Polonia va il vescovo di Reggio.*

[121] Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CCXLI; Wojtyska: ANP I 241.

[122] Sigismundus III Clementi VIII, Varsaviae 2 IV 1598, B. Vallic. L 18 f. 226v, cop., ASV F. Borgh. III 107 AD f. 189, cop.

[123] Jarmiński: Bez użycia 43, 121.

orthodoxi incolebant, bene procedere posse[124]. Brevi postquam in Poloniam venit, Malaspina in Regno Poloniae multum valuit. Quam ob rem potuit comitiis generalibus strenuus interesse et ad eorum decreta, imprimis annis 1592–1596, aliquatenus vim habere. Qua re factum est, ut e relationibus eius Romam missis plurima discimus de decursu comitiorum, de Regni Poloniae rebus externis internisque deque civitatibus vicinis. Non omnia tamen, quae nuntius in epistulis in Polonia et in Suecia annis 1593–1594 scriptis nuntiavit, recta ac fide digna sunt. Etiam in opinionibus et iudiciis nonnumquam erravit vel ab ira et studio vacuus non fuit[125].

Verisimile videtur vere a. 1598 una cum Germanico Malaspina in Italiam profectum esse Hieronymum Barboncini, auditorem causarum et secretarium eius[126]. Iam anno superiore Poloniam reliquit Opizzo (Opizzone) Malaspina, Germanici consanguineus, qui notarum secretarum secretarii munera explevit[127]. Anno 1596 negotiis privatis in Italia obeundis adductus est, ut in patriam reverteretur, administrator domus nuntii, cuius nomen nescimus[128]. Actuarius et notarius in eius cancellaria fuit Laurentius Bordini, anno autem 1597 muneribus eius functus est Valentinus Babski, clericus dioecesis Posnaniensis in minoribus ordinibus constitutus[129]. Sigismundus Ernhoffer iesuita fuit confessarius Annae Austriacae reginae et Germanici Malaspina[130]. In numero eius sacellanorum (quattuor ei serviverunt, cum die 21 X 1596 Catharina, regis filia, baptizaretur[131]) fuerint viri hi: Petrus Pasero, Hadrianus Pincione (Pincionius, Pincionus) et Italus, cuius nomen ignoramus, qui morbo affectus a. 1595 in Italiam revertit[132]. E fontibus historicis discimus ad episcopi S. Severi familiam etiam hos viros pertinuisse: Ioannem Castagna, nobilem Ariminensem, Franciscum Craveri (Craverium), Silvium Picciatti (Picciattum) et Franciscum

---

[124] Garstein 72 sq.; Halecki: From Florence 282, 300, 309, 312 sq., 352, 412, 414; Halecki: Unia 72; Hjärne 10 sq.; Lepszy: Rzeczpospolita 367; Lönnqvist 338; Macůrek: Dozvuky p. XI; Macůrek: Zápas p. XVI; Pärnänen: Sigismond 33; Smolka 27; Törne: Påvedömets 5 sq.; Wisner 67; Zieliński, Żelewski 200.

[125] Garstein 74, 85, 459 ann. 20; Jarmiński: Bez użycia 85 sq., 89 sq., 110–112; Jarmiński: Z problematyki 116; Smolka 28 sqq.; Wojtyska: ANP I 127, 183 ann. 47.

[126] Vide N. 73 ann. 1.

[127] Caesar Speciano [card. Cinthio Aldobrandini], Pragae 7 IX 1597, ASV F. Borgh. III 109 D f. 242v, or.; Opizzo Malaspina Clementi VIII, Bonnae 10 I 1604, ASV F. Borgh. III 105 DE f. 143, aut.

[128] Germanicus Malaspina card. Henrico Caetani, Varsaviae 10 VI 1596, ASV F. Borgh. III 91 D f. 162v, reg.

[129] Vide N. 219 ann. 8; ASV Arch. Consist. Proc. Consist. 11 f. 84v, 20 VIII 1597.

[130] Vide N. 203 p. 333.

[131] Woś: I due soggiorni 48.

[132] Germanicus Malaspina Petro Aldobrandini, Varsaviae 8 VI 1593, ASV F. Borgh. III 66 CD f. 233, or.; idem eidem, Cracoviae 21 IX 1595, ASV F. Borgh. III 89 B f. 223, or.; ASV Arch. Consist. Proc. Consist. 11 f. 37v, 9 V 1596, f. 39, 22 III 1597.

Pomaski, qui scripta e lingua Polona in linguam Latinam ad usum nuntii vertebat[133].

Epistulae publicae, quae in Germanici Malaspina cancellaria componebantur, primum Minutio Minucci tradebantur, qui in secretariatu pontificio usque ad diem 12 mensis septembris a. 1592 res Polonas obeundas curabat[134]. Inde a die 19 mensis septembris instructiones nuntio confectae semper a Cinthio Aldobrandini subscribebantur, quamquam earum minutas paene semper conficiebat Minucci, qui abhinc ei subiectus erat[135]. Inde a mense maio a. 1596 Minutii Minucci munus Lanfrancus Margotti suscepit[136]. Epistulae officiales episcopi S. Severi, quibus respondebatur ad instructiones a Minutio Minucci subscriptas, nullo intercedente pontifici maximo inscribebantur (postremum die 27 X 1592[137]). Quod institutum tamen inde a die 10 mensis iulii usque ad diem 9 mensis septembris neglegebatur, Malaspina enim, non habens nisi clavem notarum secretarum, qua abhinc in epistulis privatis ad Petrum Aldobrandini scribendis utebatur, exspectans etiam se Clementis VIII fratris filium summos in curia Romana honores mox esse assecuturum, ad eum ipsum et cifras et relationes apertas mittebat[138]. Cum spes eum fefellisset, inde a mense septembri medio denuo pontifici maximo eas inscribebat, inde autem a die 3 mensis novembris Cinthio Aldobrandini, postquam primum instructiones ab eo subscriptas accepit[139]. Annis insequentibus, cum contenderet cum cognato, uter eorum

---

[133] Vide N. 146; Germanicus Malaspina card. Petro Aldobrandini, Varsaviae VII 1597, ASV F. Borgh. III 89 D f. 119, or.; ASV Arch. Consist. Proc. Consist. 10 f. 476v, 23 X 1594, f. 478, 3 XII 1594. Silvium Picciatti a. 1597 in Italia iam commoratum esse constat, sed hoc tempore is rursum in Poloniam proficisci debuit (card. Fridericus Borromeo Germanico Malaspina, Romae 20 IX 1597, B. Ambr. G. 261 inf. n. 291[bis] f. 95, reg.).

[134] Initio pontificatus Clementis VIII, ante mensem septembrem a. 1592, rebus Polonicis obeundis Cinthius Aldobrandini quoque aliquatenus interfuit et admodum raro Ioannes Andreas Caligari, epus Brittinoriensis, cui Matthaeus Argenti clavem notarum arcanarum pro Germanico Malaspina confectam die 12 VIII 1592 tradidit (cf. N. 30 ann. 1 et N. 92).

[135] Nonnumquam fiebat, ut ipse pontifex maximus (vide N. 133, cf. Kristen 45 ann. 63), Cinthius Aldobrandini (vide N. 218) vel socii laboris Minutii Minucci (vide supra, ann. 92) instructiones Germanico Malaspina conficerent.

[136] Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. XLIII sq., L, LIII sqq.; Jaschke 136 sq., 139 sq.; Kristen 34 sqq.; cf. N. 30 ann. 1 et N. 44 ann. 1.

[137] Vide N. 167 et 168. Iam Innocentio IX pontifice maximo, cum Minutius Minucci in eius secretariatu rebus Germanicis praeesse coepisset, ad id institutum observandum nuntii Pragensis et Coloniensis coacti sunt: *In quello che occorrerà a V.S.Illma intorno ai negocii della sua nonciatura, haverà a scrivere a N.S. medesimo, di cui espresso ordine vengono tutte le cose sudette, che ella esequirà con la solita prudenza* (Minutius Minucci Camillo Caetani, Romae 2 XI 1591, Schweizer: Nuntiaturberichte n. 204 p. 407; cf. idem Octavio Mirto Frangipani, Romae 2 XI 1591, Roberg: Nuntiaturberichte II/2 n. 125 p. 162).

[138] Vide N. 68, N. 97 p. 159, N. 126.

[139] Vide N. 175. Clavis notarum arcanarum, quae inde a die 10 mensis iulii in cancellaria Germanici Malaspina adhibebatur, demum post diem 27 mensis octobris adhiberi desiit, quamquam eo mense ineunte nuntius confirmavit sibi clavem novam traditam esse (vide N. 141 p. 233), quam Matthaeus Argenti die 12 mensis augusti confecit (N. 92). Altera clavis primum epistulae die 12 XI 1592 datae notis arcanis componendae adhibita est (N. 179).

gratia in curia Romana plus valeret, et Petrus Aldobrandini superior fiebat, episcopus S. Severi non omisit mittere ei copias epistularum publicarum Cinthio inscriptarum, quod ceterum plurimi nuntii ei subiecti facere solebant[140].

Munere Polono expleto Malaspina in Italiam contendit et mense iulio a. 1598 Ferrariam venit, ubi inde a die 8 mensis maii usque ad diem 26 mensis novembris Clemens VIII commoratus est. Cum cardinalis Petrus Aldobrandini favere ei non destitisset, a pontifice maximo benigne est exceptus et apud eum mansit, quamquam mense augusto declaravit se cupere cardinalem Petrum Aldobrandini legatum Mediolanum petentem comitari[141]. Eodem anno, fortasse cum Ferrariae esset, de iis, quae nuntius in Polonia egerat, rettulit. Quo scripto successorem suum doceri voluit[142]. Verisimile videtur eum Romam in pontificis maximi comitatu paulo ante festum Nativitatis Christi venisse. Mox in Apuliam in suam dioecesim se contulit, ubi parochias visitare coepit et pecuniae parandae operam dedit[143]. Cum cardinalis Cinthius Aldobrandini post longam absentiam die 7 mensis maii a. 1599 in aulam pontificiam revertisset, consilium novi muneris diplomatici episcopo S. Severi assignandi initum est. Fama erat eum in Hispaniam missum iri, ut controversiam de iurisdictione ecclesiastica Mediolani inter Fridericum Borromeo archiepiscopum et Ioannem Ferdinandum de Velasco gubernatorem ortam componeret[144]. Sed revera ideo episcopus Romam est vocatus, quia e Transilvania nuntia mala allata sunt. Cum a. 1599 mense martio exeunte principatus ille in cardinalis Andreae Báthory potestatem venisset, metus erat, ne is domui Austriacae iam dudum inimicus cum Turcis pactionem faceret vel in bello in Hungaria gesto medius esse conaretur. Quam ob rem Clemens VIII putavit necesse esse Malaspina ad cardinalem properaret, ut cum eo pactionem iniret eumque adhortaretur, ut cum Rudolpho II communiter ageret. Litterae credentiales et instructio die 11 mensis iunii nuntio confectae sunt[145]. Die 22 eiusdem mensis ille Roma profectus est, sed ante profectionem pontificem maximum rogavit, ut Iacobo Aldobrandini, nuntio in Regno Neapoli-

---

[140] Cf. Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CVII; Kristen 39; Parisi: Epist. 1 p. 107 sq.

[141] Ioannes Garsias Millini, auditor Rotae, card. Henrico Caetani, Ferrariae 15 VII 1598, ASV SS Cardinali 1 f. 94–94v, aut. (cf. Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CCXIII); Germanicus Malaspina card. Petro Aldobrandini, Ferrariae 20 VIII 1598, ASV F. Borgh. III 96 E f. 97, aut.: *Mi disse N.S.: „Noi restiamo sodisfatti del vostro servitio, stimiamo le vostre fattiche et si teniamo obligati di rimunerarle"*; idem Thomae Vannini, Ferrariae 20 VIII 1598, ib. f. 99, aut.

[142] BAV Urb. Lat. 837 f. 479–512, 536v, cop.; B. Vallic. N 33 f. 120–143, cop. (in versione Polona ed.: Rykaczewski 75–97; Fabisz 381–383, excerpta); ib. N 35 f. 235–270, cop.; ib. N 35 f. 275–300v, cop.; BEU α.T.5.10 (It. 767) f. 62–98v, cop.; B. Ambr. H. 155 inf. f. 30–66v, cop.; B. Cz. 97 p. 609–615, cop.

[143] [Card. Petrus Aldobrandini] Germanico Malaspina, Romae 6 II 1599, ASV F. Borgh. III 28 f. 127v, reg.; idem Iacobo Aldobrandini, nuntio in Regno Neapolitano, Romae 26 II 1599, ib. f. 41v–42, reg.

[144] Hieronymus Rozrażewski, epus Cuiaviensis, Ioanni Zamoyski cancellario, Venetiis 4 VI 1599, Czaplewski n. 1223 p. 565.

[145] Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CCXIII (ann. 432), 611–616.

tano, curam dioecesis suae committeret[146]. Cum in aula imperatoris cardinali Andreae Báthory pactionem proponenti diffisum esset cumque Malaspina arbiter frigide exceptus esset, munus suum explere vix potuit, praecipue postquam Michael Strenuus (Viteazul), palatinus Valachiae, cum copiis suis Transilvaniam ingressus est. Cardinale mortuo supervacuum fuit nuntium in hoc principatu commorari[147]. Rebus in Transilvania gestis nuntiatis plurimi Poloni tristes ac animo ab episcopo S. Severi averso facti sunt, qui culpabatur, quod princeps infelix ceciderit et interfectus sit. Ipse Ioannes Zamoyski cancellarius aliique viri amplissimi, qui apud regem erant, non dissimulaverunt se id, quod Malaspina fecisset, indigne ferre. Claudius Rangone nuntius famam antecessoris sui defendere frustra conatus est[148]. Sed Clemens VIII, cui episcopus S. Severi, postquam Romam revertit (die 6 II 1600), de iis, quae in Transilvania sunt gesta, per singula rettulit, labores et sumptus factos duobus milibus scutorum ei remuneratus est[149].

Germanico Malaspina confirmatum est eum novum munus diplomaticum mox esse accepturum, quod tamen non est factum. Scimus eum tantum una cum aliis viris a. 1600 mense septembri exeunte et octobri ineunte cardinalem Petrum Aldobrandini Florentiam petentem (ut legatus pontificius caerimoniae matrimonii Mariae de Medicis cum Henrico IV, rege Galliae, procuratoris eius opera iungendi interesset) comitatum esse, postea autem in dioecesim suam revertisse[150]. Anno consequente, cum illam regeret et controversiam decimarum cum viro quodam, qui magistratum S. Severi gessit, haberet[151], operam dedit scripto componendo, quod *Dialogo sopra lo stato spirituale e politico dell'Imperio e delle provincie infette d'eresie* inscripsit et cardinali Petro Aldobrandini, patrono suo, dedicavit[152]. Cum frater eius, Alexander, uxorem ducere cogitasset,

---

[146] [Card. Petrus Aldobrandini] Iacobo Aldobrandini, Romae 25 VI 1599, ASV F. Borgh. III 28 f. 48, reg.

[147] Ambró; Bazylow 104 sqq.; Kolberg 695 sqq.; Veress: Erdélyországi 320 sqq.; Veress: Nunciusok 336 sqq.

[148] Buta: I paesi 128, 131, 134–135, ; Buta: I ragguagli 299; Ciaconius col. 108; Heidenstein 346–347; Ossat n. XL p. 98–99 (epistula Romae die 13 I 1600 data).

[149] Buta: I paesi 133 (novitates de 19 II 1600).

[150] Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CXX, CCXIV; [card. Petrus Aldobrandini] Germanico Malaspina, Camberii 5 XII 1600, ASV F. Borgh. III 28 f. 142, reg.

[151] [Card. Petrus Aldobrandini] Germanico Malaspina, Romae 28 VII 1601, ASV F. Borgh. III 28 f. 146v, reg.; card. Cinthius Aldobrandini Iacobo Aldobrandini, Romae 4 VIII 1601, AS Firenze CS I 202 f. 194, or. (in f. 195 memoriale Germanici Malaspina huic epistulae adiunctum invenitur).

[152] ASV SS Nunz. Div. 246 n. 38, cop.; B. Vallic. N 17, cop. (exemplar fragmenti huius scripti, cum praescriptione: *Fragmento di giustificatione per la guerra di Ferrara*, in BAV Ottob. Lat. 3252 f. 568–585v asservatur); [card. Petrus Aldobrandini] Germanico Malaspina, Romae 30 VI 1601, ASV F. Borgh. III 28 f. 145v, reg.: *Intorno al Dialogo, nel quale mi scrive di faticare al presente, mi persuado che non può se non corrispondere al buon giuditio suo, et però sarà visto da me volentieri se gli piacerà, a suo tempo, farmene parte, poiché quei primi fogli che la dice di mandarmi non li ho ancora ricevuti.*

res quaedam familiares constituendae erant. Mense ianuario a. 1602 pontifex maximus Germanico Malaspina permisit, ut paulum temporis in terra patria, id est in agro Lunensi, ageret, quam tum fortasse ultimum visitavit[153]. Postremo, aestate a. 1603, impetrare valuit, ut Maphaeus Barberini, qui postea Urbanus VIII pontifex maximus est factus, e Regno Neapolitano aliquot equos ibi emptos educere posset[154]. Mortuus est in S. Severo primis diebus mensis decembris a. 1603.

2. De Georgio Radziwiłł cardinale legato

Georgius Radziwiłł, natus die 31 V 1556 in pago Łukiszki prope Vilnam sito, fuit filius Nicolai „Nigri", cancellarii Magni Ducatus Lithuaniae et palatini Vilnensis, et Elisabethae de domo Szydłowiecka[155]. Formulae Calvini addictus annis 1570–1572 una cum fratribus Alberto et Stanislao in Universitate Lipsiensi studiis vacavit. Postquam ad sacra catholica transiit, die 18 XII 1574 coadiutor iure succedendi praeditus Valeriani Protaszewicz (qui obiit die 31 XII 1579), episcopi Vilnensis, a Gregorio XIII est factus. Inde a fine a. 1575 usque ad a. 1577 Romae fuit, ubi privatus philosophiae, in Collegio autem Romano theologiae se dedidit. Ecclesiam cathedralem Vilnensem demum die 2 VIII 1581 ingressus est et mox protestantes impugnare atque quae Concilium Tridentinum decreverat, peragere coepit. Annis 1582–1585 Livoniae gubernator fuit, quem magistratum Stephanus Báthory rex ad eum detulit. Die 12 XII 1583 cardinalis dignitate ornatus est, pileum rubrum Romae die 26 VI 1586 accepit et ecclesiam titularem S. Sixti occupavit[156]. Antequam Urbem reliquit (quod factum est die 11 II 1587), Congregationis Polonae, a Sixto V Stephano Báthory mortuo institutae, socius factus est[157]. In interregno domui Austriacae favit; primum id egit, ut Ernestus archidux Poloniae rex fieret, deinde Maximiliani archiducis electioni die 22 VIII factae studiose favit. Mox cardinalis abbatiam Cisterciensium in Wąchock sitam a pontifice maximo in commendam accepit[158], ad quam a Sigismundo Vasa demum ex documento die 2 I 1591 edito praesentatus est[159].

---

[153] [card. Petrus Aldobrandini] Germanico Malaspina, Romae 16 I 1602, ASV F. Borgh. III 28 f. 151, reg.

[154] Maphaeus Barberini eidem, s.l. 20 VI, 12 IX 1603, BAV Barb. Lat. 5814 f. 20v–21, 33v, reg.

[155] Bazielich; Garampi f. 85'–85'v; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CCXXXIX sq.; Wiesław Müller, PSB XXX 229–234; Wojtyska: ANP I 234.

[156] HC III 47.

[157] Nanke 6.

[158] Ludovicus Campani in epistula ad Hippolytum Aldobrandini Romae die 30 VII 1588 data (ASV F. Borgh. III 90 C f. 143, aut.) scripsit Sixtum V abbatiam Wąchocensem in card. Georgium Radziwiłł contulisse *nel tempo dell'interregno* litteris motu proprio confectis; cardinalis in epistula die 10 X 1588 Vilnae data pontifici maximo gratias egit (Bazielich 227 ann. 17).

[159] Iam a. 1592 card. Radziwiłł eam abbatiam Ioanni Demetrio Solikowski, aepo Leopoliensi, parce bonis ornato, tradidit, qui paulo post rege permittente in eius monasterii possessionem venit,

Cum Sigismundus diademate regio ornatus esset, vincula cum cardinale paulatim iungere coepit. In comitiis a. 1589 convocatis, quae pacificationis appellata sunt, dixit regi unam e Caroli archiducis filiis in matrimonium ducendam esse et communiter cum aliis episcopis impugnavit protestantes, qui praecepta ad actum confoederationis Varsaviensis ex a. 1573 ad effectum adducendum necessaria decernenda esse postulaverunt. Nec annis insequentibus protestantium postulationibus cessit. Mense iunio a. 1589 una cum Nicolao Firlej, palatino Cracoviensi, legatus in aulam Pragensem se contulit, ut ius iurandum in pactionem Bytomiensem et Bendzinensem acciperet. Cum domui Austriacae favisset, in comitiis vere a. 1590 convocatis Ioannem Zamoyski cancellarium impugnavit, qui id egit, ut Maximilianus archidux aliaque gentis imperatoriae membra throno Polono excluderentur. Eo tempore una cum fratre Alberto Sigismundi III consiliis initiatus est, qui regnum Ernesto archiduci tradere et in Sueciam ire cogitavit. Etiam inter regis fautores ac consiliarios multum valere coepit.

Cum cardinalis Radziwiłł Romam ire constituisset[160], mense ianuario a. 1591 Sigismundus III iussit eum, ut Gregorium XIV, recentem pontificem maximum, de vinculis, quae sibi cum domo Austriaca fuerunt, imprimis autem de matrimonio, in quod Annam archiducissam ducere cogitavit, certiorem faceret[161]. Cum in Italiam iter faceret, Vindobonae constitit, ubi a Matthia archiduce salutatus est. Mensis martii parte posteriore Graecium ad Mariam archiducissam viduam et Ernestum archiducem, tum Austriae Interioris regentem, advenit. Sicut a rege clam iussus est, de matrimonio collocutus est et sine dubio de Annae virtutibus ac forma quaesivit. Cum Ernesto colloquens procul dubio cessionem throni Polonici tractare non omisit[162]. Longo itinere facto in Italiam venit. Kalendis iuniis Ferrariae fuit, die 14 eiusdem mensis Urbem ingressus est, ubi longo itinere fessus morbo est affectus[163]. Brevi postquam Romae esse coepit, Georgius Radziwiłł ad episcopatum Cracoviensem elatus est, quae dignitas Petro Myszkowski mortuo vacavit. Nam Sigismundus III, quamquam iam a. 1590 cardinalem Andream Báthory, cui Ioannes Zamoyski favit, ad eam dignitatem Sixto V praesentavit, tum id agens, ne cancellarius nimium valeret,

---

sed demum mense martio a. 1595 procuratorem suum Romam misit, ut bullam confirmationis die 10 XII 1594 editam acciperet (Barwiński: Diariusze 1591–1592 p. 235; ASV Sec. Brev. 368 f. 482–484v, 10 XII 1594; Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Cracoviae 27 III 1595, ADLP F. Aldobr. 3 f. 92).

[160] Sixtus V a. 1590, cum mors eius iam adventaret, exspectabat card. Georgium Radziwiłł Romam ad tempus quoddam venturum esse (Bazielich 188 sq.). Casimirus Lepszy falsam opinionem protulit (quam Eva Lechniak secuta est) cardinalem initio pontificatus Gregorii XIV eam ob rem iter iniisse, ut papae huic oboedientiam praestaret (Lepszy: Rzeczpospolita 293; Lechniak 16), quod iam die 26 I 1591 fecit Bernardus Maciejowski, epus Luceoriensis, potestatibus a rege acceptis usus, qui iam dudum Romae fuit (Banaszak 2 p. 234).

[161] Sigismundus III Gregorio XIV, Varsaviae 28 I 1591, Theiner: Vetera 194.

[162] Hirn 125; Lepszy: Rzeczpospolita 293 sq.; Schweizer: Nuntiaturberichte p. CXXVI.

[163] Card. Georgius Radziwiłł Alfonso II de Este, Ferrariae duci, Ferrariae 1 VI 1591, Romae 8 VII 1591, AS Modena ASE C. SE CPE Roma. Cardinali 1409/155, or.; Schweizer: Nuntiaturberichte p. CXXVI ann. 6.

adversariis eius suadentibus cardinalem Georgium Radziwiłł Lithuanum episcopum Cracoviensem fecit. Qui die 9 VIII 1591 provisionem papalem accepit[164], postridie bulla translationis edita est[165]. Gregorius XIV, qui a cardinale Georgio Radziwiłł certior factus est Sigismundum III affinitatem cum domo Austriaca iungere velle, gaudium suum expressit in brevibus ad regem et imperatorem die 20 VII datis. Cum rex Annam archiducissam uxorem ducendi consilium in epistula ad pontificem maximum scripta et per cardinalem comprobavisset, pontifex maximus die 2 VIII ad regem et imperatorem brevia similis argumenti dedit[166]. Quos ipse cardinalis Radziwiłł certiores facere debuit, quid pontifex maximus de ea re deque aliis rebus sentiret[167]. Cum colloquia de die nuptiarum regalium statuenda traherentur, cardinalis Radziwiłł, qui prius in Poloniam reverti cogitavit, Romae mansit et die 13 mensis octobris ecclesiam nationis Polonae S. Stanislao episcopo dicatam consecravit[168]. Interfuit etiam conclavi, quod post Gregorii XIV mortem, qui triduo post obiit, convocatum est.

Initio pontificatus Innocentii IX fama fuit cardinalem die 20 mensis novembris Roma proficisci cogitare[169]. Quod tamen non est factum, quod ille Congregationis ad res Polonas obeundas a pontifice maximo conditae socius est factus[170]. In huius Congregationis sessionibus disputabatur de Ioanne Zamoyski

---

[164] HC III 180.

[165] AGAD Dok. Perg. 7967, or.; ASV Sec. Brev. 182 f. 64–64v, min.

[166] ASV Arm. XLIV 35, f. 337–340v, 347–351 (reg. brevium 20 VII et 2 VIII 1591 datorum); ed. Theiner: Vetera p. 200 sqq.; cf. Schweizer: Nuntiaturberichte p. CXXVII.

[167] Sigismundus III imperatorem urgens, ut nuptiae accelerarentur, iam in epistula sua die 19 mensis augusti data certiorem eum fecit Hieronymum Rozrażewski, epum Cuiaviensem, et Albertum Radziwiłł, marescalcum Lithuaniae, legatos pactioni matrimoniali faciendae creatos esse eosque die 30 mensis septembris priusve Pragam venturos esse. Simul proposuit, ut matrimonium Cracoviae die 10 mensis novembris contraheretur (Schweizer: Nuntiaturberichte p. CXXVII). A Gregorio XIV autem petivit, ut dispensationem necessariam sibi impertiret, legatum apostolicum, qui nuptiis interesset, institueret et nuptiarum sumptus toleraret, quod papam regis iussu rogare debuit card. Radziwiłł, qui urgebatur, ut quamprimum rediret. Qui cum mox Roma profecturus esse putaretur, iam die 24 mensis augusti in Urbe fama fuit eum legatum a latere factum esse (Lechniak 16; Lepszy: Rzeczpospolita 294).

[168] Chrzanowski, Kornecki 61.

[169] BAV Urb. Lat. 1059/2 f. 371, novitates de 9 XI 1591.

[170] Vide N. 2 ann. 2.; cf. supra, p. XV. Eo tempore controversia acerrima inter card. Georgium Radziwiłł et Ioannem Andream Caligari, epum Brittinoriensem, orta est. Qua de re varia ac inter se pugnantia in fontibus tradita sunt, sed verisimile videtur epum Brittinoriensem Congregationis Polonae sessionibus interesse desiisse et rerum Polonarum regimen in Innocentii IX secretariatu amisisse (vide N. 2 ann. 1). Cuius successor, Clemens VIII, iam inde ab initio pontificatus sui illum secretariatu et curia Romana omnino movere cogitavit, ad quod summum pontificem studiose adhortabatur card. de Montalto, protector Poloniae, et — ut videtur — etiam card. Radziwiłł, antequam Roma profectus est (Ioannes Franciscus Peranda Camillo Caetani, Romae 1 II, 15 II, 7 III 1592, A. Caetani Misc. 57/903 f. 95v, 101v, 114v–115v, cop.; BAV Urb. Lat. 1060 f. 98v–99, novitates de 15 II 1592; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. XLIII). Mense septembri a. 1592, cum Clementis VIII secretariatui nepotes eius, Cinthius et Petrus Aldobrandini, praeesse coepissent, Caligari curiae Romanae servire desiit et in dioecesim suam se contulit (vide N. 92 ann. 2). Ad eum episcopum procul dubio pertinet fragmentum memorialis a. 1597 a card. Georgio

cancellario et Polonis reformationi faventibus, qui seditionem apparare dicebantur, deque nuntiis allatis nuptias Sigismundi III et Annae archiducissae mense ianuario celebratum iri..Magnifica sollemnia apparari ex eo conici potuit, quod regis iussu multae res emebantur[171]. Quae cum ita fuissent, mense novembri exeunte in Congregationis Polonae sessione Innocentius IX regem omnimodis adiuvare constituit. Quod pontificis maximi consilium imprimis cardinalis Radziwiłł exsequi debuit. Qui cum iter appararet, papae dono tradidit pellem muris silvestris pulcherrimam, quae duorum milium scutorum pretium habuit, quod donum papa paramentis, quae trium milium scutorum pretium habuerunt, remuneratus est[172]. Postremo mensis novembris die dispensatio ab impedimento matrimoniali Sigismundo III eiusque uxori futurae confecta est[173], postridie autem breve cardinali Radziwiłł editum est, ex quo auctoritate apostolica utens novos coniuges benedicere potuit[174]. Cum ante cardinalis discessum die 2 mensis decembris cena ageretur, Innocentius IX rogavit eum, quo die Roma profecturus esset, atque adhortatus est, ut celeritati studeret. Papa dixit quoque se sperare cardinalem strenuum id acturum esse, ut rex uxorem duceret ac in pace intestina in Polonia restituenda adiuvaretur[175]. Quamquam cardinalis die 5 mensis decembris Roma proficisci cogitavit, consilium suum mutavit. Nam diebus illis ecclesia S. Salvatoris in Lauro conflagravit. Galli quidam et unus vel plures e cardinalis domesticis, qui aedem sacram incendisse dicebantur, in carcerem coniecti sunt. Quamquam cardinalis Radziwiłł a pontifice maximo impetravit, ut Poloni liberarentur, tamen re illa acerbissima commotus sine dubio minus commoda valetudine uti coepit. Mense decembri medio fere iter inire constituit

---

Radziwiłł confecti et Garsia Alabiano iesuita, confessario suo, interveniente ad nuntium Germanicum Malaspina monendi causa directi: *Ma che di gratia monsignor* (Malaspina) *non tenti più la mia patienza et si ricordi ch'io non son di quelli che lui a piacer suo ha voluto strappazzare in questo regno. Ma che son cardinale et cardinale conosciuto a Roma da più di 20 anni così bene come monsignore et dal papa et da' cardinali, pari miei, et forse più di monsignore, et cardinale che posso andar a Roma, et spero d'andarci presto, né vorrei che là io dovessi venire con monsignore a quel che son venuto con un altro nuntio di Polonia, al quale con tutto che stesse in palazzo et nell'ufficio non infimo, come sia riuscito d'haverla voluta pigliar meco et in che stato si ritrovi adesso, lo sa lui et monsignor si potrà informar a Roma da altri* (*Memoriale al R^do^ Padre Garzia con mons. Malaspina*, s.l.d., ASV F. Borgh. I 913 f. 478–478v). Novitates mense novembri a. 1591 Romae perscriptae expressim non nuntiant Innocentium IX card. Georgio Radziwiłł rogante epum Brittinoriensem a rebus Polonis removisse. Perquirenti ephemeridum scriptori tamen contigit, ut cognosceret ex Congregatione Polona *è stato rimosso mons. Bertinoro per compiacere a qualche cardinale della detta congregatione* (BAV Urb. Lat. 1059/2 f. 412, novitates de 27 XI 1591).

[171] BAV Urb. Lat. 1059/2 f. 374v, novitates Venetiis 9 XI 1591 perscriptae: *Qui v'è ordine del re di Pollonia di fare diverse spese de' panni di seta et d'altro per quella M^tà^ et Ser^ma^ sposa, la quale al principio di gennaro si ritrovarà in Craccovia*; cf. Lechniak 17.

[172] BAV Urb. Lat. 1059/2 f. 412–412v, 421v, 431 (unde cognoscimus donum card. Georgii Radziwiłł pretium trium milium scutorum habuisse), novitates de 27 XI, 30 XI, 4 XII 1591.

[173] Vide A. 1.

[174] Vide N. 1.

[175] BAV Urb. Lat. 1059/2 f. 428, novitates de 4 XII 1591.

et iam res suas praemitti iussit, sed podagra affectus iter differre coactus est[176]. Igitur praevideri potuit eum Ernestum archiducem de Hieronymo de Porcia nuntio Graecensi creato certiorem facturum non esse, quod munus quoque ei impositum est[177].

Innocentius IX mortuus est, antequam cardinalis Radziwiłł Romam reliquit, qui interfuit conclavi, quod a. 1592 mense ianuario exeunte terminatum est. Eodem mense post longum inter Sigismundum III et imperatorem epistularum commercium placuit, ut die 26 mensis aprilis nuptiae agerentur[178]. Mense februario Martinus Sierakowski, secretarius regius, in Italiam missus est, ut personas quasdam Cracoviam ad caerimoniam nuptialem invitaret[179]. Interea Romae demum constitutum est, ut cardinalis Radziwiłł in Poloniam rediret. Clemens VIII, recens pontifex maximus, cum munus nuptiarum participis cardinali assignatum gravissimum esse putaret, legatum suum a latere eum creavit, qua de re collegium cardinalium in consistorio die 14 mensis februarii habito certius factum est[180], quamquam papae consilium paulo prius notum erat[181]. In consistorio in diem 17 mensis februarii convocato crux legato tradita est, cui postea cardinales in aula Regia sollemniter valedixerunt[182]. Postridie vesperi in audientia privata Clemens VIII duo candelabra legati benedixit, cuius familia pontificis maximi pedes osculata est[183]. Die 19 mensis februarii Martius Malacrida, cardinalis Radziwiłł secretarius, clavem notarum arcanarum accepit, qua ille legatus uteretur[184]. Demum kalendis martiis, cum iam iter faceret, litterae credentiales et commendaticiae ei confectae sunt[185]. Dies 14 eiusdem mensis inscripta est in bulla, qua legato facultates iurisdictionales datae sunt, cuius bullae praefatio nominationis vice fungitur[186]. Cardinalis impetravit, ut die 17 mensis aprilis breve ederetur, quo rata sunt omnia, quae e facultatibus sibi datis

---

[176] Ib. f. 433v, 436, 438v, 448v, 453v–454, novitates de 7 et 14 XII 1591.

[177] Ioannes Franciscus Peranda Camillo Caetani, [Romae] 21 XII 1591, A. Caetani Misc. 57/903 f. 65, cop.

[178] Schweizer: Nuntiaturberichte p. CXXVIII.

[179] Vide N. 26 ann. 1; Sigismundus III Vincentio I de Gonzaga, duci Mantuae, Cracoviae 10 II 1592, AS Mantova AG 557 fasc. 12 n. 120, or.; Martinus Sierakowski eidem, Bononiae 25 III 1592, AS Mantova AG 558 fasc. 26 n. 137, or.; cf. Schweizer: Nuntiaturberichte p. CXXXII ann. 4.

[180] Vide N. 6 ann. 3.

[181] BAV Urb. Lat. 1060 f. 94v, novitates de 12 II 1592: *In palazzo cominciano a dubitare della morte del re di Polonia di veleno per opra del gran cancelliero, come fu accennato di Venetia con le precedenti; et il cardinale Razivil, che sta di ritorno per Polonia, ha facoltà di legato mentre dureranno le nozze di quel re con l'Austriaca scritta.*

[182] Vide A. 3 ann. 1.

[183] Diarium alicuius cubicularii secreti Clementis papae VIII, ASV F. Borgh. IV 145 A f. 125, aut.

[184] Vide N. 4.

[185] Vide N. 6–10.

[186] Vide N. 16.

iter Roma ad Annam archiducissam faciens egit[187]. Denique die 24 mensis aprilis pontifex maximus, cum certior factus esset Vindobonae Sigismundum et Annam per regis cognitorem matrimonio iunctum iri, optavit, ut legatus nuptiis interesset et postea Annam in Poloniam iter facientem comitaretur[188].

Cum cardinalis Radziwiłł provisionem *per quattro mesi solamente* obtinuisset[189], die 22 mensis februarii mane monasterium Augustinianorum ad ecclesiam S. Mariae de Populo situm reliquit et Roma cum comitatu suo profectus est. Inter comites fuit Paulus Alaleone quoque, magister caerimoniarum papalium, qui de eo itinere in Poloniam facto narravit[190]. Iter faciens per Viterbium, Senas, Florentiam et Bononiam die 7 mensis martii cardinalis Ferrariam venit, biduo post Venetias navigavit, ubi morbo affectus usque ad diem 21 eiusdem mensis mansit. Pascham, quae tum die 29 mensis martii fuit, in Carinthia egit. Die 5 mensis aprilis Graecium venit, ubi cognovit in aula imperiali cum Hieronymo Rozrażewski et Alberto Radziwiłł, Sigismundi III legatis, qui Pragae iam inde a die 13 mensis martii fuerunt, colloquia habita esse. Certior factus est etiam difficile esse de condicionibus pactionis matrimonialis convenire ideo, quod Maximilianus archidux, Philippus II rex et comitia Regni Hungariae transactionem Bytomiensem et Bendzinensem a. 1589 factam non iuraverunt. Sollicitus cognovit in Polonia non deesse, qui matrimonio regio adversarentur et se accusarent, quod legationem a Clemente VIII assignatam sine senatus assensione suscepisset. Itaque suggessit pontifici maximo, ut titulo legati apostolici deposito Poloniam ingrederetur[191]. Cum Praga nuntiatum esset colloquiorum difficultates a legatis Polonis, imperatore eiusque ministris superatas esse, die 20 mensis aprilis Graecium reliquit et quinque diebus post Vindobonam est ingressus. Quam in urbem kalendis maiis Maria archiducissa una cum filia Anna quoque venit. Die 5 mensis maii in ecclesia S. Augustini legatus Annam et Sigismundum III, cuius vice marescalcus Albertus Radziwiłł, procurator eius, functus est, matrimonio iunxit[192]. Deinde uxorem regiam eiusque matrem in Poloniam iter facientes comitatus est. Quas demum die 21 mensis maii reliquit, pridie quam fines Poloniae transiit, ut prior Cracoviam veniret. Etsi Sigismundus III eiusque consiliarii putaverunt cardinalem legati apostolici dignitate ornatum Cracoviam ingredi oportere, coactus est tamen regulis caerimonialibus ad hanc occasionem institutis parere, ut plurimi nobiles, qui munus ei assignatum indigne ferebant, delenirentur[193]. Cum die 24 mensis maii Cracoviam, in Regni urbem principem, venisset, rex salutationi non interfuit, nam ad uxorem conveniendam se pararet. Eodem die epus Cracoviensis ecclesiam cathedralem

---

[187] Vide N. 27; cf. N. 23, 24, 32.

[188] Vide N. 29.

[189] BAV Urb. Lat. 1060 f. 113v, novitates de 22 II 1592.

[190] Vide A. 3; cf. Caetani 18 sqq.

[191] Vide N. 22, 24, 25.

[192] Vide N. 28, 30, 31, 34.

[193] Vide N. 35 et 36.

sollemniter ingressus est. Qua in ecclesia biduo post Annam Austriacam et regem salutavit, die autem 31 mensis maii caerimoniae matrimonii rati faciendi praefuit, qua finita epus Hieronymus Rozrażewski diadema reginale Annae imposuit. Diebus insequentibus cenis et ludis nuptialibus legatus interfuit, munus autem ei assignatum ad finem veniebat. Paulus Alaleone adnotavit legationem iam die 4 mensis iunii exspiravisse, quamquam cardinalis postridie publice coram rege eam deposuit[194].

Cum Cracoviae in aula regia homines oblectamentis nuptialibus se darent, ii, qui res quasdam moleste ferebant, in quorum numero sex senatores et ipse Ioannes Zamoyski fuerunt, Andreoviam convenerunt et Sigismundum III accusaverunt, quod colloquia secreta de throni cessione habuisset et Poloniam relinquere cogitavisset. Culpatus est cardinalis Radziwiłł quoque, cui vitio datum est, quod effecisset, ut rex et Anna archiducissa matrimonio iungerentur, contra Regni statuta legationem suscepisset et episcopatum Cracoviensem contra leges ei datum iniisset[195]. Hac de re controversia, quae a cardinale Andrea Báthory alebatur, in conventibus terrarum Regni particularibus, qui mense augusto habiti sunt, et in comitiis generalibus, quae die 7 mensis septembris haberi coepta sunt, sermonibus agitabatur. Cum adversarii acerrime impugnarent, cardinalis Radziwiłł declarabat se ad episcopatum deponendum propensum esse. Praeterea fama fuit regem ad omnia paratum esse et, si necesse esset, Hieronymum Rozrażewski Vladislavia Cracoviam vocare cogitare[196]. Quamvis multi reclamavissent, cardinalis Radziwiłł episcopatum Cracoviensem retinuit, ad quam rem efficiendam multum contulerunt nonnulli nuntii terrestres et senatores, qui eum defendendum suscepissent, et praecipue cancellarius, qui iam ante comitia inquisitionis ad finem adducta inopinanter ei favisset[197]. Quibus in comitiis cardinalis regis studiosissimus fuit et id egit, ut eum ab inquisitione circa consilia arcana cum domo Austriaca inita defenderet. Fuit etiam in numero senatorum, quibus Sigismundus III declarationem suam, quae die 28 mensis septembris recitata est, conscribendam commmisit. Et quamquam publice non semel dixit argumenta, quae adversarii proditionis regiae arguendae causa in lucem protulerunt, ficta esse ac fide indigna, in epistula secreta die 2 mensis octobris ad pontificem maximum data rogavit eum, ut se in epistula a Sigismundo III subscripta ex Ernesti archiducis manibus eripienda adiuvaret, qua in epistula ille imprudenter aliquid archiduci pollicitus est *in quel tempo che non era bene resoluto de fermarsi et retenere il Regno*[198].

Comitiis inquisitionis ad finem adductis cardinalis Radziwiłł synodo in diem 29 mensis martii a. 1593 convocata ad vitam religiosam secundum Concilii

---

[194] Vide N. 42, 50 et A. 3 (sub dato).

[195] Vide N. 59; Barwiński: Diariusze 1591–1592 p. 79; Lepszy: Rzeczpospolita 351.

[196] Vide N. 89 p. 134, N. 96, N. 97 p. 160–161, N. 101 p. 166–167, N. 127; cf. p. L; Bazielich 193 sqq.

[197] Vide N. 160 p. 261, N. 162 p. 266.

[198] Vide N. 132 p. 218, N. 139; Lepszy: Rzeczpospolita 374, 379, 384, 390, 397.

Tridentini decreta renovandam accessit. Quod episcopi consilium, qui protestantium acerrimus adversarius fuit, homines sacrorum reformationis studiosi in Minore Polonia moleste tulerunt et periculum praevidentes nobilium, qui a cardinale Lithuano dioecesim Cracoviensem regente animo erant averso, socii facti sunt. In nobilium palatinatus Cracoviensis conventu partuculari in Proszowice habito et die 25 V 1593 in comitiis, quae tum Varsaviae habebantur, cardinali vehementer reclamatum est[199]. Qui in voto suo in hoc conventu generali pronuntiato non restitit, quominus Sigismundus III throni hereditarii occupandi causa ad tempus quoddam in Sueciam iret, et vectigalia imponenda esse dixit, ut rex iter illud cum dignitate facere posset. Sed sicut alii senatores saluti Reipublicae et ipsius regis consulens proposuit, ut ille interea in Sueciam legatos mitteret, ipse autem iter differret[200]. Fuit enim unus e viris regi proximis et consiliariis certissimis et etiam in colloquiis, quae privatim cum Seifrido a Promnitz et Daniele Prinz a Buchau, imperatoris legatis, qui comitiis supra commemoratis interfuerunt, habuit, negare videbatur Sigismundum Vasam e Suecia reversurum non esse, quod multi suspicabantur. Sed porro declarabat se imperatoris eiusque domus studiosum esse et, si ad interregnum res rediret, candidato Austriaco fauturum esse[201].

Anno 1593 mense februario Clemens VIII et cardinales Congregationis Polonae socii constituerunt, ut legatus apostolicus in Poloniam mitteretur *per conservare il Regno al suo re e per ovviare alli tumulti, e sedarli se si muovessero* post Sigismundi III in Sueciam profectionem[202]. Quod tamen cum non esset factum, rege optante nec papa invito Germanicus Malaspina, qui regem in itinere comitaturus erat, nuntiaturam suam cardinali Georgio Radziwiłł ad tempus quoddam regendam tradidit. Initio nuntius cogitavit Hieronymum Barboncini, secretarium suum ac auditorem, adiutorem ei relinquere, sed antequam Varsavia est profectus, consilium suum mutavit putans eum sibi in Suecia utilem futurum esse, cardinali autem idoneos operis socios non deesse[203]. Secundum praecepta, quae omnes legati apostolici observare debebant, episcopus Cracoviensis, sed et cardinalis Andreas Báthory, singulis hebdomadis Romam epistulas mittere obligati sunt, quibus nuntiarent, quo loco res Polonae essent[204]. Per

---

[199] Diarium comitiorum Varsaviensium a. 1593 celebratorum, B. Cz. 340 f. 226v; Bazielich 196; Bielski 197; Jarmiński: Bez użycia 39 sq.; Kutrzeba 192, 194.

[200] B. Cz. 340 f. 216v–217; BR 91 f. 33v–34.

[201] Leitsch 181; Macůrek: Dozvuky 119, 131 (ann. 18).

[202] Laemmer 166 (litterae Ioannis Francisci Peranda Romae die 16 II 1593 datae).

[203] Germanicus Malaspina Cinthio Aldobrandini, Varsaviae 19 VI, 30 VII 1593, ASV F. Borgh. III 52 AB f. 204, 215v, reg.; cf. Caesar Speciano eidem, Pragae 20 IX 1593, B. Ambr. D. 125 suss. f. 325, reg.

[204] Germanicus Malaspina Cinthio Aldobrandini, Gedani 6 IX 1593, ASV F. Borgh. III 66 CD f. 329v, or.: *Il sig. cardinale Bathori scriverà ogni settimana a V.S.Illma, et oltra che per sé stesso ha notitia di tutte le cose del Regno, ne sarà anco ottimamente informato dal sig. cancelliere, quale mi ha promesso di farlo, acciò N.S. possa sapere tutto quello che passarà. Il simile spero che farà anco il sig. cardinale Radzivil*; cf. idem eidem, Stocholmiae 22 XI 1593, ib. f. 419, or.

Gasparum Biglia, cardinalis Georgii servum, qui inde a mense septembri a. 1593 in Urbe fuit, ille inducebatur, ut relationes suas non solum ad pontificem maximum, sed etiam ad cardinalem Cinthium Aldobrandini et nonnumquam ad Minutium Minucci mitteret, *come a quelli che hanno il manegio settentrionale in mani*[205]. Cum Germanicus Malaspina in Sueciam profectus esset, cardinalis Radziwiłł plurimas facultates eius recepit, quibus ornatus controversias Polonas diiudicare et dispensationes impertire potuit[206]. Sed iam mense maio a. 1594, postquam Sigismundus Vasa Upsalae diadema regium accepit et res ea Romae nuntiata est, ex qua conici potuit regem et Germanicum Malaspina mox in Poloniam redituros esse, aliquod brevia ad nuntium missa sunt, ex quibus Clementis VIII nomine gratias impertire potuit clericis laicisque in archidioecesi Gnesnensi degentibus, qui eas petebant[207]. Anno 1594 mense septembri ineunte, cum vix pauci dies praeteriissent, ex quo Sigismundus III Gedanum sollemniter ingressus est, cardinalis Radziwiłł constituit munere molesto relationes Romam mittendi se vacuum esse et epistulas ad summum pontificem et cardinalem Cinthium Aldobrandini misit, quibus scripsit se putare dehinc Germanicum Malaspina lateri regis adhaerentem relationes de Regni rebus secure esse missurum[208].

---

[205] Gasparus Biglia card. Georgio Radziwiłł, Romae 30 X 1593, AGAD AR V 826 p. 119, aut. Cum Martius Malacrida a. 1593 ineunte Poloniam reliquisset et Romam se contulisset, ut munus sibi a rege assignatum expleret (vide N. 4 ann. 1), in epistula supra commemorata Biglia cardinali pollicitus est se operam daturum esse, ut novus secretarius Italicus quamprimum ad eum mitteretur, sed patrono suo suasit, ut interea litteras manu propria scriptas Romam mitteret *o in latino, o in qualsivoglia modo che si potrà*. Biglia tum impetrare conatus est, ut munus secretarii card. Georgii Radziwiłł susciperet Antonius Bruni, qui Bononiae commorabatur, quocum a. 1594 ineunte, cum ille Romam venisset, de condicionibus muneris ineundi colloquia habuit. Die 22 mensis aprilis eiusdem anni Bruni adhuc Romae fuit et duabus vel tribus hebdomadis post in Poloniam profecturus esse existimabatur (Biglia eidem, Romae 17 IX 1593, 1 I 1594, AGAD AR V 826 p. 129, 131, aut.; Ludovicus Campani Nicolao Christophoro Radziwiłł, palatino Trocensi, Romae 22 IV 1594, AGAD AR V 1833 p. 17–18, aut.).

[206] Germanicus Malaspina Lucae Kościelecki, epo Posnaniensi, Stocholmiae 20 XI 1593, B. Vallic. L 18 f. 62, reg.: *Caeterum ex Poloniae Regno nos in Sueciam sequentes S.R.M^tem^ impediti eandem causam* (certamen inter Matthiam Pstrokoński et Matthaeum Piskorzewski de canonicatu Varsaviensi) *cognoscere cum nequaquam possemus, ad tribunal Ill^mi^ et R^mi^ D^ni^ cardinalis Radivilii, episcopi Cracoviensis, cognoscendam remisimus*. Cf. ASV Sec. Brev. 209 f. 183–184, 185–185v ac Sec. Brev. 354 f. 169–170, 21 XI 1593. Unam e causis, de quibus nuntiaturae tribunal quaerebat, pertinentem ad Christophorum Kliński, abbatiam Pelplinensem petentem, summus pontifex Hieronymo Rozrażewski, epo Cuiaviensi, iudicandam tradidit (Czaplewski n. 1116 p. 453–454, 21 IV 1594).

[207] ASV Sec. Brev. 215 f. 80–80v, 83v, 88–88v, 89v, 90v, 91v, 165–166, 167v, 230–231, 232v–233.

[208] Epistulae card. Georgii Radziwiłł ad card. Cinthium Aldobrandini et Clementem VIII Bodzentini die 4 IX 1594 scriptae servantur in ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 4, 4bis, or. Cf. [card. Cinthius Aldobrandini] card. Georgio Radziwiłł, Romae 12 XI 1594, ASV F. Borgh. III 19 AG f. 65, reg.: *N.S. ha approbata la ragione del silentio di V.S.Illma, poiché dopo 'l ritorno del vescovo di S. Severo poteva rimettere a lui la fatica dello scrivere*.

Antequam rex in Poloniam rediit, a. 1594 ineunte episcopus Cracoviensis cum Ioanne Zamoyski cancellario, Nicolao Firlej, palatino Cracoviensi, et Nicolao Zebrzydowski, palatino Lublinensi, sociis id strenuus in Minore Polonia agere coepit, ne synodus generalis ab evangelicis in diem 2 mensis februarii Radomiam convocata haberetur[209]. Deinde in voto die 9 II 1595 in comitiis, quae Cracoviae habebantur, pronuntiato dixit ecclesias catholicas a protestantibus occupatas recuperandas esse. Praeterea placuit ei, ut bellum Turcis inferretur utque Polonia civitatum christianarum foederi se adiungeret, sed putavit necesse esse, ut de ea re pauci deliberarent[210]. In comitiis Varsaviae a. 1596 habitis dixit se perturbationis intestinis Reipublicae commotum esse et vehementer castigavit privatos nobilium conventus sine regis assensione habitos; in mente habuit praecipue evangelicorum synodum generalem Thoruniensem anno proximo convocatam. Regi et cancellario gratias agere non omisit, quod in Moldavia rem prospere gessissent. Monuit Turciam Poloniae imminere et porro suasit, ut periculo viribus unitis occurreretur; etsi nondum contigit, ut christianorum arma contra Turcas sociarentur, speravit papa intercedente foedus initum iri[211]. Cardinalis senatorum et nuntiorum terrestrium deputationis, quae in comitiis illis instituta est, socius est factus. Quorum munus fuit colloquia habere cum Andrea de Jerin, episcopo Vratislaviensi, et Adamo Gallo Popel a Lobkovic, imperatoris legatis, qui Varsaviam venerunt[212]. Interfuit etiam deliberationibus commissionis Cracoviensis, quae mense augusto a. 1596 habitae sunt, quae commissio id egit, ut condiciones statuerentur, quibus Polonia foederi contra Turcas ineundo se adiungeret. Quo conventu finito arbitratus est ideo nihil profici potuisse, quia commissarii caesarei nulla in re cedere voluissent[213]. Similiter ac alii senatores clerici in comitiis a. 1597 habitis dixit aut foedus cum imperatore faciendum esse aut pacem cum Turcis renovandam[214]. Quod ad Sigismundi III profectionem in Sueciam pertinet, quae res in comitiis anno consequente habitis agitabatur, episcopus Cracoviensis idem atque ceteri senatores sensisse videtur, qui putabant regi expeditionem bellicam suscipiendam non esse, ante quam certa de regni sui hereditarii statu et patrui Caroli, ducis Sudermaniae, inceptis cognovisset[215]. Adhuc a. 1599, antequam Romam profectus est, cardinalis Radziwiłł ecclesias et monasteria in dioecesi sua sita visitabat, quam rem a. 1593 suscepit[216]. Morbo affectus die 20 XII 1599 in Urbem venit et paulo post, die 21

---

[209] Jarmiński: Bez użycia 61.

[210] AGAD VAzBN 2 p. 164; APG 300, 29/56 f. 79–79v; Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Cracoviae 10 II 1595, ASV F. Borgh. III 89 B f. 39, or.; Macůrek: Zápas 43, 65 ann. 152.

[211] APG 300, 29/58 f. 18v–19; BR 91 f. 41–41v; Macůrek: Zápas 85.

[212] APG 300, 29/58 f. 35; Bielski 268.

[213] Card. Georgius Radziwiłł Christophoro Radziwiłł, palatino Vilnensi, Cracoviae 3 IX 1596, AGAD AR IV theca 18 involucrum 212 n. 23 p. 80.

[214] Barwiński: Diariusze 1597 p. 36.

[215] APG 300, 29/62 f. 101v; Jarmiński: Bez użycia 222; Rzońca: Sejmy 57.

[216] De cardinale Radziwiłł visitatore strenuo et reformatore, qui in dioecesi Cracoviensi

mensis ianuarii anni insequentis, mortuus est. Sepultus est in ecclesia Sanctissimi Nominis Iesu, ubi stela sepulcralis invenitur, quam sine dubio Iesuitae, quibus benevolentissimus favit, ponendam curaverunt[217].

3. De Attilio Amalteo et Maximiliano de Pernštejn nuntiis

Attilius Amalteo a. 1545 Opitergii, in oppido ad septentrionem orientemque a Tarvisio sito, natus est. Fuit secundus filius Hieronymi (7 III 1507 - 19 X 1574), medici et professoris universitatis studiorum Patavinae, et Mariae Melchiori de Tomasi[218]. Studiis iuris civilis et canonici Patavii vacavit, ubi doctor utriusque iuris est creatus, deinde studiis theologicis se dedidit, quae in Collegio Romano absolvit. Patruo Ioanne Baptista curante (obiit a. 1573) cardinalis Ptolomaeus Galli secretarii munera ei commisit. Quae munera cum expleret, iuvenem indole et eruditione excellentem se praebuit, qua re factum est, ut alii quoque in curia Romana honores ei paterent. Anno 1583 secretarius notarum arcanarum, a. 1584 referendarius utriusque Signaturae, deinde substitutus in secretariatu Gregorii XIII factus est. Fortasse ante a. 1580, quo Germanicus Malaspina nuntiaturam Graecensem obtinuit, Attilius Amalteo consuetudinem cum eo iunxit, nam a. 1584 nuntius eo ipso intercedente a cardinale Ptolomaeo Galli petivit, ut dioecesis sua S. Severi melius administraretur[219]. Tempore pontificatus Sixti V Amalteo cardinalis Hippolyti Aldobrandini oculos in se convertit, qui eum legatus apud Polonos annis 1588–1589 secum habuit.

Brevi postquam cardinalis Aldobrandini pontifex maximus est creatus, mense martio a. 1592 ineunte, placuit Attilium Amalteo in Transilvaniam mitti. Secundum instructionem die 10 mensis martii editam, ab Ioanne Andrea Caligari, episcopo Brittinoriensi, confectam, nuntio apostolico id agendum fuit, ut fides catholica in hoc principatu restitueretur, ut Iesuitarum pellendorum consilium, quod in comitiis in oppido Medgyes mense decembri a. 1588 habitis ab ordinibus Transilvanis initum est[220], abrogaretur, ut Sigismundus Báthory princeps ad catholicam uxorem ducendam impelleretur, ut is princeps cum cognatis suis Balthassar, Stephano et cardinale Andrea in gratiam rediret utque cardinalis Andreas Romam veniret ibique tempus quoddam commoraretur[221]; quod consilium ob eam rem captum est, quod rumor erat cardinalem Andream Báthory,

---

decreta Concilii Tridentini inducebat, vide Bazielich 200 sqq. et Machay.

[217] Chrzanowski, Kornecki 75 sq.

[218] Gaspare De Caro, DBI 2 p. 628 sq.; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CLXV sqq.; Wittstadt p. XXXII sqq.

[219] Rainer: Nuntiaturberichte 2 p. 221, 230.

[220] Vide Bazylow 47; Lukács: Monumenta III n. 92 p. 269 sqq. et passim.

[221] Instructio generalis nomine Clementis papae VIII Attilio Amalteo data, ed. Jaitner: Die Hauptinstruktionen n. 5 p. 11–19, Veress: Erdélyországi n. 1 p. 1–6; ib. n. 2 p. 7–8: *Causa delle discordie fra il principe Transilvano et altri signori fratelli Bathori.*

tum in Transilvania commorantem, episcopatum Cracoviensem sibi denegatum moleste ferre, uxorem ducere cogitare et aliis quoque rationibus Ecclesiae et Sedi Apostolicae nocere posse[222]. Instructionis auctor suggessit nuntium e Transilvania per Poloniam Romam iter facere posse. Quod si periculi vitandi causa fecisset, potestas ei data est, ut Sigismundum III regem et Ioannem Zamoyski cancellarium visitaret eosque ad fidem catholicam in Transilvania firmandam adhortaretur[223].

Die 15 mensis martii Amalteo Roma est profectus[224]; instructus fuit litteris passus[225], sed etiam brevibus, quae Sigismundo Báthory[226], eiusque cognatis cardinali Andreae[227], Stephano et Balthassar, Ernesto archiduci[228], Ioanni Zamoyski et Sigismundo III Vasa[229] conscripta sunt. Die 2 mensis maii Claudiopolim venit et in pago Kolozsmonostor, qui prope situs erat, constitit. In monasterio olim Benedictinorum, quod annis 1579–1588 ad Iesuitas pertinebat, exspectabat, ut in aulam principis Albae Iuliae invitaretur, ubi tum legati Turcici commorabantur. Quo venit demum die 25 mensis iunii et biduo post a Sigismundo Báthory publice est auditus. Deinde cum principe privatim collocutus est[230], qui ei promisit se Clementi VIII obsecuturum esse, fidem catholicam sustentaturum, Iesuitas in Transilvaniam redire cupientes adiuturum, sed declaravit hac in re se ordinibus Transilvanis adversantibus nihil posse. Quod ad matrimonium suum pertinet, princeps promisit se pontifice maximo invito nullum consilium esse initurum. Praeterea Amalteo effecit, ut Sigismundus Báthory cum patruelibus cardinale Andrea et Stephano in gratiam rediret, atque ad eam rem adiuvit, ut controversiae, quae inter principem et Balthassar ortae sunt, componerentur[231]. Cum nuntius putavisset sibi diutius in Transilvania commorandum non esse, Sigismundo Báthory et Alfonso Carillo iesuita suadentibus die 8 mensis

---

[222] BAV Urb. Lat. 1060 f. 167v, 176–176v, novitates diebus 18 et 21 III 1592 Romae datae; Veress: Erdélyországi 378 ann. 1.

[223] Vide N. 72 ann. 11.

[224] BAV Urb. Lat. 1060 f. 167v, novitates de 18 III 1592; Veress: Erdélyországi n. 288 p. 389. Andreas Veress, qui Ioannis Moro, Venetorum oratoris Romae residentis, relatione usus est, putavit Attilium Amalteo iam die 14 martii mane iter facere coepisse (Veress: Erdélyországi n. 282 p. 378, n. 288 p. 389 ann. 30; Veress: Nunciusok 270). Quod tamen parum verisimile videtur, nam hac die Claudius Acquaviva, praepositus generalis Societatis Iesu, Romae epistulam scripsit, in qua nuntium Emerico Forsler, collegii Graecensis rectori, commendavit; quas litteras ipse Amalteo ei tradere debuit (Lukács: Monumenta III n. 294 p. 772–773).

[225] ASV Sec. Brev. 189 f. 111, die 10 III 1592 confectae.

[226] Veress: Erdélyországi n. 281 p. 377.

[227] Vide N. 12.

[228] ASV Arm. XLIV 36 f. 275v, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 153v–154v, reg.; BAV Ottob. Lat. 2419 f. 47–48, cop.

[229] Vide N. 13 et 14.

[230] Memoriale res, quae ad munus sibi commissum pertinebant, tractans Amalteo mense iulio ineunte principi Transilvaniae tradidit, qui scripto ad id memoriale respondit; utrumque documentum ed. Veress: Erdélyországi n. 11–12 p. 23–26, Lukács: Monumenta III n. 308/A–B p. 807–812.

[231] Szilas 40–41.

iulii Albam Iuliam reliquit. In relatione die 11 mensis iulii confecta Clementi VIII nuntiavit imperatorem Turcarum perturbationibus, quae in Polonia coortae sunt, sollicitum minari se Austriacum regem Poloniae factum ferre non posse et, si novum regem creari necesse esset, nemini nisi Sigismundo Báthory favere. Amalteo scripsit etiam principem Transilvaniae de ea re consilia cum Ioanne Zamoyski cancellario communicare[232]. Sed non contigit nuntio, ut Andream Báthory Romam proficisci induceret, qui non omisit de cardinale Radziwiłł et Sigismundo III rege queri, quod sibi episcopatum Cracoviensem denegavissent[233].

In epistula die 11 mensis iulii data, de qua supra mentio facta est, Amalteo nuntiavit se Romam per Poloniam redire cogitare et Ioannem Zamoyski convenire omisisse; qua re suspicionibus ad finem cancellarii visendi pertinentibus carere voluit. Simili causa adductus cardinalem Báthory in Poloniam iter facientem comitari omisit, quamquam uterque die 20 mensis iulii Somlium reliquit et fines eius regni petivit. Nuntius Cracoviam die 31 mensis iulii venit, biduo post ad regem et reginam adiit, a quibus, sed etiam ab aulicis laudibus magnis est affectus[234]. Cum a rege audiretur, sine dubio certiorem eum fecit, quo consilio in Transilvaniam se contulisset, atque adhortatus est, ut Sigismundum Báthory, qui pollicitus esset se fidem catholicam in Transilvania restituturum esse, ad id promissum praestandum impelleret[235]. Amalteo aliquot dies Cracoviae requievit, deinde per Silesiam, Moraviam, Vindobonam et Venetias iter faciens a. 1592 mense octobri ineunte Romam pervenit, inde Tusculum se contulit, ut pontifici maximo, qui ibi tum commorabatur, de legatione sua referret[236].

Amalteo, cum in Transilvania et Polonia munera sibi commissa optime explevisset[237], viam sibi ad alios honores assequendos munivit. Die 19 XI 1595 protonotarius apostolicus factus est, paucis autem diebus post commissarius generalis exercitus papalis, qui in Hungaria castra habuit[238]. Munere hoc expleto mense augusto a. 1596 iterum Roma profectus est et secretarius cardinalis legati Alexandri de Medicis in Galliam properavit, ut colloquiis interesset, quae Galli et Hispani habuerunt, quibus ad finem adductis die 2 V 1598 Vervini pax est facta. Iam in pontificatu Pauli V, die 14 VIII 1606, Amalteo archiepiscopus Atheniensis titularis est creatus, kalendis autem septembribus eiusdem anni

---

[232] Vide N. 72 p. 115. Cf. Bandura 390-391; Bazylow 55-56.

[233] Vide N. 72 p. 115-116, N. 87 p. 131-132.

[234] Vide N. 88 et 94.

[235] Cf. N. 87 ann. 9.

[236] Veress: Erdélyországi n. 288 p. 394; BAV Urb. Lat. 1060 f. 526, 529v, 596v-597, novitates de 29 VIII et 3 X 1592; ib. f. 604v, novitates de 7 X 1592: *L'Amalteo ritornato di Transilvania da conto solo di esser stato benissimo spedito da quel principe sopra le dimande de' Iesuiti.*

[237] Franciscus Parisi, qui saeculo XVIII epistulas quasdam quoque ab Attilio Amalteo in Transilvania commorante scriptas edidit, putavit eas exempla esse „di lettere perfette e veramente ministeriali" (Parisi: Istruzioni 2 p. 191 sqq.).

[238] Instructionem Attilio Amalteo die 27 XI 1595 confectam ed. Jaitner: Die Hauptinstruktionen n. 48 p. 389-396.

nuntius Coloniensis factus est et Coloniae Agrippinae usque ad a. 1610 commoratus est. Annos insequentes Romae egit. Mortuus est die 25 V 1633 et in Iesuitarum ecclesia Sanctissimi Nominis Iesu sepultus.

Maximilianus de Pernštejn, qui in Poloniam missus est, ut rosam auream Annae Austriacae dono datam traderet, ortus est gente Bohemorum antiquissima ac nobilissima[239]. Pater eius Vratislaus (9 VII 1530 - 27 X 1582) Maximiliano II imperatori servivit, inde ab a. 1567 fuit supremus Regni Bohemiae cancellarius, a. 1572 una cum Gulielmo de Rožmberk legatus in Poloniam venit, ut comitiis regi eligendo, quae ad Kamion pagum prope Varsaviam anno proximo habita sunt, interesset atque Ernestum archiducem regem faciendum commendaret[240]. Uxorem duxit Mariam Maximilianam Manriques de Lara Hispanam (quae obiit die 16 II 1608[241]), aulicam Mariae imperatricis, Caroli V imperatoris filiae, Maximiliani II uxoris, ex qua multae filiae et duo filii nati sunt. Filius natu maior, Ioannes, ad exercitum Hispaniensem in Flandria sese applicavit et postea bello, quod cum Turcis in Hungaria gestum est, interfuit ibique a. 1597 cecidit. Frater eius, Maximilianus, natus est a. 1575 et patre mortuo in tutelam Stanislai Pawłowski, episcopi Olomucensis, pervenit, ut clericus fieret. Studiis vacavit in Iesuitarum collegio Olomucensi et patrono suo curante provisionem pontificiam in canonicatum Olomucensem accepit[242]. Anno 1589 una cum Antonio Puteo, qui nuntius in aula imperatoris fuerat et munere Pragensi expleto in Italiam revertebatur, Romam se contulit, ubi studia, quorum sumptus Stanislaus Pawłowski toleravit, in Collegio Germanico continuavit[243]. Romae Maximilianus ab Iesuitis diligenter custoditus est, quibus a matre, catholica acerrima, est commendatus, sed etiam cardinale Hippolyto Aldobrandini protectore potentissimo usus est. Qui Clemens VIII pontifex maximus factus Maximilianum sustentare ac fovere non destitit et iam in primo aditu, quem ad eum Claudius Acquaviva, generalis Societatis Iesu praepositus, eiusque assistentes habuerunt, dixit se patrem Laurentium Maggio, assistentem Italiae, convenire cupere, ut una deliberarent, *quid de eo faciendum sit*[244]. Primo mense pontificatus Clementis VIII commendaverunt ei Maximilianum Maria Maximiliana de Pernštejn, gener eius Gulielmus de Rožmberk, supremus Regni Bohemiae burggravius, et ipse Rudolphus II imperator, qui simul rogavit curam Francisci de Dietrichstein, a. 1570 nati[245]. Summus pontifex petentibus non recusavit ac Franciscum et

---

[239] Vorel: Páni; Vorel: Pernštejnové.

[240] Orzelski 9, 45, 358; Ottův slovník 19 p. 509-510; Seibt, Lemberg, Slapnicka III/3 173.

[241] Linhartová 104.

[242] Stanislaus Pawłowski Gregorio XIII, Cremsirii 28 III 1585, ASV SS Vescovi 2 f. 13-13v, aut.

[243] Alfonsus Visconti nuntius card. Alexandro Peretti, Pragae 18 VII 1589, Schweizer: Nuntiaturberichte 16-17; card. Alexander Peretti Alfonso Visconti, Romae 5 VIII 1589, ib. 17 ann. 4. Anno 1591 Stanislaus Pawłowski duos alumnos sustentabat, qui in Collegio Germanico studiis vacabant, i.e. Maximilianum de Pernštejn et Eliam Hovorium (Wolný 84 ann. 1).

[244] Iacobus Ximenez SI ad N.N., Romae 1 II 1592, ARSI Opp. NN. 339 f. 158v, or.

[245] Vide N. 20 ann. 5; Gulielmus de Rožmberk Clementi VIII, Crumloviae 25 II 1592, Schweizer: Nuntiaturberichte 446 ann. 1; Clemens VIII Rudolpho II die 14 III respondit, die autem

Maximilianum cubiculariorum secretorum numero habere coepit, *havendogli donati li vestimenti et fattagli assegnar la parte ordinaria, il che non fa agli altri camerieri*[246].

Sicut iam inde a saeculo XI usu receptum erat, die 8 mensis martii, die Dominica quarta Quadragesimae, quae Laetare vocatur, pontifex maximus rosam auream consecravit[247]. Brevi post eam caerimoniam factam fama Romae fuit rosam illam per Ioannem Dominicum Sasciatello, antiquum Clementis VIII servum, Sigismundo III Vasa regi dono datum iri[248]. Mense martio exeunte nuntiatum est donum illud pontificium Annae Austriacae, regis Polonorum sponsae, per comitem Hieronymum de Porcia oblatum iri[249]. Sed cum his ipsis diebus placuit, ut ille nuntius Graecensis fieret, iam initio mensis aprilis neminem fugiebat donum per *uno delli dui camerieri del papa thedeschi*, id est per Franciscum de Dietrichstein vel Maximilianum de Pernštejn traditum iri[250]. Demum mense maio exeunte Clemens VIII Maximilianum elegit, cum nuntium perlatum esset Vindobonae Annam archiducissam Sigismundo III procuratoris eius opera desponsam esse[251]. Brevia die 28 mensis maii edita, quibus pontifex maximus de munere cubiculario suo mandato nuntiavit, missa sunt Annae Austriacae, Sigismundo III, Annae Iagellonicae reginae, Rudolpho II imperatori, cardinali Georgio Radziwiłł, Gulielmo de Rožmberk, Hieronymo Rozrażewski, episcopo Cuiaviensi, et Mariae Maximilianae de Pernštejn[252]. Quibus litteris et instructione, quam Franciscus Mucante, caerimoniarum pontificiarum magister, confecit[253], ornatus Maximilianus die 6 mensis iunii vel paulo prius Roma est profectus[254]. Paucos dies Pragae commoratus est, ubi ab imperatore est auditus[255]. Deinde in Poloniam properavit et kalendis augustis Cracoviam venit. Postridie mane una cum nuntiis, qui eum comitati sunt, Germanico Malaspina et Attilio Amalteo, auditus est a rege et regina, cui rosam auream tradidit. Deinde in ecclesia cathedrali in arce Wawel sita Malaspina missam sollemnem

---

20 III 1592 Gulielmo de Rožmberk et Mariae Maximilianae de Pernštejn, ASV Arm. XLIV 36 f. 293, 323–323v, min., ASV Epist. ad Princ. 25 f. 159v, 166–166v, reg., Schweizer: Nuntiaturberichte 455 ann. 1.

[246] BAV Urb. Lat. 1060 f. 197, novitates de 28 III 1592; BAV Ruolo 111 f. 4, Ruolo 112 f. 4.

[247] *Diariorum caerimonialium Ioannis Pauli Mucantii Romani, i.u.d. et caerimoniarum magistri, t. 2*, BAV Vat. Lat. 12317 f. 105–106v, cop.; Cornides 23 sq.

[248] BAV Urb. Lat. 1060 f. 159, novitates de 14 III 1592.

[249] Ib. f. 181v, 198v, novitates de 25 et 28 III 1592.

[250] Ib. f. 205v, 220v, novitates de 1 et 4 IV 1592.

[251] Ib. f. 337v, novitates de 30 V 1592.

[252] Vide N. 37–40.

[253] Vide N. 49.

[254] *Partì di qua il sig. Massimiliano Boemo, cameriero del papa, a portar la rosa benedetta alla sposa di Polonia, portando breve di S.S^tà a quel re con larghe offerte*, BAV Urb. Lat. 1060 f. 356, novitates de 6 VI 1592.

[255] B. Ambr. D. 124 suss. f. 296, novitates Pragae die 7 VII 1592 perscriptae.

celebravit, post quam rosa Annae Austriacae iterum oblata est[256]. Munere in Polonia expleto Maximilianus Pragam se contulit. Anno 1592 mense decembri ineunte Michaele Oliverio, protonotario apostolico, comitante inde Romam est profectus[257]. Die 21 II 1593 provisionem in canonicatum Vratislaviensem accepit[258]. Mortuus est Romae die 2 mensis septembris eiusdem anni. Funus, cui omnes cubicularii papales interfuerunt, postridie in ecclesia S. Mariae de Anima Germanorum celebratum est[259].

4. De collectionibus fontium, qui in hoc volumine publicantur

Plurima desunt eis epistulis et actis ad Germanici Malaspina nuntiaturam Polonicam pertinentibus, quae olim in eius archivo privato asservabantur. Desiderantur in civitate S. Severi, quo nuntius muneribus diplomaticis, quae ei Sedes Apostolica commisit, expletis se contulit, ut postremos vitae dies ageret[260]. Non contigit nobis, ut ea scripta in Lunensi agro, Germanici terra patria, in archivis et bibliothecis publicis, privatis et ecclesiasticis reperiremus. Pars eorum fontium asservata est tamen ad nostra tempora variis locis, imprimis inter scripta, quae gens Aldobrandini reliquit, quorum scriptorum pars magna a. 1631 archivo familiae Borghese inserta est, quod archivum a. 1892 Leo papa XIII emit, ex quo tempore in quattuor series divisum in Archivo Secreto Vaticano (Fondo Borghese dicto) asservatur. Scripta quaedam ex tabulario Germanici Malaspina provenientia reperiri possunt etiam in voluminibus originalia brevia apostolica continentibus (Armarium XXXVIII) et in sectione Polonia dicta (quae etiam Nunziatura di Polonia vocatur) tabularii Secretariatus Status (in ASV), et praeterea in Fondo Aldobrandini, qui efficit parvam sectionem privati archivi Romani, quod Archivio Doria-Landi-Pamphili appellatur, et in Bibliotheca Vallicelliana Romana, in qua inter alia asservatur codex saeculo XVI exaratus titulo ornatus hoc: *Ioannis Dlugosch Longini, canonici Cracoviensis, Historiae Polonicae tomi tres*, quem codicem (non continentem tamen nisi septem primos operis libros) constat a. 1593 ab episcopo S. Severi sodalibus Oratorii S. Philippi Nerii ad

---

[256] Vide N. 78, 80, 81, 88, 94; Bielski 178; Heidenstein 298.

[257] Caesar Speciano [Cinthio Aldobrandini], Pragae 17 XI 1592, Mosconi I 233; Maximilianus de Pernštejn eidem, Pragae 24 XI 1592, ASV F. Borgh. III 129.3 f. 129, or.; Speciano eidem, Pragae 3 XII 1592, Mosconi I 254; idem Minutio Minucci, Pragae 8 XII 1592, ib. 257; B. Ambr. D. 124 suss. f. 323v, novitates Pragae die 3 XI 1592 datae; ib. f. 330, novitates Pragae die 1 XII 1592 datae: *Dimane o l'altro partirà di qua per Roma il sig. Massimiliano, cameriero secreto di N.S., et andarà per le poste, et già ha inviato avanti la sua famiglia con molti cavalli belli da cocchio che ha comprato.*

[258] ASV Sec. Brev. 367 f. 277–277'v.

[259] Diarium alicuius cubicularii secreti Clementis papae VIII, ASV F. Borgh. IV 145 A f. 159v, aut.; Maria Maximiliana de Pernštejn Cinthio Aldobrandini, Pragae 28 IX 1593, ASV F. Borgh. III 129.3 f. 1, 8v, or.: responsum ad epistulam mortem filii Maximiliani nuntiantem.

[260] Rainer: Nuntiaturberichte 1 p. XXII ann. 89.

ecclesiam S. Mariae in Vallicella dono datum esse[261]. Epistulae originales ad Germanicum Malaspina datae et registra documentorum in eius cancellaria confecta, in Fondo Borghese dispersa, maximam partem in serie tertia huius collectionis, episcopo S. Severi vivo curiae Romanae tradita sunt. Quae res eo potissimum confirmatur, quod Ioannes Petrus Maffei iesuita, qui paulo ante Germanicum obiit (19 X 1603)[262], eloquentiae professor in Collegio Romano, quem Clemens VIII in aedes Vaticanas vocavit, ut historiam pontificatus eius facilius scribere posset[263], commentarios operis huius imperfecti (ad historiam ecclesiasticam annorum 1591–1603, i.e. etiam ad tempora pontificatus Gregorii XIV et Innocentii IX, pertinentes) scripsit etiam in foliis nonnullorum documentorum, quae olim in archivo nuntii fuerant[264].

Hoc volumine publicantur paucae epistulae variarum personarum ad nostra tempora asservatae, originales et manu ipsarum a. 1592 ad Germanicum Malaspina scriptae, quae repertae sunt in serie tertia collectionis Fondo Borghese (in manuscriptis ornatis signaturis 66 B, 88 C, 96 D, 120 fasc. A)[265], in Armario XXXVIII, ms. 2 (breve Clementis VIII)[266], et praeterea in Bibliotheca Vallicelliana, scilicet in ms. N 34, quod 574 folia habet et continet *Scritture spettanti a varii negozii di Polonia dall'anno 1521 al 1596. Tomo I* (f. III)[267]. In eodem codice legitur minuta relationis nuntii de statu rerum Sueticarum[268], in ms. autem N 35 (ff. 552, cum titulo in f. II: *Scritture spettanti a varii negozii di Polonia dall'anno 1595 al 1741. Tomo II. Con l'aggiunta nel fine d'alcune cose di Svezia, di Moscovia e de' Tartari*) — summarium variorum scriptorum comitialium, fortasse in cancellaria eius confectum[269]. Etiam in Bibliotheca Vallicelliana, ms. L 18, asservatur magni pretii registrum litterarum Latinarum Germanici Malaspina ad diversos a die 31 VII 1592 ad diem 6 III 1596 datarum, constans e 230 foliis numeris continuis signatis et titulo ornatum (f. II) hoc: *Exempla epistolarum Ill^mi^ et R^mi^ D^ni^ Germanici episcopi S. Severi, S.D^ni^ N. Clementis VIII et S. Sedis Apostolicae ad Ser^mum^ Sigismundum III Poloniae et Sueciae regem cum potestate legati de latere nuntii, scriptarum a Hieronymo Barboncino, i.u.d.*

---

[261] Cf. N. 211 ann. 4; Halecki: Jeszcze o nowych źródłach 121 sq.; Halecki: Unia 73 ann. 8; Vignodelli Rubrichi; Wojtyska: ANP I 59 sq.

[262] ARSI Hist. Soc. 43 f. 4.

[263] Sommervogel V col. 301.

[264] *Maffei padre Giampietro gesuita. Raccolta di notizie per l'orditura della sua Storia di suo pugno*, ASV F. Borgh. III 129.3, f. 1–184.

[265] Vide N. 113, 157, 193, 198, 207, 227, 228. Originalem epistulam Gulielmi V, Bavariae ducis, die 1 IX 1592 scriptam (N. 113), quae in F. Borgh. III 88 C asservatur, ed. Schweizer: Römische Beiträge 194.

[266] Vide N. 208.

[267] Vide N. 91.

[268] Vide N. 245.

[269] Vide N. 145 ann. 3. Deinde in ASV F. Borgh. III 96 D repertum est conceptum memorialis Germanici Malaspina manu ipsius scriptum, quo legitur de perturbationibus internis, quae in Polonia ortae sunt (N. 117).

Forosemproniensi, D^ni^ nuntii apostolici caussarum (ut appellant) auditore generali ac secretario 1592, 1593, 1594, 1595, 1596, 1597, 1598, in quo registro in f. 2–25 leguntur epistulae nuntii a. 1592 scriptae[270], in f. autem 181–184v, 188 legitur oratio, quam apud episcopos Polonos ante comitia, inquisitionis appellata, habuit[271].

Maximi pretii est etiam codex, qui in Germanici Malaspina archivo fuit, nunc autem in Fondo Borghese asservatur, signatura III 52 AB ornatus, 238 folia numeris continuis signata habens, cum titulo in dorso exarato: *Polonia. Svezia. Registro di lettere del nunzio mons. Germanic[o] Malaspina 1592–[15]94.* Quod manuscriptum continet registrum currens epistularum (quarum plurimae ad secretariatum pontificium sunt missae) et memorialium nuntii atque copias variorum scriptorum in eius cancellaria confectorum. Epistulae et documenta, quae hoc volumine publicantur, in f. 1–112 perscriptae sunt. Margines foliorum codicis humidae sunt et haud paucis locis deperierunt. Praeterea non est dubitandum, quin manuscripto desit pars prima acta nuntiaturae episcopi S. Severi inde a mense iunio usque ad finem mensis augusti a. 1592 continens (excepto N. 107), desint nonnulla folia, quibus epistulae mense novembri et mense decembri eiusdem anni scriptae legebantur[272], desitque magna pars postrema documenta inde a die 14 VIII 1593 continens (epistula, in qua dies haec inscripta est, i.e. ultima epistula ad nostra tempora asservata, exitu caret). Reliqua codicis folia, quae seiuncta sunt, inveniuntur in sectione Polonia tabularii Secretariatus Status, in ms. 361, quod constat e 220 foliis tegimento carentibus conscriptis, quorum 218 numeris sunt instructi. Quod manuscriptum corruptissimum incipit (iuxta ordinem chronologicum) ab ultimo fragmento epistulae Bartholomaei Powsiński die 31 VIII 1593 scriptae (f. 1v), continet autem relationes Germanici Malaspina inde a die 1 IX 1593 usque ad diem 22 IX 1594.

Partes quaedam maiores minoresque registri actorum nuntiaturae Germanici Malaspina ex annis 1592–1594, de quo registro supra sermo est, directe indirecteque in multa exemplaria transcriptae sunt, quae copiae ad nos pervenerunt in manuscriptorum collectionibus his:

— Archivum Secretum Vaticanum, Secretariatus Status (Segreteria di Stato), Polonia, ms. 35, ff. 524, in dorso inscriptio: *Registro delle lettere del nuntio di Polonia a 1592*, in f. 524v (quod in praesenti tegimento membraneo posteriori agglutinatum est) vix legi potest: *Romae. Transcriptae ex suo originali anno Domini 1612*[273], incipit ab instructione cardinalis Ludovici Madruzzo Germanico Malaspina confecta, qui ad colloquia cum Ferdinando archiduce, comite Tirolis, de episcopatu Argentoratensi se parabat[274], ultima chronologice epistu-

---

[270] Epistulam ad Aaron, palatinum Moldaviae, die 16 XII 1592 scriptam (vide N. 222) ed. Veress: Documente III 321.

[271] Vide N. 116.

[272] Deest N. 175, 178 et 179, desiderantur etiam fragmenta N. 174 et 203.

[273] Cf. Šmurlo 172.

[274] Vide N. 48.

la nuntii die 17 III 1594 scripta (f. 486–487), in f. 33v–345 transcripta sunt acta ex ASV F. Borgh. III 52 AB f. 1–218v (28 VIII 1592 – 14 VIII 1593), in f. 351–520v — ex ASV SS Pol. 361 f. 1–101 (31 VIII 1593 – 17 III 1594)[275], documenta hoc volumine publicata in f. 4–181v[276];

— Biblioteca Estense Universitaria Mutinensis, ms. α.T.5.11 (It. 768), ff. 331, in dorso inscriptio: *Lettere del nunzio di Polonia. Tomo II*, incipit ab epistula Germanici Malaspina die 12 VI 1592 data[277], ultima epistula (die 28 I 1593 scripta) exitu caret, in f. 52–331v transcripta sunt acta ex ASV F. Borgh. III 52 AB f. 1–127, documenta hoc volumine publicata in f. 2–277v; ms. α.P.8.16 (It. 719), ff. 364, in dorso inscriptio: *Lettere sopra le cose di Polonia*, in f. 266v infra: *Fine della prima parte*, in f. 2–266v litterae inde a die 28 ianuarii usque ad diem 24 augusti a. 1593 scriptae (verba, quae prima leguntur, pertinent ad finem ultimae epistulae, quae transcripta est in manuscripto, de quo supra sermo fuit), in f. 2–260 transcripta sunt acta ex ASV F. Borgh. III 52 AB f. 127–218v; ms. α.T.5.10 (It. 767), ff. 240, in dorso inscriptio: *Lettere al nunzio di Polonia. Tomo I*, in f. 102 legitur: *Delle lettere del nuntio di Polonia al papa. Parte seconda*, in f. 103–240v continet litteras inde a die 31 augusti usque ad diem 14 novembris a. 1593 scriptas, in f. 107v–240v transcripta sunt acta ex ASV SS Pol. 361 f. 1–44v. Tria manuscripta, de quibus supra exposuimus, saeculo XVII ineunte confecta sunt;

— Bibliotheca Apostolica Vaticana, Urbinates Latini, ms. 837, ff. 540, in f. I inscriptio: *Relationi diverse. Volume XVI. 1613*, in f. 512v–522 continet copias (confectas e prima parte registri litterarum Germanici Malaspina, quae pars deperiit) instructionis a cardinale Ludovico Madruzzo nuntio datae et duarum epistularum eius mense iunio a. 1592 scriptarum, quae ad colloquia de episcopatu Argentoratensi pertinent[278];

— Archivio di Stato di Torino, Raccolta Mongardino, ms. 121, ff. 300, in f. 1 inscriptio: *Istruzione al Ser^mo arciduca Ferdinando intorno alla tutela della chiesa d'Argentina, statagli raccomandata dall'imperatore, e lettere di vari nunci dirette al papa*, in f. 2–300v continet instructionem Germanico Malaspina confectam et litteras, quas ille inde a mense iunio a. 1592 usque ad diem 10 I 1593 scripsit; ms. 139, ff. 292, in f. 1 inscriptio: *Lettere al sig. Cinzio Aldobrandino del 1593*, in f. 2–292v continet litteras nuntii inde a die 5 ianuarii usque ad diem 20 augusti a. 1593 scriptas; ms. 138, ff. 315, in f. 1 inscriptio: *Lettere al sig. Cinzio Aldobrandino del 1593. Altre al cardinale San Giorgio del 1593 e [15]94. Con giuramento in fine di S.M^tà*, in f. 2–315v continet epistulas et acta inde a die 24 VIII 1593 usque ad diem 17 III 1594. Omnes textus, quos

---

[275] Cf. Halecki: Unia 73 ann. 5.

[276] Fragmenta epistularum episcopi S. Severi ad Clementem VIII et Cinthium Aldobrandini diebus 22 X, 27 X, 19 XI et 25 XI 1592 scriptarum (vide N. 160, 167, 183, 194) ex hoc copiario publicaverunt Šmurlo 173 et Veress: Documente III 311, 316–318.

[277] Vide N. 57.

[278] Vide N. 48, 57, 60.

tria manuscripta, de quibus supra scripsimus, continent, transcripti sunt non longe post a. 1612 e ms. ASV SS Pol. 35. Etiam saeculo XVII, sed paulo post, ex eodem manuscripto transcripta est instructio a cardinale Ludovico Madruzzo Germanico Malaspina data, quod exemplar legitur in ms. Racc. Mong. 116 f. 153, 154–157v[279];

— Bibliotheca Apostolica Vaticana, Barberiniani Latini, ms. 5783, ff. 317, cum inscriptione: *Lettere a Pietro e Cinzio Aldobrandino. Da Inspruch, Varsavia, Praga, Stocolma, Upsalia ed altri luoghi dal 1592 al 1594*, continet exemplaria epistularum aliorumque scriptorum inde a mense iunio a. 1592 usque ad diem 17 III 1594, quae copiae confectae sunt saeculi XVII parte priore e ms. ASV SS Pol. 35 (sed multa in eis omissa sunt);

— Archivum Secretum Vaticanum, Fondo Pio, ms. 133, ff. 276, in f. 2 inscriptio: *Registro di lettere scritte da mons. vescovo di San Severo, nuntio appresso la M^tà Ces. dell'imperatore sotto il pontificato prima della felice memoria di Gregorio XIII e poi della S^tà di Sisto papa Quinto dell'anno 1585, con altre lettere e materie in altri pontificati*, in f. 84–243v continet copias epistularum scriptorumque inde a mense iunio a. 1592 usque ad diem 10 I 1593, quae copiae confectae sunt saeculo XVII e ms. AS Torino Racc. Mong. 121.

Stemma codicum, qui e registro epistularum Germanici Malaspina annis 1592–1594 datarum dependent, statutum est hoc:



Ms. 96 D, quod in serie tertia collectionis Fondo Borghese asservatur, 260 folia habens et in dorso titulo instructum hoc: *Lettere di mons. Germanico Malaspina, vescovo di S. Severo, nunzio in Polonia, 1592*, corpus est maximum

[279] Verisimile videtur collectionem manuscriptorum saeculis XVI et XVII exaratorum, quae Raccolta Mongardino appellatur, in quorum manuscriptorum numero fuerunt etiam volumina supradicta, saeculi XVII parte priore (priusquam collectio in bibliothecam comitum de Mongardino est translata) pertinuisse ad card. Mauritium de Sabaudia, qui a. 1657 obiit (cf. Bianchi 716).

epistularum Germanici Malaspina, scilicet epistularum originalium, manu ipsius nuntii exaratarum et decifratarum, quae inde a die 15 mensis iunii usque ad diem 28 mensis decembris a. 1592 ad Clementem papam VIII, ad nepotes eius Cinthium et Petrum Aldobrandini et ad Minutium Minucci, secretarium pontificium, scriptae sunt; leguntur hic etiam memorialia, quae episcopus S. Severi Sigismundo III regi tradidit[280]. Praeterea manuscriptum illud continet exemplaria variorum scriptorum et epistularum ad nuntium datarum in cancellaria eius confecta et litteris publicis Romam missis adiuncta[281], epistulam ad Caesarem Speciano, nuntium penes aulam imperialem, manu ipsius Germanici Malaspina exaratam et nulla inscriptione ornatam[282], litteras decifratas cardinalis Georgii Radziwiłł ad pontificem maximum datas[283], necnon minutas duarum instructionum episcopo S. Severi Romae confectarum[284]. Nonnullorum scriptorum a. 1592 compositorum duplicata et copiae[285] insertae sunt ms. 66 CD seriei supra nominatae, quod continet relationes nuntii a. 1593 scriptas. Originale eius epistulae ad Cinthium Aldobrandini datae repertum est quoque in serie quarta collectionis Fondo Borghese, in ms. 234 B[286], in Fondo Aldobrandini (ADLP) autem, in ms. 27, invenitur petitio manu ipsius nuntii scripta et summo pontifici allata[287].

In Fondo Borghese III 120 fasc. A, in f. 34–35v, 44v, 52–71v, 74–90v, inveniuntur originales litterae cardinalis Georgii Radziwiłł Clementi VIII et Cinthio Aldobrandini a die 12 martii ad diem 6 iunii a. 1592 datae, quae ad huius cardinalis legationem pertinent. Etiam in collectione Lettere di Cardinali dicta tabularii Secretariatus Status, in ms. 3, legitur originalis epistula cardinalis legati ad cardinalem Franciscum Sforza die 13 martii eiusdem anni scripta[288]. In collectione autem Ottoboniani Latini (in BAV), in prima parte ms. 2419 (cum inscriptione in f. 1: *Materie politiche d'Ungaria, Inghilterra e Transilvania*), asservantur minutae et concepta trium relationum, quarum fragmenta hoc volu-

---

[280] Ex originalibus et decifratis nonnullarum relationum et memorialium Germanici Malaspina (vide N. 243, 245, 246, 250) confectae sunt copiae directae et indirectae repertae in BAV Ottob. Lat. 2419, 2421, B. Vallic. N 34, AS Lucca AB II 62 et B. Cz. 95. Fragmenta nonnullarum nuntii epistularum ad Clementem VIII et Cinthium Aldobrandini diebus 22 X, 19 XI, 7 XII, 18 XII, 24 XII et 28 XII datarum (vide N. 160, 183, 214, 230, 244, 251) publicaverunt ex originalibus et decifratis in F. Borgh. III 96 D asservatis Isopescu 13–15, Veress: Documente III 322–324, Welykyj: Litterae 327–328. Praeterea epistulam ad Cinthium Aldobrandini die 24 XII scriptam (vide N. 245) ex copia in B. Cz. 95 n. 68 servata ed. Hjärne add. III p. 9–12.

[281] Semel accidit, ut autographum epistulae Stanislai Suchorzewski die 17 XII 1592 scriptae adiungeretur, vide N. 228.

[282] Vide N. 138.

[283] Vide N. 139.

[284] Vide N. 123 et 133'.

[285] Vide N. 151, 152, 250, 251.

[286] Vide N. 206.

[287] Vide A. 2.

[288] Vide N. 15 ann. 1.

mine publicantur. Relationes dicimus, quas diebus 11 iulii, 1 et 15 augusti a. 1592 scripsit nuntius Attilius Amalteo, qui e Transilvania Romam rediens mense iulio exeunte in Poloniam venit[289].

In serie Chigiani Latini (itidem in BAV), in ms. M II 56 (ff. 642, in dorso inscriptio: *Diverse cifre servite nelli ponteficati de' diversi sommi pontefici: Gregorio XIV, Innocentio IX, Clemente VIII, Paolo V, dal mese di aprile 1591 sino li 15 giugno 1606*), sunt claves notarum arcanarum, quas cardinali Georgio Radziwiłł, Germanico Malaspina et aliis confecit Matthaeus Argenti, pontificius a notis secretis secretarius[290]. In ms. M III 64 (ff. 943) a. 1610 Matthaeo Argenti curante collectae sunt plurimae epistulae, quas per notas arcanas legati et nuntii apostolici tempore pontificatus Clementis VIII in Poloniam, Transilvaniam et Coloniam Agrippinam missi scripserunt. In quorum numero fuit cardinalis Georgius Radziwiłł (litterae a. 1592 scriptae in f. 5–15) et Germanicus Malaspina (epistulae annis 1592–1597 confectae in f. 17–800v). Quod pertinet ad cryptograma in cancellaria episcopi S. Severi composita, saepe etiam ad eorum duplicata, in hoc volumine respiciuntur ea, quae temporis spatium a die 21 augusti ad diem 25 decembris a. 1592 complectuntur.

Registrum instructionum Germanico Malaspina (nonnumquam etiam Attilio Amalteo, nuntio in Transilvania) annis 1592–1597 scriptarum, in secretariatu Clementis VIII confectum, nunc invenitur in serie tertia collectionis Fondo Borghese, in ms. 18 fasc. A–H (usque ad f. 432v), ubi nulla mentio est de singularum epistularum auctoribus. Fasciculus A in f. 3–5, 6–6v, 7–13 continet instructiones episcopo S. Severi confectas et manu Minutii Minucci subscriptas inde a die 30 mensis maii usque ad diem 12 mensis septembris a. 1592, in f. 13–13v alia manu addita est epistula Cinthii Aldobrandini die 25 mensis septembris eiusdem anni composita, quae per notas secretas scribenda fuit. Fasciculus B in f. 29–47 complectitur instructiones a Cinthio Aldobrandini subscriptas inde a die 19 mensis septembris usque ad diem 26 mensis decembris a. 1592. Alterum registrum litterarum publicarum in secretariatu pontificio confectarum et ad Germanicum Malaspina missarum est inter scripta ad hereditatem post Minutium Minucci relictam pertinentia, quorum magna pars nunc in Instituto Historico Germanorum Romano (Deutsches Historisches Institut in Rom) asservatur[291]. Ms. 1 eius collectionis (ff. 402, cum inscriptione in dorso: *Lettere di mons. Minucci, arcivescovo di Zara, M.S. Tomo I*) inter alia continet instructiones Minutii Minucci et Cinthii Aldobrandini episcopo S. Severi inde a die 30 V

---

[289] Vide N. 72, 87, 94. Copia N. 72 asservatur in B. Vallic. N 33, excerptum autem in B. Cz. 95. E tribus enumeratis epistulis Attilii Amalteo duas (die 11 VII et 1 VIII 1592 scriptas) totas publicavit Veress: Erdélyországi 26–30, 31–34.

[290] Vide N. 4 et 92. Clavem notarum secretarum Germanico Malaspina missam ed. Karttunen 5–10.

[291] Partem privati archivi Minutii Minucci, quae pars circiter 50 librorum manuscriptorum tomis constabat quaeque ex Coneliano (Conegliano), oppido septentrionem versus a Tarvisio sito, originem duxit, iam a. 1892 emit Institutum Historicum Prussicum Romanum (Preussisches Historisches Institut in Rom), vide Hansen: Reichstag 604, cf. Hansen: Kampf 742 ann. 7.

1592 usque ad diem 13 II 1593 scriptas, sed etiam litteras ad proceres Polonos laicos et ecclesiasticos datas. Ms. M III 60 in serie Chigiani Latini (in BAV) servatum (ff. 145, in dorso inscriptio: *Lettere in cifra del 1592 di Clemente VIII*), variis manibus confectum et in duos libros divisum, quibus a Matthaeo Argenti praefatio et tabula sunt praemissae, registrum est instructionum, quae annis 1592–1605 nuntiis et legatis apostolicis per notas secretas scriptae sunt. In f. 78–87v leguntur litterae, plerumque Minutii Minucci et Cinthii Aldobrandini, ad Germanicum Malaspina inde a die 29 VIII 1592 usque ad diem 1 VIII 1593 datae. Inter quas litteras est epistula privata Petri Aldobrandini, in qua dies 21 XI 1592 est ascripta quaeque per notas secretas scribenda fuit[292]. Epistula illa relata est etiam in registrum signatura 492 instructum, quod in serie secunda collectionis Fondo Borghese asservatur. Ms. 475 eiusdem seriei (ff. 96, cum inscriptione in f. 9: *Registro di lettere scritte a diversi nuntii in Polonia et Transilvania dell'anno 1592 per il sig. card. S. Giorgio e card. Aldobrandino*, et in f. 84: *Registro di diversi in Polonia*) continet revera registrum litterarum apertarum a solo Petro Aldobrandini annis 1592–1605 scriptarum, quarum epistularum duae ad episcopum S. Severi a. 1592 datae sunt[293].

Copia instructionis generalis tempore pontificatus Innocentii IX Germanico Malaspina confectae invenitur in Fondo Borghese, in ms. III 67 A[294]. Instructio generalis Attilio Amalteo scripta, quae imprimis ad munus eius in Transilvania obeundum pertinet, cuius instructionis parvum fragmentum hoc volumine publicatur, pervenit ad nos in duabus copiis in Bibliotheca Vallicelliana repertis, in ms. N 16 et in ms. N 33[295]. Etiam ex copia, saeculo XVI exeunte confecta et posteriori parti ms. 2415 collectionis Ottoboniani Latini (in BAV) adiuncta, publicatur instructio Francisci Mucante, caerimoniarum pontificiarum magistri, quam Maximiliano de Pernštejn dedit[296].

In Armario XLIV (in ASV) — in quo asservantur imprimis minutae et registra brevium ad principes scriptorum, sed quoque ad proceres ecclesiasticos et laicos — in ms. 36 (ff. 341, in dorso inscriptio: *Clemen[tis] VIII brevia an. I. Nov. 1591 - mar. 1592. A[ntonius] Buccapad[ulius]*) et in ms. 37 (ff. 334, in dorso inscriptio: *Clemen[tis VIII] brevia an. I. 1592 apr.-aug. A[ntonius] Buccapadul[iusJ*) inveniuntur minutae papalium epistularum credentialium et commendaticiarum, quae Georgio Radziwiłł cardinali legato, sed etiam nuntiis Attilio Amalteo, Maximiliano de Pernštejn et Germanico Malaspina conscriptae sunt[297]. In ms. 36 est praeterea originalis instructio a cardinale Ptolomaeo

---

[292] Vide N. 185.

[293] Vide N. 181 et 186.

[294] Vide N. 2.

[295] Vide N. 72 ann. 11; ed. Jaitner: Die Hauptinstruktionen 11–19, Veress: Erdélyországi 1–6.

[296] Vide N. 49.

[297] Minutae brevium card. Georgio Radziwiłł (die 19 februarii et 1 martii) et Attilio Amalteo (die 10 martii) confectorum, quae in Arm. XLIV 36 asservantur, descriptae sunt in ASV Epist. ad

Galli Antonio Boccapaduli, secretario brevium ad principes, confecta, secundum quam debuit ille brevia Attilio Amalteo scribere[298], in ms. 37 autem — minuta brevis die 24 IV 1592 conscripti, quod pertinet ad cardinalem Georgium Radziwiłł, qui caerimoniae matrimonii Annae archiducissae cum Sigismundo III rege procuratoris eius opera Vindobonae iungendi affuturus erat[299].

In serie principali Secretariatus Brevium (in ASV) asservantur minutae duorum brevium uniusque bullae, per viam secretam expeditae, facultatum cardinalis Georgii Radziwiłł (in ms. 184, 190, 365)[300] et minutae duorum brevium facultatum Germanici Malaspina (in ms. 192, 198)[301] a. 1591 et 1592 confectorum. In appendice publicatur in ms. 184 reperta minuta dispensationis ab impedimento matrimoniali Sigismundo III et Annae archiducissae ab Innocentio IX datae[302].

Hoc volumine publicantur fragmenta diarii officialis, quo de consistorio die 14 februarii et 2 decembris a. 1592 habito relatum est. Quae fragmenta attinent ad cardinalem Georgium Radziwiłł legatum a latere creatum atque ad Germanicum Malaspina nuntium apud Polonos ob operam datam laudatum et inveniuntur in serie Acta Vicecancellarii ad Archivum Consistoriale (in ASV) pertinente, in ms. 13 (ff. 115, cum inscriptione in f. 1: *Acta Sacri Consistorii sub R^mo D^no cardinale Montalto vicecancellario a Martino Capelletto conscripta*, 28 VIII 1590 - 22 XII 1597, or.)[303]. Non sunt omissae etiam aliae relationes, quibus de consistorii sessionibus narratur, et praeterea commentarii rerum in aula papali gestarum et indicia e variis terris provenientia Romam allata, quae continent diaria cardinalis Iulii Antonii Santoro, Sanctae Severinae nuncupati[304], cardinalis Hieronymi Rusticucci, Sacri Collegii camerarii[305], Pauli Alaleone, caerimoniarum magistri[306], Ioannis Pauli Mucante, pariter caerimoniarum magistri[307],

---

Princ. 25. Copiae brevium Attilio Amalteo confectorum ad nostra tempora asservatae sunt praeterea in BAV Ottob. Lat. 2419, copiae autem brevium Maximiliano de Pernštejn die 28 maii confectorum — in ARSI F. Ges. 1537/9 n. 4. Sex brevia pro card. Radziwiłł, Maximiliano de Pernštejn et Germanico Malaspina ad Hieronymum Rozrążewski, episcopum Cuiaviensem, Ferdinandum archiducem, Annam Austriacam reginam et Sigismundum III regem data publicaverunt (e minutis) Czaplewski 413, 418-419, Schweizer: Nuntiaturberichte 541 ann. 1 et Theiner: Vetera 209-210 (cf. N. 10, 37, 40, 41, 52, 56).

[298] Vide N. 12 ann. 5.

[299] Vide N. 29; ed. Theiner: Vetera 209.

[300] Vide N. 1, 27 et 16. Copiae horum documentorum, saeculi XVII parte priore confectae, ad nostra tempora asservatae sunt in BAV Barb. Lat. 2412.

[301] Vide N. 46 et 208. Quot attinet ad facultates generales episcopo S. Severi datas (N. 46), excerptum earum asservatur in ASV Arm. XLV 43, summarium autem in BO 503.

[302] Vide A. 1.

[303] Vide N. 6 ann. 3 et N. 217 ann. 3.

[304] *Consistoria annorum 1592, 1593, 1594*, ASV Arch. Consist. Acta Misc. 51, aut.

[305] Acta consistorialia 8 I 1590 - 7 III 1593, ASV Misc. Arm. XII 118 A, cop.

[306] *Alaleon[is] diaria 1589 ad 1599*, BAV Vat. Lat. 12294, aut. Vide A. 3, ubi enumeratae sunt multae copiae fragmenti huius diarii, quo Paulus Alaleone de itinere card. legati Georgii Radziwiłł in Poloniam facto rettulit. Quam relationem ex copia ASV F. Pio 15 f. 8-38v publicavit

et alicuius cubicularii secreti Clementis VIII[308], necnon novitates (avvisi) annis 1591–1592 perscriptae[309], nuntia ab oratoribus Florentinis Romae residentibus allata[310], epistulae Ioannis Francisci Peranda, negotiorum nuntii Camilli Caetani Romae curatoris[311], atque litterae Ioannis Baptistae Agucchia ad cardinalem Philippum Sega et alios datae[312].

In sede Sacrae Congregationis pro Clericis, ubi asservatur pars tabularii antiquae Sacrae Congregationis Concilii — cuius munus fuit decreta Concilii Tridentini recte interpretari et peragenda curare — in ms. 8 seriei registrorum, qui Libri Litterarum vocantur, sunt tres epistulae cardinalis Hieronymi Mattei, praefecti eius congregationis, ad nuntium Germanicum Malaspina a. 1592 scriptae[313]. Quae tum Congregatio Concilii decrevit, leguntur in ms. 7 seriei Libri Decretorum appellatae.

Non frustra quaesitum est etiam in Archivo Romano Societatis Iesu. Praeter supra commemoratas copias brevium credentialium et commendaticiorum, quae Maximiliano de Pernštejn confectae sunt et in Fondo Gesuitico sunt asservatae[314], in ms. 15 sectionis Epistolae Externorum (ff. 326, in dorso inscriptio: *Epistolae episcoporum 1586–1599*) leguntur litterae originales Germanici Malaspina ad Claudium Acquaviva, Societatis Iesu praepositum generalem, die 3 XII 1592 datae[315]. Praeterea registrum epistularum ordinis huius generalium ad diversos extra Italiam annis 1584–1629 missarum, scilicet ms. 2 (350 foliis constans) in collectione Epistolae Nostrorum appellata, continet singulas epistulas Claudii Acquaviva ad Georgium Radziwiłł cardinalem legatum et Maximilianum de Pernštejn, necnon binas litteras ad Germanicum Malaspina a. 1592 scriptas[316].

In sectione Tabularii Publici Florentini (Archivio di Stato) Archivio Mediceo del Principato dicta ms. 3768 (sine foliatione) continet epistulam originalem

---

Meysztowicz 43–75.

[307] *Diariorum caerimonialium Ioannis Pauli Mucantii Romani, i.u.d. et caerimoniarum magistri, tomus II res gestas ab ingressu conclavis post obitum Innocentii IX usque ad annum 1594 pontificatus secundum S.D^ni^ N. Clementis papae Octavi complectens, videlicet a die 10 ianuarii 1592 usque ad 31 decembris 1593*, BAV Vat. Lat. 12317, cop.

[308] Liber tertius annotationes annis 1587–1594 conscriptas complectens, ASV F. Borgh. IV 145 A, aut.

[309] BAV Urb. Lat. 1059/2, 1060. Exigua fragmenta eorum nuntiorum ad card. Georgii Radziwiłł legationem pertinentium publicavit Lechniak 16–18 (passim).

[310] Relationes a. 1592 confectae, AS Firenze AMP 3303.

[311] *Lettere del Peranda a mons. patriarca Caetano nuntio apostolico da maggio 1591 sino a tutto settembre 1595*, A. Caetani Misc. 57/903, cop.

[312] Registrum litterarum a die 8 martii usque ad diem 3 septembris a. 1594 scriptarum, BAV Chigi M I 11.

[313] Vide N. 76, 195, A. 4.

[314] Cf. ann. 297.

[315] Vide N. 203.

[316] Vide N. 33, 74, 78, 234.

cardinalis Georgii Radziwiłł tempore eius legationis ad Ferdinandum I, magnum Etruriae ducem, scriptam[317]. Minuta autem litterarum commendaticiarum a Ferdinando I cardinali legato pro Francisco Guicciardini, legato Florentino, datarum invenitur in ms. 66 minutas et registra epistularum in cancellaria magni ducis annis 1590–1593 et a. 1600 confectarum continente[318].

In Bibliotheca Ambrosiana Mediolanensi, in ms. D. 119 suss. (ff. 780, in tegimento inscriptio: *Polonia 2ª*, vetus signatura: H.S.III.19)[319], quod in archivo privato nuntii Caesaris Speciano asservabatur, leguntur multa magni momenti documenta ad totam fere nuntiaturam Germanici Malaspina pertinentia, in quorum numero est copia eius epistulae die 16 IX 1592 ad episcopum Cremonensem scriptae et minuta atque copia epistulae nuntii Pragensis ad episcopum S. Severi die 30 augusti eiusdem anni datae[320]. Ms. D. 124 suss. (ff. 336, in f. 1 inscriptio: *MDLXXXXII. Registro delle lettere della nuntiatura scritte [a] Roma da Praga. Incomincia a maggio*, vetus signatura: D.S.VI.7), quod olim etiam Caesaris Speciano fuit, inter scripta, quae per notas secretas scribenda fuerunt (f. 269–293), continet epistulam eius ad nuntium apud Polonos die 29 decembris scriptam[321]. In usum versae sunt praeterea ephemerides (avvisi) ad finem huius registri positae, quae in nuntii Pragensis cancellaria sunt confectae et a. 1592 Romam missae[322]. In ms. G. 260 inf., quod est registrum currens scriptorum cardinalis Friderici Borromeo ad diversos annis 1591–1597 missorum, legitur brevis epistula die 30 III 1592 ad cardinalem Georgium Radziwiłł data[323].

In Tabulario Actorum Antiquorum Varsaviensi Maximo, in Collectione Documentorum Membraneorum, asservata sunt ad nostra tempora 17 brevia originalia Clementis VIII diebus 1 martii, 24 aprilis, 28 maii et 6 iunii a. 1592 proceribus Polonis ecclesiasticis et laicis confecta, quae pertinent ad legationem a latere cardinalis Georgii Radziwiłł atque ad munera Maximiliano de Pernštejn et Germanico Malaspina commissa (n. 7990–8004, 8006–8007), quorum brevium hoc volumine publicantur duo[324], de ceteris autem tantum mentio fit[325]. In eodem tabulario, in sectione V Archivi Familiae Radziwiłł, sub numero 826 asservantur plurimae epistulae manu Gaspari Biglia ad cardinalem Radziwiłł

---

[317] Vide N. 5.

[318] Vide N. 26.

[319] Epistularum et documentorum, quae hic codex continet, index saeculo XVIII confectus est et in B. Brera Mediolani asservatur, in ms. AD.XV.8 n. 11 f. 1–12.

[320] Vide N. 110 et 128.

[321] Vide N. 252.

[322] Natalis Mosconi, qui hoc ipso ms. D. 124 suss. usus epistulas Caesaris Speciano a. 1592 Romam missas edendas curavit, non respexit nisi partem registri scripta aperta nuntii complectentem (f. 5–268v), omisit autem epistulas, quae per notas secretas scribendae erant, et novitates in cancellaria nuntii conscriptas (Mosconi I 39–290). Cf. censuram huius operis a Georgio Lutz scriptam (G. Lutz 369–381).

[323] Vide N. 21.

[324] Vide N. 29 et 40.

[325] Vide N. 10 et 56 (in notis textibus documentorum praemissis).

inde a die 7 III 1588 usque ad diem 1 I 1594 scriptae, quarum duae confectae sunt a. 1592, cum ille Roma in Poloniam iter faceret[326].

Ms. 78 in Bibliotheca Publica Posnaniensi nomini Eduardi Raczyński dicata servatum, quod olim in bibliotheca Radivilliana Nesvisiensi fuit, continet autographa, originalia et concepta litterarum principum Radziwiłł saeculi XVI parte posteriore scriptarum. Quo in manuscripto legitur non parvi momenti originalis epistula Alberti Radziwiłł, supremi Magni Ducatus Lithuaniae marescalci, ad cardinalem Georgium, eius fratrem, die 17 V 1592 data, quae ad huius cardinalis legationem attinet[327].

In Archivo Episcoporum Vladislaviensium et Pomeraniae (quod partem efficit Archivi Dioecesani Vladislaviensis), in serie Acta episcoporum, in ms. 9 (28) et 11 (30), inveniuntur exemplaria trium documentorum ex a. 1592 ad nuntiaturam Germanici Malaspina pertinentium in cancellaria Hieronymi Rozrażewski, episcopi Cuiaviensis, confecta[328].

In Bibliotheca Academiae Scientiarum Polonae Cracoviensi custoditur pretiosum registrum litterarum Latinarum et aliorum scriptorum Stanislai Karnkowski, archiepiscopi Gnesnensis, spatium annorum 1581–1593 comprehendens, scilicet ms. 1884 (682 paginis constans)[329], in quo leguntur quinque epistulae ad episcopum S. Severi a. 1592 datae[330].

Ludovicus Boratyński et Alexander Czuczyński, qui annis 1892–1893 Expeditioni Romanae Academiae Scientiarum et Litterarum Cracoviensis interfuerunt, effecerunt, ut conficerentur (sed saepe parum diligenter) regesta, excerpta et copiae etiam partis cuiusdam actorum legationis cardinalis Georgii Radziwiłł et nuntiaturae Germanici Malaspina ex a. 1592, quae apographa nunc custodiuntur in bibliotheca supradicta, in Thecis Romanis, quae dicuntur, numeris 37, 48, 68, 70, 71 instructis (ms. 8378, 8389, 8408/I, 8410, 8411). Deperiit theca 51, Eugenio Barwiński a. 1909 mutuata, annos 1592–1593 comprehendens et relationes Germanici Malaspina Romam allatas respiciens[331]. In thecis, quae non deperierunt, sunt summaria, excerpta et rarius exemplaria plena vix 36 documentorum hoc volumine publicatorum, quae paene omnia confecta sunt ex fontibus asservatis in Archivo Secreto Vaticano, in collectione Fondo Borghese (ms. II 475, III 66 B, III 96 D, III 120 fasc. A)[332].

---

[326] Vide N. 11 et 20.

[327] Vide N. 36.

[328] Vide N. 66, 105, 219. Ex copia Ac. ep. 11 (30) N. 219 ed. Chodyński 294–295; N. 66 et 105 tantummodo in summariis ed. Czaplewski 422, 453.

[329] Ms. 8626, quod in eadem bibliotheca asservatur, exemplar est huius registri a. 1887 confectum. Copiae eius fragmentorum, saeculo XVII confectae, repertae sunt in manuscriptis his: B. Cz. 2254, BJ Przyb. 181/51 et BUWr Akc. 1949/438 (Steinwehr I).

[330] Vide N. 91, 188, 197, 215, 238.

[331] Bandura: Opis 17; Halecki: Unia 72; Lepszy: Rzeczpospolita p. IX; Smolka 26; Wojtyska: ANP I 126–127.

[332] Quae manuscripta in thecis 48, 68, 70, 71 respecta sunt. In theca 37 est copia epistulae Germanici Malaspina ad Clementem VIII die 22 VI 1592 missae, quae copia confecta est ex BAV

5. De huius editionis ratione

1

Quod ad chronologiam attinet, tomus XV seriei *Acta Nuntiaturae Polonae* vocatae imprimis complectitur annos 1592–1598, id est tempus, quo Germanicus Malaspina, episcopus S. Severi, nuntius ordinarius a Clemente VIII creatus officiis suis functus est in aula Sigismundi III Vasa in Polonia, sed etiam in Suecia, ubi regem comitans annis 1593–1594 commoratus est. Sed non sunt omissa documenta pertinentia ad consilium huius episcopi et cardinalis Georgii Radziwiłł a. 1591 exeunte, tempore pontificatus Innocentii IX, in Poloniam mittendi, quod consilium non est peractum. Praeter acta nuntiaturae Germanici Malaspina ex a. 1592 volumen primum continet fontes illustrantes legationem a latere cardinalis Radziwiłł et munera in Polonia eodem anno ab Attilio Amalteo et Maximiliano de Pernštejn expleta. Documenta, quae spectant ad colloquia a. 1592 Oeniponte a Germanico Malaspina de episcopatu Argentoratensi habita, in extenso separatim publicabuntur, sed cum munus id Clemens VIII episcopo S. Severi iam nuntio apud Polonos facto commisisset, huic volumini regesta illorum documentorum inseri placuit. Sequentibus voluminibus publicabuntur praeterea acta muneris, quo Bartholomaeus Powsiński a. 1593 functus est, relationes a cardinalibus Radziwiłł et Andrea Báthory annis 1593–1594 Romam missae (qui cardinales vices nuntii Germanici Malaspina, qui a Polonia afuit, obierunt), epistulae illustrantes munus Andreae Opaliński, cubicularii secreti pontificii, qui a. 1594 Roma in Sueciam missus est, et Alexandri Comuleo (Komulović), qui eodem anno in Poloniam venit et post colloquia de foedere contra Turcas faciendo habita usque ad a. 1597 visitator apostolicus dioecesis Vilnensis fuit et mandatu papae bis (scilicet a. 1595 et 1597) legatus in Moscovia commoratus est. Non omittentur etiam munera Alfonsi Visconti, qui a. 1595 iter in Transilvaniam faciens in Polonia breviter commoratus est, necnon munera a Martio Malacrida annis 1595–1596 et a Benedicto Mandina a. 1596 obita. Acta legationis a latere a cardinale Henrico Caetani annis 1596–1597 gestae una cum diario longo conscripto ab Ioanne Paulo Mucante, magistro caerimoniarum, qui hunc cardinalem iter in Poloniam facientem comitatus est, in tomo XVI seriei editoriae legi poterunt.

2

Fontes, quos edendos suscepimus, in genera dividi possunt haec:

a) epistularum publicarum commercium, quod legatis et nuntiis apostolicis in art. 1 nominatis, sed etiam magistratibus iis subiectis, cum secretariatu pontificio et aliis curiae Romanae dicasteriis intercedebat;

b) documenta, quae in curia Romana confecta sunt legatis et nuntiis, qui in Poloniam, Sueciam et Magnum Ducatum Moscoviae missi sunt, ex. gr. litterae

---

Urb. Lat. 837 f. 520v–522 (vide N. 60).

credentiales commendaticiaeque, instructiones generales et facultates iurisdictionales;

c) documenta magistratuum (acta tribunalis nuntiaturae, processus informativi peracti ante provisiones episcopatuum, indulta, dispensationes etc.), memorialia, relationes, diaria, novitates (avvisi) ad secretariatum pontificium missae et alia scripta in legatorum et nuntiorum cancellariis confecta;

d) epistularum commercium aliis cum legatis et nuntiis, etiam cum eorum operis sociis, intercedens, praesertim illud, quod ad munera iis commissa pertinebat;

e) documenta, epistulae et relationes a variis personis conscriptae ad actiones publicas legatorum et nuntiorum attinentes;

f) documenta, litterae variarum personarum et omnis generis scripta ad curiam Romanam a legatis et nuntiis supradictis transmissa vel in eorum relationibus commemorata.

3

Rem ita gerere instituimus (exceptis iis, quae in art. 9 et 10 leguntur), ut omnes fontes, quorum copia nobis est, in art. 2a–c enumeratos in extenso publicaremus atque supersederemus alia documenta maioris momenti alia minoris momenti fallaciter iudicare et summatim tantum relata vel abbreviata afferre. Non omittuntur etiam plerumque fragmenta textuum, de quibus supra dictum est, ad res Polonas, Sueticas vel Moscoviticas non pertinentia[333]. Quam regulam non neglegimus nisi quod attinet ad litteras, quae cum re nostra fere nihil commune habent; in mente maxime habemus relationes nuntiorum Attilii Amalteo et Alfonsi Visconti, qui imprimis in Transilvaniam missi sunt (igitur eorum in Polonia commoratio minimi fuit momenti), necnon relationes Alexandri Comuleo, qui antequam in Reipublicae Utriusque Nationis terras venerat, munera sibi commissa et in Transilvania et in Moldavia explevit.

Fontes, de quibus in art. 2d–e sermo est, non continentes nonnumquam nisi fragmenta, quae arcte vel leviter tantum ad legationes in art. 1 enumeratas pertinent (ex. gr. indicia virorum cardinalem Henricum Caetani comitantium, quae ex parte quadam ad res Italas et domesticas attinent), argumenti ratione habita placuit publicari in extenso vel tantum per excerpta aut regesta.

Quod pertinet ad documenta epistulis legatorum et nuntiorum adiuncta vel ab iis commemorata (art. 2f), consilium cepimus edere (in appendicibus) fontes quosdam selectos, qui adhuc publici iuris non sunt facti. Cetera eius generis scripta quibus locis asserventur, in annotationibus notum facimus.

---

[333] Germanorum viri docti, in his praecipue Helmodus Goetz et Henricus Lutz, qui acta nuntiaturarum edenda susceperunt, argumenta gravia attulerunt, cur partes relationum a nuntiis scriptarum pertinentes ad res populorum, apud quos munera sua non expleverunt, omittendae non essent (Goetz p. XXVI sq.; H. Lutz 301, 311. Cf. Wojtyska: ANP I 183; Jarmiński: Z problematyki 122).

In textibus, qui seperatim eduntur et numero currente instruuntur, pro fragmentis cum re nostra nihil commune habentibus commentarium breve substituimus. Fragmenta eiusdem generis, quae in textibus in annotationibus allatis occurrunt, omittuntur et, si necesse est, duabus lineis signantur: — —.

4

Editio nititur primo textu e textibus manuscriptis traditionem uniuscuiusque documenti constituentibus, quos infra enumerabimus, qui si deest, nititur sequenti textu asservato: autographum, originale, duplicatum, minuta sive conceptum, documentum in registrum transcriptum, copia directa, copia indirecta, excerptum vel summarium. Textus typis impressus fundamentum editionis fit, si textum aliter traditum habemus nullum, sed etiam si editus est ex originali, cuius copiam non habemus (vel e manuscripto propius ad id originale accedente quam alia manuscripta asservata) atque si nullis manifestis mendis vitiisque peccat.

Consuetudinem ac instituta varia in legatorum et nuntiorum cancellariis, sed etiam in curia Romana, observata respicientes constituimus, ut is liber registrum vocaretur, in quem documenta e cancellaria quadam exeuntia referebantur aut gradatim ante vel brevi post eorum expeditionem (nonnumquam ex originalibus, saepissime e minutis)[334], aut post tempus quoddam, etiam post aliquot annos (e minutis)[335].

5

Epistulae per notas arcanas scriptae, quae in auctorum cancellariis sicut hi volebant conficiebantur a viris, quibus ea res commissa est, pro textibus authenticis habentur et eam ob rem clavibus notarum arcanarum decifratae pro fundamento editionis adhibentur (non vero decifrata in cancellariis eorum, ad quos hae epistulae datae sunt, confecta)[336]. Si clavis deest, cryptogramo cum decif-

---

[334] Ex. gr. registrum litterarum Germanici Malaspina nuntii ad secretariatum pontificium a. 1592–1593 scriptarum, ASV F. Borgh. III 52 AB; *Registro di lettere scritte dal cardinal Cintio Aldobrandino all'Ecc^mo Sig. Gio[vanni] France[sc]o Aldob[randi]no nel 1597* (1597–1598), ASV F. Borgh. III 10 D.

[335] Ex. gr. registrum epistularum Latinarum Germanici Malaspina ad diversos a. 1592–1596 scriptarum, B. Vallic. L 18; registrum litterarum notis arcanis componendarum, imprimis Minutii Minucci et Cinthii Aldobrandini, secretariatus Clementis VIII praefectorum, Germanico Malaspina a. 1592–1593 datarum, BAV Chigi M III 60 f. 78–87v. Cf. Rabikauskas 71–72, 121.

[336] In Germanici Malaspina epistulis decifrandis, quae (inde a N. 179 de die 12 XI 1592) cifratae sunt clave de die 12 VIII 1592 (N. 92), pro numero *589* in nomenclatore occurrente titulum *S.M^tà R.* substituere omisimus et formula *S.M^tà* vel *M^tà S.* (post articulum definitum) usi sumus, secundum regulam a Matthaeo Argenti, notarum arcanarum secretario pontificio, in decifratis conficiendis observatam, quae etiam in textibus apertis in nuntii cancellaria compositis valuit. Similiter pro numeris *651*, *661*, *720* in cryptogramis occurrentibus substitutae sunt — contextus ratione habita — formulae *S.S^tà*, *S.B^ne*, *V.S^tà* vel *S^tà S.*, *B^ne S.*, *S^tà V.* In verbis Latinis, quae textibus Italicis inserta sunt, littera *x* restituta est (in clave omissa), in cuius locum in cryptogramis notae litteram *s* subdentes adhibitae sunt.

rato comparato restituitur, si autem decifratum deperiit, cryptogramum cum alio textu ad intelligendum aperto asservato comparatur[337].

6

Praeter fundamentum editionis respiciuntur alia eiusdem textus testimonia, quorum variationes substantiales (plerumque enim omittuntur mutationes erroribus et neglegentia ortae et discrepantiae ad rationem scribendi pertinentes, si non ad nomina personarum et locorum referuntur) in annotationibus collocantur. Praetereuntur tamen saepissime — nisi forte graves causae prohibent, quominus id fiat — differentiae in his textibus occurrentes, qui ex aliis textibus asservatis prorsus dependent: in mente habemus exemplaria originalis, copias textus decifrati, litterae in registrum e minutis transcriptae, exemplaria registri originalis etc.

7

In textibus Latinis et Italicis singula verba plerumque redduntur ne una quidem littera mutata et varietate orthographica servata secundum fundamentum editionis (ex. gr. *auctoritas — authoritas*, *instrutione — instruttione*, *nuncius — nuntius*). Verba prisca, verba e dialectis petita et varietates lectionum selectae, quibus textus Italici scatent, ad finem cuiusque voluminis in vocabulario ponuntur. Ratio litterarum scribendarum non mutatur nisi tum, cum litterae *ij*, *j* et littera *u* ut consonans pronuntiata in *ii*, *i*, *v* congrue mutantur; in textibus Latinis diphtongi, qui nonnumquam nota *ę* vel simpliciter littera *e* redduntur, secundum

---

[337] Ut littarae publicae Germanici Malaspina per notas arcanas ante diem 12 XI 1592 scriptae decifrarentur, restituta est clavis deperdita, qua ante diem 10 VII 1592 nuntius tantum in epistulis privatis ad Petrum Aldobrandini scribendis usus est (cf. supra, p. XXXV; Pärnänen: Sigismond 35 ann. 2):

A	B	C	D	E	F	G	H	I	L
9	29	39	49	7 17	27	37	47	15	35
M	N	O	P	Q	R	S	T	U	Z
45	55	13	33	73	43	53	63	11	41

In his cryptogramis in litterae *e* locum plerumque substituitur nota 7, sed semper vice eius fungitur numerus 17 in consociationibus *he* et nonnumquam in *fe*, *ge* (in vocabulis *referirò*, *Argento* — N. 141; *confessa*, *fede*, *felicemente*, *dirigere*, *esagerando*, *soggeta*, *tragedia* — N. 140; *offesi* — N. 136; *felice*, *gettare*, *fermarsi*, *fede*, *giungendo*, *generali*, *fermar* — N. 145; *affetti* — N. 150). Contra regulam in secretariatu notarum arcanarum pontificio observatam retinentur in communi vocabulorum intervalla, interpunctio, accentus et signa partium vocabulorum in versum sequentem translatarum. Nomenclator (partialis), in totis vocabulis vel vocabulorum gregibus per notas, quae convenerunt, substituendis adhibitus, auxilio non fuit nisi in cifra nuntii ad Petrum Aldobrandini die 3 X 1592 data (N. 141): *S.S*^{tà} (26̇), *S.M*^{tà} (36̇), *Arciduca Ernesto* (66), *V.S.Ill*^{ma} (98̇).

orthographiam in *ae* vel *oe* mutantur. In nominibus personarum et locorum reddendis non admittitur nisi littera consonans *u* in *v* mutata (ex. gr. pro *Cracouia* scribitur *Cracovia*). Si texus lingua Polona est scriptus, transcriptio fit secundum praecepta allata in instructione editoria, quae ad fontes recentioris aetatis pertinet[338], et in libro a linguae Polonae et litterarum Polonarum historicis conscripto[339]. In aliis quaestionibus ad orthographiam pertinentibus regulae observantur hae:

a) usus accentus et apostrophi in textibus Italicis adaptatur normis hodiernis (ex. gr. *ad'incontrar*, *de quali*, *esser'*, *un'duro osso* scribuntur *ad incontrar*, *de' quali*, *esser*, *un duro osso*);

b) etiam interpunctio plerumque hodiernis regulis accommodatur, praecipue cum signa punctuationis (vel eorum absentia) efficiunt, ut textus difficile intelligatur. Quod ad virgulas pertinet, quae in textibus Italicis paene semper ante coniunctiones (*et*, *e*, *che* et alias) et pronomina relativa (*che*, *il quale* et alia) occurrunt, quotienscumque secundum normam supervacaneae sunt, omittuntur. Locis, qui plures interpretationes admittunt, cum res in dubio est, interpunctio in fundamento editionis adhibita retinetur;

c) in litteris minusculis maiusculisque adhibendis, quamquam consuetudines recentiore aetate observatae saepe non negleguntur, discrepantia orthographica in textibus obvia tollitur. Litteris maiusculis scribuntur praecipue nomina propria personarum, locorum, fluminum etc., nomina civitatum et vocabula, quae in horum nominum locum substituuntur (ex. gr. *constitutiones Regni*, intelligitur *Poloniae*; sed *questo regno*, *in conventione regni nostri generali*), nomina populorum et familiarum regnantium, in textibus Latinis adiectiva possessiva a nominibus propriis derivata, locutiones urbanae et tituli dignitatem exprimentes (ex. gr. *Sua Signoria*, *Maiestas Vestra Serenissima*), nomina nonnullorum institutorum et societatum religiosarum (ex. gr. *Camera Apostolica*, *Ecclesia Catholica*, sed *ecclesia Cracoviensis*), nomina ordinum religiosorum (ex. gr. *Padri Gesuiti*, sed *padre gesuita*), nomina dierum festorum, temporum anni liturgici, nonnullorum sacramentorum et nomina ad eos, qui cultu divino afficiuntur, pertinentia. Litteris minusculis scribuntur inter alia tituli gentilicii et ii, quibus ordo, cuius quis sit, indicatur, tituli principum, nomina magistratuum et dignitatum, graduum scientificorum, religionum et mensum, sed etiam termini in fastis Romanis obvii (ex. gr. *comes*, *nobilis*, *rex*, *cancellarius*, *episcopus*, *doctor*, *religio catholica*, *september*, *idus*)[340];

---

[338] *Instrukcja wydawnicza dla źródeł historycznych od XVI do połowy XIX wieku* [Instructio editoria ad fontes historicos inde a saeculo XVI usque ad saeculum XIX medium pertinens], Wrocław 1953, p. 30–33 (adiunctum A: *Odtworzenie polskiego tekstu źródłowego w druku* [De textu fontium Polono in impressione reddendo]).

[339] *Zasady wydawania tekstów staropolskich. Projekt* [Textus Poloni antiquissimi quomodo edi debeant. Propositum], Wrocław 1955, p. 92–100 (B/II: *Teksty nowożytne do połowy XVIII wieku* [Textus recentiores usque ad saeculum XVIII medium]).

[340] Cf. *Instrukcja wydawnicza dla średniowiecznych źródeł historycznych* [Instructio editoria ad fontes historicos mediaevales pertinens], Kraków 1925, p. 5–6.

d) quod ad verba iunctim separatimque scribenda pertinet, consuetudo auctoris cuiusque textus servatur, si illa normam hodiernam, in sermone Italorum saepe vagam, non violat (ex. gr. retinentur *di sopra*, *disopra*, *poi che*; *poiche* redditur ut *poiché*; *in tanto che*, *niente di meno*, *quantoprima* redduntur ut *intanto che*, *nientedimeno*, *quanto prima*). Quotienscumque intentio auctoris textus manuscripti incerta est, si orthographia sine dubio nullam certam regulam imponit, verba separatim scribuntur. Idem fit in textibus Italicis in formis ex praepositionibus et articulis definitis compositis, illo tempore non semper penitus conformatis, quae nonnumquam in eodem documento tam iunctim quam separatim scribuntur (ex. gr. *a la nobiltà*, *da la cifra*, *ne la città* sine mutatione redduntur; pro *dela dieta*, *del'arciduca* scribitur *de la dieta*, *de l'arciduca*);

e) signa numerorum, quae in fundamento editionis occurrunt, et Romana et Arabica, redduntur notis Arabicis numeratione principum excepta, qui notis Romanis signantur. Alternationes orthographicas servandi causa, quae imprimis in textibus Italicis occurrunt, numeri verbis scripti immutati redduntur (ex. gr. *doi*, *dua*, *due*, *dui*, *duoi*);

f) abbreviationes, quae nullam dubitationem afferunt, pro viribus secundum leges orthographicas ab auctore textus observatas solvuntur et legentes de re ea non admonentur. Solutiones incertae et supplementa in nominibus propriis personarum et locorum facta ordinariis litterarum notis in uncis quadratis scribuntur (cf. art. 12). Sed introducuntur vel retinentur secundum leges certas abbreviationes usu receptae (ex. gr. *etc.*) et abbreviationes verborum semel atque iterum occurrentium in formulis urbanis et in titulis dignitatem exprimentibus (ex. gr. *Fr^{as} T. — Fraternitas Tua*, *Illma D^{tio} V. — Illustrissima Dominatio Vestra*, *Ser^{ma} R.M^{tas} — Serenissima Regia Maiestas*, *S.S.Illma — Sua Signoria Illustrissima*).

8

Documenta, quae publicantur, proprietatibus grammaticis servatis redduntur. Sine confirmatione in textu et sine explanatione in annotationibus texui adiunctis retinentur adiectiva gradus comparativi et participia praesentis activi in casu instrumentali numeri singularis in vocalem *i* desinentia in fontibus Latine scriptis nonnumquam apparentia (ex. gr. *maiori* pro *maiore*, *persistenti* pro *persistente*), necnon formae verborum Italicorum errore carentia, quamquam obsoleta aut ab usu sermonis iam diu intermissa (quae formae in vocabulario ad finem cuiusque voluminis colliguntur). Idem fit quod attinet ad regulas grammaticas hodiernas saepe in textibus Italicis violatas in articulis (ex. gr. *il stato* pro *lo stato*), in praepositionibus articulariis contractis (ex. gr. *del sponsalitio* pro *dello sponsalitio*) et in pronominibus adiectivalibus demonstrativis (ex. gr. *quel ardore* pro *quell'ardore*, *quei scritti* pro *quegli scritti*) adhibendis, et praeterea si participium temporis praeteriti in temporibus compositis, in quibus verbum auxiliare *essere* adhibetur, genere et numero a subiecto discrepat (ex. gr. *è sopragionto la nova* pro *è sopragionta la nova*, *non mi fu consignato zifra* pro *non mi fu consignata zifra*). Rarius occurrentes formae verborum, quae ita coniunguntur, ut normas iam pridem acceptas violent atque textum obscurum reddant, in anno-

tationibus textui adiunctis explanantur (ex. gr. *favorisse* pro *favorisce*, *sminuisse* pro *sminuisce*, *io le disse* pro *io le dissi*, *venessero* pro *venissero*, *S.M^{tà} dice essere necessario di procurare nella dieta che si nominano* pro *S.M^{tà} dice essere necessario di procurare nella dieta che si nominino*).

9

In epistulis edendis regula observatur, secundum quam in textibus, qui generaliter toti publicantur, sine ulla admonitione omittuntur saepe eaedem formulae initiales (salutationis), verba officiosa subscriptiones praecedentia, ipsae subscriptiones, datationes, inscriptiones et summaria in cancellariis destinatariorum confecta. Formulae initiales et finales cum subscriptionibus, quae eas subsequuntur, in indice separato tamen ponuntur et animi legentium ad proprios documentorum numeros advertuntur. Locus et dies, quibus epistula est conscripta, si necesse est (praecipue si nomen loci parum nobilis perperam scriptum est, dies autem secundum calendarium Romanum vel liturgicum indicata est), afferuntur in annotatione textui adiuncta sicut in fonte leguntur. Nomen loci ignoti vel eius, qui ubi situs fuerit, non liquet, in praescriptione propriae monadis editoriae itidem ad litteram e fonte transcriptum affertur.

Rationes supra expositae non pertinent ad documenta pontificia (bullas, brevia) et documenta iuridica in legatorum et nuntiorum cancellariis confecta. Quae in his documentis repetuntur formulae longiores (intitulationes, inscriptiones, clausulae), abbreviatione *etc.*, litteris cursivis scripta, substituuntur, atque indicantur textus, ubi formulae illae totae leguntur.

10

Textus vel eorum fragmenta similia aut eadem atque prius in hac editione in extenso publicata in regestis legi possunt[341].

Quod pertinet ad documenta, saepissime solummodo eorum fragmenta, in aliis operibus iam editis — plerumque aditu difficilibus, dispersis et saepe normis in editionibus criticis observandis non respondentibus — divulgata, ea denuo fere publicantur. Fragmenta textuum, quae alibi publici iuris sunt facta, ita signantur, ut legentes annotationes textui adiectas inspiciant.

11

Quod ad textuum formam graphicam attinet, regulae observantur hae:

a) si forma graphica textus parum constans est parumque dilucida, praecipue autem si in fundamento editionis (ex. gr. in scripto per notas arcanas confecto)

---

[341] Quod pertinet ad documentum facultates generales Germanico Malaspina datas continens (N. 46), regula illa non est observata. Quamquam plurimae illarum facultatum eaedem sunt atque facultates cardinalis legati Georgii Radziwiłł (N. 16), breve nuntio confectum in extenso editum est, necesse enim fuit diligenter demonstrari discrepantias, locis quibusdam graves, occurrentes in prima versione textus minutae eius documenti, qui textus quibusdam correctis mutatus est.

a linea, quae vocatur, in partibus textus diversae materiae destinatis deest, forma graphica talis textus mutari potest, ut is facilius intelligatur;

b) initia foliorum vel paginarum, sicut in fundamento editionis textuum, qui publicantur, occurrunt, locis propriis signare omisimus[342];

c) verba Latina textibus Italicis et Polonis inserta graphice non distinguuntur;

d) verba ab aliquo pronuntiata vel verba ex scripto quodam petita, quae nullis mutatis afferuntur, signo citationis circumdantur;

e) textus in extenso publicati eorumque fragmenta (variis textus versionibus non exceptis), quae ad verbum afferuntur in praescriptionibus monadum editoriarum, in explanationibus ad traditionem documentorum pertinentibus, in documentorum regestis et annotationibus, ordinariis litterarum notis scripta typis mandantur. Monadum editoriarum elementa, quae editor adicit, litteris cursivis plerumque distinguuntur. Quae regula nihil valet in introductione, in elenchis introductionem subsequentibus atque in vocabulariis et indice ad finem cuiusque voluminis collocatis.

12

Lacunae in textibus obviae (fragmenta, quae omissa sunt vel legi non possunt, loci lacerati) supplentur — quatenus fieri potest — litteris vel verbis notis ordinariis litterarum scriptis et uncis quadratis circumdantur (cf. art. 7f). Signa, quae annotationes textui adiectas indicant, intra hos uncos collocantur.

13

Errores manifesti in epistulis per notas arcanas scribendis commissi et lapsus ad orthographiam pertinentes, qui in textibus apertis occurrunt, plerumque, praecipue autem in copiis, tolluntur (nominibus propriis personarum et locorum exceptis, quae immutata redduntur). Corriguntur etiam plerumque manifesti errores grammatici, qui textum corrumpunt (ex. gr. *alcune urgente cause* pro *alcune urgenti cause*, *dalli quale* pro *dalle quali*, *imitamini et sequamini* pro *imitamini et sequimini*, *nasceva scandali* pro *nasceva scandalo*, *Neapolitanensi* pro *Neapolitano*, *quelle ragione* pro *quelle ragioni*, *sarà rumori grandi* pro *saranno rumori grandi*).

Vocabulorum formae vitiosae in textu correctae afferuntur — si necesse est — in annotationibus textui adiectis. Lapsus incorrecti — imprimis in autographis et originalibus — si in singulis vocabulis occurrunt, confirmantur signo *[s]* notis inclinatis scripto, errores autem in complexibus syntacticis aedificandis commissi — *[ss]*.

---

[342] Cf. M. Friedberg 88.

14

Quae in fundamento editionis correcta et suppleta sunt, plerumque textui publicato inseruntur, fragmenta autem magni momenti deleta et glossae — praecipue in originalibus, minutis vel conceptis, sed etiam, si ratio gravis cogit, in aliis testimoniis in textu edendo adhibitis — in annotationibus textui adiectis collocantur.

15

In tomo — numerus voluminum, quibus tomus constat, nullius est momenti — documenta in corpore operis editi collocata numeris continuis signantur et ordine chronologico servato disponuntur. In eis, quae singulis voluminibus addita sunt, alia documentorum numeratio adhibetur.

16

Textui uniuscuiusque documenti, quod separatam monadem editoriam efficit, praemittitur praescriptio, quae continet numerum currentem, titulum vel nomen auctoris epistulae et destinatarii, locum et diem, quibus documentum confectum est, et — plerumque — eius regestum; praemittuntur etiam explanationes, quae ad traditionem manuscriptam et priores editiones fontis pertinent.

17

Si in fundamento editionis de auctore, destinatario, loco vel die, quibus documentum conscriptum est, nihil legi potest, eae res in praescriptione collocantur uncis quadratis omissis, si ex alio quodam exemplo traditionis in textu edendo adhibito haustae sunt. Quae in fonte iudicando inventa sunt vel quae ex eius fontis testimoniis indirectis et dependentibus sunt cognita (cf. art. 6), uncis quadratis circumdantur et, si necesse est, in nota textui documenti publicati praemissa ab editore argumentis confirmantur.

Si de auctore vel destinatario silent singula documenta, quae unus codex (registrum, copiarium) continet, sed ea, quae quaerimus, asservata sunt alio eiusdem manuscripti loco (charta, in qua titulus scriptus est, dorsum codicis etc.), ea, quae desunt, in praescriptionibus non signantur et non tractantur in explanationibus ad traditionem manuscriptam fontium pertinentibus.

Si de auctore vel destinatario nihil legi potest in singulis documentis, nihil alio loco codicis, qui ea documenta continet, sed manuscriptum illud in introductione operis editi satis descriptum est, id, ex quo ea, quae desunt (in explanationibus ad traditionem fontium attinentibus indicata), supplentur, in editoris notis ad singulas monades editorias pertinentibus supervacanee non exponitur.

In explanationibus ad traditionem manuscriptam documentorum attinentibus de erroribus et lacunis in testimoniis indirectis non admonetur, omittuntur etiam plerumque annotationes et observationes in eis obviae. Quod pertinet ad documenta, quae in registra e minutis asservatis relata sunt, non praetereuntur tamen notae, quae in ipsis minutis desunt.

18

Annotationes textui adiunctae uno tractu iuxta textum documenti publicati collocantur. Parvae alphabeti litterae ad eas annotationes animos legentium advertunt. Si in documento quodam numerus annotationum textui adiunctarum numerum litterarum alphabeti superat, reliquae annotationes secundum hoc schema signantur: $^{aa, ab, ac}$. Si annotatio ad duo vel plura vocabula pertinet, eadem littera primum et ultimum vocabulum fragmenti textus signatur. Quod si fit, littera primo vocabulo praemissa a parte dextra lineam accipit, littera autem ultimum vocabulum sequens a parte laeva (ex. gr. $^{p-}$*in sì lungo viaggio*$^{-p}$).

19

Annotationes numeris Arabicis signatae in singulis monadibus editoriis separatam numerationem habent et per ordinem collocantur in pagina ima sub fragmentis textus, ad quae pertinent.

De personis et locis parum notis fusius exponitur tum, cum primum in textu prodeunt. Quod ad personas attinet, res maximi momenti de vita eorum traduntur, etiam dies, quibus natae mortuaeque sunt (scilicet si contigit nobis, ut has dies cognosceremus), et magistratus maiores, quos gesserunt. Quod pertinet ad personas, quae e Polonia vel Lithuania originem duxerunt, plura legi possunt de eis, quae in *Lexico Biographico Polono*[343] non inveniuntur.

Si in textu nominatur persona, de qua nihil scimus, annotatione supersedetur. Idem fit, si res nobis est cum locis ignotis et documentis irrepertis, quorum mentio in fontibus publicatis facta est.

Cum nomen personae vel loci ea forma traditur, ut non liqueat, qua de persona quove de loco agatur, identificatio fit tum, cum primum occurrunt in textu cuiusque documenti, in quo commemorantur. Quod pertinet ad personas, quarum tantum titulus vel magistratus, quibus sunt ornatae, traditi sunt, eadem ratio adhibita est, sed plerumque omittimus tractare in annotationibus personas, quae saepius occurrunt et facile identificari possunt (Clemens papa VIII, eius nepotes Cinthius et Petrus Aldobrandini, qui, postquam a. 1593 cardinales sunt facti, semper *cardinale di San Giorgio* et *cardinale Aldobrandino* vocantur, legati et nuntii apostolici in art. 1 enumerati, Sigismundus III Vasa rex, Rudolphus II de Habsburg imperator et Ioannes Zamoyski cancellarius, qui in fontibus Italicis *cancelliere* plerumque nominatur).

Ad locos parallelos in aliis documentis in hoc opere publicatis occurrentes animi legentium advertuntur tum, cum tantum in forma regestorum significantur textus idem fere atque textus, qui prius in extenso editi sint (cf. art. 10), sed etiam tum, cum procul dubio alluditur ad ea, quae in prioribus documentis scripta sunt quaeque silentio praeterita impediunt, quominus quaestiones tractatae illustrentur ac intelligantur.

---

[343] *Polski Słownik Biograficzny*, Kraków 1935 sqq.

Fontes eorum, quae in annotationibus scribuntur — explanationibus ad personas regnantes pertinentibus exceptis (hic libri, qui auxilio fuerunt, plerumque non laudantur) — in iisdem annotationibus citantur.

20

Quae de legatorum et nuntiorum apostolicorum in art. 1 enumeratorum vita annotantur, in huius voluminis introductione collocantur, in quo publicatur prima pars documentorum (vel plenum corpus fontium) ad munera ab iis expleta pertinentium. Manuscripta, quae adhibita sunt, describuntur, etiam in introductione, in omnibus voluminibus. Post introductionem sequuntur indices abbreviationum, formularum urbanarum in epistulis occurrentium, fontium publicatorum, editionum fontium et librorum, qui adhibiti sunt, necnon elenchus chronologicus epistularum et documentorum publicatorum. Ad finem voluminis collocatur (praeter vocabularia, de quibus in art. 7 et 8 mentio est facta) index nominum personarum, locorum et institutorum.

21

Secundum regulas in tota serie, quae *Acta Nuntiaturae Polonae* vocatur, observatas in tomo XV et XVI elaborando lingua Latina adhibetur.

Lescus Jarmiński

ABBREVIATIONES GENERALES

a. — annus
add. — additamentum
aepus — archiepiscopus
ann. — annotatio
art. — articulus
aut. — autographum
c. — cifra (documentum notis arcanis exaratum)
ca — circa
cap. — caput
card. — cardinalis
cf. — confer
col. — columna
conc. — conceptum
cop. — copia
dec. — documentum decifratum
ed. — edidit
epus — episcopus
etc. — et cetera
exc. — excerptum
ex. gr. — exempli gratia
f. — folium
fasc. — fasciculus
ff. — folia
ib. — ibidem
i.e. — id est
in. — ineunte
i.u.d. — iuris utriusque doctor
l.c. — loco citato
m. — mensis
M.D.L. — Magnus Ducatus Lithuaniae
min. — minuta
ms. — manuscriptum
N. — numerus documenti in hac editione
n. — numerus documenti vel voluminis in aliquo archivo vel editione
N.N. — nomen nescio (persona ignota)
n° — numero
nom. — nominatus
ob. — obiit
or. — originale
p. — pagina
prob. — probabiliter
prov. — provisus
Ps. — postscriptum
reg. — registrum, documentum in registrum transcriptum
s.d. — sine dato
s.d.d. — sine dato diei
s.d.m. — sine dato mensis
ser. — series
s.f. — sine foliatione
s.l. — sine loco
s.l.d. — sine loco datoque
sq. — sequens
sqq. — sequentes
summ. — summarium
t. — tomus
tab. — tabula
tav. — tavola
tit. — titulus
v — verso
vol. — volumen

ABBREVIATIONES APPELLATIONUM ET TITULORUM

A. — Altezza
AA. — Altezze
Amp^{do} T. — Amplitudo Tua
A.S. — Altezza Sua
A.V. — Altezza Vostra
B^{ne} S. — Beatitudine Sua
B^{ne} V. — Beatitudine Vostra
B.P. — Beatissimo Padre
Caes.M^{tas} — Caesarea Maiestas
Cel^{lo} S.Ser^{ma} — Celsitudo Sua Serenissima
Cel^{lo} V. — Celsitudo Vestra
Cel^{lo} V.Ser^{ma} — Celsitudo Vestra Serenissima
Clar^{mi}, Clar^{mo}, Clar^{mus} — Clarissimi, -mo, -mus
col^{mo} — colendissimo
d^{na}, d^{nus} — domina, dominus
D^{nus} N. — Dominus Noster
D^{tio} S.Illma — Dominatio Sua Illustrissima
D^{tio} V. — Dominatio Vestra
D^{tio} V.Illma — Dominatio Vestra Illustrissima
D^{tio} V.R^{ma} — Dominatio Vestra Reverendissima
Ecc^{ma}, Ecc^{mus} — Eccellentissima, -mus
Fr^{tas} T. — Fraternitas Tua
Ich M. — Ich Mość (Moście)
Illma, Ill^{me}, Ill^{mi}, Illmo, Ill^{mus} — Illustrissima, -me, -mi, -mo, -mus
Illma D^{tio} S. — Illustrissima Dominatio Sua
Illma D^{tio} V. — Illustrissima Dominatio Vestra
Ill^{re}, Ill^{ris} — Illustre, -ris
Jej M. — Jej Mość
J.M. — Jego Mość
K.Jej M. — Królowa Jej Mość
K.J.M. — Król Jego Mość
m. — messer, -e
MM^{tà} — Maestà (plur.)
mons. — monsignor, -e
M^{tà} — Maestà
M^{tà} Ces. — Maestà Cesarea
M^{tà} R. — Maestà Regia
M^{tas} — Maiestas
M^{tà} S. — Maestà Sua
M^{tas} Caes. — Maiestas Caesarea
M^{tas} S. — Maiestas Sua
M^{tas} S.R. — Maiestas Sua Regia
M^{tas} S.Ser^{ma} — Maiestas Sua Serenissima
M^{tas} T. — Maiestas Tua
M^{tas} V.Ser^{ma} — Maiestas Vestra Serenissima
M^{tà} V. — Maestà Vostra
N.S. — Nostro Signore
N^{tas} T. — Nobilitas Tua
oss^{mo} — osservantissimo
R^{do}, R^{dus} — Reverendo, -dus
R^{ma}, R^{me}, R^{mi}, R^{mo} — Reverendissima, -me, -mi, -mo
R^{ma} D^{tio} V. — Reverendissima Dominatio Vestra
R.M^{tas} — Regia Maiestas
R.M^{tas} V. — Regia Maiestas Vestra
R.S.M^{tas} — Regia Sua Maiestas
S. — San, Sancta, -us, Santa, -o
S.A. — Sua Altezza
S.B^{ne} — Sua Beatitudine
S.Caes.M^{tas} — Sua (Sacra) Caesarea Maiestas
S.Cel^{lo} — Sua Celsitudo
S.D.M^{tà} — Sua Divina Maestà
S.D^{nus} N. — Sanctissimus Dominus Noster
S.E. — Sua Eccelenza
Ser^{ma}, Ser^{mi}, Ser^{mo}, Ser^{mus} — Serenissima, -mi, -mo, -mus
Ser^{ma} Cel^{lo} V. — Serenissima Celsitudo Vestra
Ser^{ma} M^{tas} — Serenissima Maiestas
Ser^{ma} M^{tas} V. — Serenissima Maiestas Vestra
Ser^{ma} R.M^{tas} — Serenissima Regia Maiestas
Ser^{tà} S. — Serenità Sua
S. et B.P. — Sanctissime et Beatissime Pater, Santissimo et Beatissimo Padre
sig. — signor, -e
S.M^{tà} — Sua Maestà
S.M^{tà} Ces. — Sua Maestà Cesarea
S.M^{tà} R. — Sua Maestà Regia
S.M^{tas} R. — Sua Maiestas Regia
S^{mus} — Sanctissimus
S.N. — Signor Nostro
S.P. — Santissimo Padre
S.R.E. — Sancta Romana Ecclesia
S.R.M^{tas} — Sua (Sacra) Regia Maiestas
SS. — Sanctae, -i, Sante, -i
S.S. — Sua Signoria
S.Ser^{tà} — Sua Serenità
S.S.Illma — Sua Signoria Illustrissima
S.S.R^{ma}— Sua Signoria Reverendissima
S.S^{tà} — Sua Santità
S.S^{tas} — Sua Sanctitas
S^{tà} — Santità
S^{tà} S. — Santità Sua

S^{tas} S. — Sanctitas Sua
S^{tà} V. — Santità Vostra
S.V.Illma — Signoria Vostra Illustrissima
T.M^{tas} — Tua Maiestas
V.A. — Vostra Altezza
V.B^{ne} — Vostra Beatitudine
V.M^{tà} — Vostra Maestà
V.S. — Vostra Signoria
V.S.Illma — Vostra Signoria Illustrissima
V.S.R^{ma} — Vostra Signoria Reverendissima
V.S^{tà} — Vostra Santità
W.Ks.M. — Wasza Książęca Mość

FORMULAE INITIALES ET FINALES UNA CUM SUBSCRIPTIONIBUS in epistulis, quae in hoc volumine publicantur, apparentes

1. Formulae salutationis

Admodum Ill^ris et R^me D^ne: N. 113.
B.P.: N. 15, 17, 18, 19, 22, 24, 25, 28, 30, 31, 34, 35, 42, 50, 125, 139.
Ill^me et R^me D^ne: N. 91, 154.
Ill^me et R^me D^ne D^ne col^me: N. 228.
Ill^me et R^me D^ne D^ne Maior observantissime: N. 157.
Illmo et R^mo: N. 33, 74, 234.
Illmo et R^mo Sig.: N. 23, 32, 43.
Illmo et R^mo Sig. mio oss^mo: N. 110, 138.
Illmo et R^mo Sig. mio Patrone col^mo: N. 79, 81, 88, 95, 106, 118, 146, 175, 200, 201, 236, 243, 247.
Illmo et R^mo Sig. Patrone col^mo: N. 11, 20, 100.
Illmo et R^mo Sig. Patrone mio col^mo: N. 103, 111, 112, 199, 206, 214, 230, 244, 251.
Illmo Patrone col^mo: N. 141.
Illmo Sig.: N. 78.
Ill^ris etc.: N. 76, 195, A. 4.
Jaśnie Oświecony a mój Miłościwy Panie i Bracie: N. 36.
Molto Ill^re et molto R^do Sig. come fratello[1]: N. 181, 186.
Molto Ill^re et R^mo Mons. come fratello: N. 198.
Molto Ill^re et R^mo Mons. come fratello honorando: N. 193, 207, 227.
Molto Ill^re et R^mo Sig. mio oss^mo [2]: N. 71, 77, 80, 90, 97, 102, 108, 122, 129, 130, 134, 142, 147, 155, 156, 164, 171, 176, 180, 184, 196, 209, 217, 233, 249.
R^mo Padre nel Signore oss^mo: N. 203.
Ser^mo Sig. mio col^mo: N. 5.
S. et B.P.: N. 127, 137, 143, 159, 167, 235, A. 2.
S.P.: N. 87, 94.

2. Verba officiosa subscriptiones praecedentia

- claudunt fragmenta, at ** indicant integras formulas manu propria auctorum litterarum scriptas

*Di V.A. *-devotissimo servitor-*: N. 5.
*Di V.B^ne *-humilissimo et devotissimo servitore-*: N. 127.
*Di V.B^ne *-humilissimo et obedientissimo servo-*: N. 18.
Di V.S.Illma e R^ma humilissimo servitor: N. 11**, 20**.
*Di V.S.Illma et R^ma *-affettionatissimo servitore-*: N. 23, 32, 43.
Di V.S.Illma et R^ma devotissimo et humilissimo servitore: N. 146**.
*Di V.S.Illma et R^ma *-devotissimo et obligatissimo servitore-*: N. 81, 88, 100, 103, 112, 118.

---

[1] N. 186: *Molto Ill^re etc.*

[2] N. 176, 184: solum reg. 2, omissum reg. 1; N. 142, 147, 164, 171, 180, 196, 217: *Molto Ill^re et R^mo Sig. etc.* reg. 2, omissum reg. 1; N. 122, 130, 134, 155, 156, 209, 233, 249: *Molto Ill^re et R^mo etc.* reg. 2, omissum reg. 1; N. 71, 108: *Molto Ill^re etc.* reg. 2, omissum reg. 1.

Di V.S.Illma *et R*^{ma} **-humilissimo et devotissimo servitore-**: N. 79, 175, 199, 200, 201, 206, 214, 230, 236**, 243, 244, 247**, 251.
Di V.S.Illma *et R*^{ma} **-obligatissimo et devotissimo servitore-**: N. 95, 106, 111.
Di V.S. molt'Ill^{re} *et R*^{ma} *servitore affettionatissimo*: N. 138**.
Di V.S. molto Ill^{re} *et R*^{ma} *affettionatissimo come fratello per servirla sempre*: N. 227**.
Di V.S. molto Ill^{re} *et R*^{ma} *affettionatissimo per servirla sempre*: N. 193**, 198**, 207**.
Di V.S. molto Ill^{re} *et R*^{ma} *servitore affettionatissimo*: N. 80**, 97**.
Di V.S.R^{ma} **-servitore devotissimo nel Signore-**: N. 203.
Di V.S^{tà} **-humilissimo et devotissimo servitore-**: N. 125, 137, 143, 159, 167, 235, A. 2**.
Di V.S^{tà} **-humilissimo et obedientissimo servo-**: N. 15, 17, 19, 22, 24, 25, 28, 30, 31, 34, 35, 42, 50, 139**.
Ill^{mae} *et R*^{mae} *D*^{onus} *V. amicus coniunctissimus et observantissimus*: N. 154.
Ill^{mae} *et R*^{mae} *D*^{onus} *V. deditissimus frater et servitor*: N. 91**.
Ill^{mae} *et R*^{mae} *D*^{onis} *V. humillimus servus*: N. 228**.
Ill^{mae} *et R*^{mae} *D*^{onis} *V. servitor et episcopus obsequentissimus*: N. 157**.
W.Ks.M. najniższy brat i sługa: N. 36**.

3. Subscriptiones

Albricht Radziwił: N. 36.
Gasparo Biglia: N. 11, 20.
Ger[mani]co vescovo di San Severo, Ger[mani]co vescovo di S. Severo: N. 79, 80, 81, 88, 95, 97, 100, 103, 106, 111, 112, 118, 125, 127, 137, 138, 143, 146, 159, 167, 175, 199, 200, 201, 203, 206, 214, 230, 235, 236, 243, 244, 247, 251, A. 2.
[a-]*Guilhelmus Dei gratia comes palatinus Rheni, utriusque Bavariae dux etc.*[-a] *Guilhelmus*: N. 113.
Il cardinale Radzivil: N. 5, 15, 17, 18, 19, 22, 23, 24, 25, 28, 30, 31, 32, 34, 35, 42, 43, 50, 139, 193, 198, 207, 227.
Laure[n]tius Goslyczky, episcopus Premisliensis: N. 157.
M[inuccio] Minucci, segretario di N.S.: N. 123.
Stanislaus archiepiscopus Gnesnensis manu propria subscripsit: N. 91.
[b-]*Stanislaus Pawlowski, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Olomucensis, princeps regalis capellae, Bohemiae comes, S.Caes.M*^{tis} *consiliarius atque ad Ser*^{mum} *Poloniae regem et inclitos eiusdem regni ordines orator*[-b]: N. 154.
Stanislaus Suchorzewskj: N. 228.

[a-a] manu cancellarii [b-b] manu descriptoris

INDEX FONTIUM
qui in hoc volumine publicantur

Qui memorantur solum, in parenthesi adducuntur

AAG — Archiwum Archidiecezjalne w Gnieźnie
Listy
n. (1247, 1248)
A. Caetani — Archivio Caetani (Roma)
F. Gen. — Fondo Generale
17 VIII 1596 n. (130789).
Misc. — Miscellanea
57/903 f. (65, 67v, 95v, 101v, 110, 114v–115v, 124–126v, 143v).
1005/62 p. 629–696.
ADLP — Archivio Doria-Landi-Pamphili (Roma)
F. Aldobr. — Fondo Aldobrandini
3 f. (92, 118v–119v, 200, 261v–262, 273v–274v, 283, 292, 295v–296, 300v–301, 302–303v, 311–311v), 337, (352v, 355–355v).
4 f. (47, 400).
5 f. (155–155v).
27 f. 274–274v.
ADWł — Archiwum Diecezjalne we Włocławku
ABKP — Archiwum Biskupów Kujawsko-Pomorskich
Ac. ep. — Acta episcoporum
9 (28) f. (121v–123), 126v–127, 448–449, (449v–450).
11 (30) f. 320v–321v.
AGAD — Archiwum Główne Akt Dawnych (Warszawa)
AR — Archiwum Radziwiłłów
sectio IV
theca 18 involucrum 212 n. 23 p. (80).
sectio V
826 p. (13), 103–107, 119, (129, 131).
1833 p. (17–18).
(13620).
18497.
(18499).
AZ — Archiwum Zamoyskich
681 n. (21).
3030/2 p. (23).
Dok. Perg. — Zbiór Dokumentów Pergaminowych
(5432, 7967, 7984–7988, 7990–8003), 8004, 8006, (8007, 8008).
MK — Metryka Koronna
138 f. (176v).
VAzBN — Varia Archiwalne z Biblioteki Narodowej
2 p. (164).
AKKK — Archiwum Krakowskiej Kapituły Katedralnej
LA — Libri Archivi
7 f. (181–182).
APG — Archiwum Państwowe w Gdańsku
300, 29 — Recesy Stanów Prus Królewskich
56 f. (79–79v).

58 f. (18v-19, 35).
62 f. (101v, 159v).

APWr — Archiwum Państwowe we Wrocławiu
ABWr — Archiwum Biskupstwa Wrocławskiego
71 p. (46).

ARSI — Archivum Romanum Societatis Iesu
Epp. Ext. — Epistolae Externorum
15 f. 150-150v, 151v.
Epp. NN. — Epistolae Nostrorum
2 f. 18-18v, 20v-21, 23.
F. Ges. — Fondo Gesuitico
1537/9 n. 4.
Hist. Soc. — Historia Societatis
43 f. (4).
Germ. — Epistolae Germaniae
170 f. (204v).
171 f. (138).
Opp. NN. — Opera Nostrorum
339 f. 158v.

ASCC — Archivio della S. Congregazione per il Clero (Roma)
LD — Libri Decretorum
7 f. (58), 77.
LL — Libri Litterarum
8 f. 81-81v, 119, 128-128v.

AS Firenze — Archivio di Stato di Firenze
AMP — Archivio Mediceo del Principato
66 f. (370-371), 371v.
280 f. (122v, 169v-170).
282 f. (126).
832 f. (101), 104.
836 f. (493).
3303 f. (459).
3768 s.f.
4292 f. (90, 100v).
CS — Carte Strozziane
serie I
91 n. (148).
202 f. (194, 195).
305 f. (65v).

AS Lucca — Archivio di Stato di Lucca
AB — Archivio Buonvisi
parte II
62 n. 12.

AS Mantova — Archivio di Stato di Mantova
AG — Archivio Gonzaga
548 n. (9, 94, 97).
557 fasc. 12 n. (120).
558 fasc. 26 n. (137).

AS Modena — Archivio di Stato di Modena
ASE — Archivio Segreto Estense
C. SE — Cancelleria. Sezione Estero
CPE — Carteggi con Principi Esteri
Roma. Cardinali — Roma. Lettere di Cardinali
1409/155, litterae card. Georgii Radziwiłł sub dato: (1 VI 1591, 8 VII 1591, 11 VIII 1591).
CA — Carteggio Ambasciatori

Polonia
3 fasc. 31 p. (2-3).

AS Torino — Archivio di Stato di Torino

Racc. Mong. — Raccolta Mongardino
103 f. 7, 9-48.
116 f. 153, 154-157v.
121 f. 1, 2-101v, (102-106), 106v-109, (109v-127v), 128-131v, (132-141), 141v-150, (150v-159v), 160-177, (177v-181v), 182-184, (184v-186v), 187-294v, (295-300v).
138 f. 1, (2-315v).
139 f. 1, (2-292v).

ASV — Archivum Secretum Vaticanum

Arch. Arcis — Archivum Arcis
Arm. I-XVIII — Armaria I-XVIII
(6715).

Arch. Consist. — Archivum Consistoriale
Acta Misc. — Acta Miscellanea
51 f. (3, 8, 286-287).
Acta Vicecanc. — Acta Vicecancellarii
13 f. 1, 30, (31, 36-37v), 40v.
Proc. Consist. — Processus Consistoriales
10 f. (356, 358v-359, 476v, 478).
11 f. (37v, 39, 66-66v, 84v, 492v).

Arm. — Armaria
XXXVIII
2 f. (9-9v), 41-41v.
XLIV
34 f. (32-40v).
35 f. (176-177, 189v-190v, 337-340v, 347-351).
36 f. 152, (153-154), 155v, 232-232v, (233-235), 235v-236v, (241-241v, 247-247v), 273-273v, 275, (275v), 276, (293, 323-323v).
37 f. 12, (42-42v), 46, 47v, (70, 92), 142-142v, (143), 143v, 158, (158v), 161v, 178-178v, (179-182), 182v, (183), 183v, (212-212v, 260-261v, 320-320v).
38 f. (25, 41-41v, 92-92v, 94-94v, 129), 157.
56 f. (30v).
XLV
43 f. 76-76v.

Epist. ad Princ. — Epistulae ad Principes
25 f. 119v-120v, (120v-122v), 136-137v, (138-142), 142v-143, (144-145v), 153-153v, (154), 154v-155, (159v, 166-166v).

F. Borgh. — Fondo Borghese
serie I
913 f. 478-478v
serie II
8 f. (15v).
475 f. 9, 11, (27), 84.
492 f. (15-15v), 64-64v.
serie III
(10 D).
18 f. 3-5, 6-6v, 7v-13v, 29-47, (71v, 262-268v, 272, 279v, 385 402v-403, 419-419v).
19 AG f. 65.
28 f. (41v-42, 48, 100v-101, 127v, 142), 145v, (146v, 151, 165-165v).
33 f. (12v, 33v).
52 AB f. 1-18v, (19-33v), 34-34v, (35-39v), 40-40v, (41-45v), 46-47, (47v-59v), 60-61v, (62), 62v, (63-64v), 65-112, (112v-218v).
66 B f. 111, 114v, (131, 134v).

66 CD f. 5-7v, 10-11v, 12v, 227v-228, (233, 266, 278), 329v, (419, 435-436v).
67 A f. (150-152v), 153-153v, 154v, (155, 156, 158v).
67 C f. (145v, 183v-184).
88 C f. 5-5v, 14v, (23, 30v).
89 B f. (39), 64, (75v, 78-78v, 83, 223).
89 C f. 86v, (152-152v).
89 D f. (90, 119).
90 C f. (38, 143-143v, 144v).
91 AB f. (46).
91 D f. (162v, 171v, 176, 177v, 181-181v), 182, (184v, 189v, 209, 210v, 237-238, 239v-240v, 254v-255, 263-264).
93 C f. (116).
96 AB[1] f. (7, 8v).
96 D f. 3-42v, (43-44v), 45v, 46v, (48-55v), 56-101v, (102-112v), 116-137, (138-141v), 142-251v, (256-257v).
96 E f. (75, 77, 84-84v, 85v, 95v), 97, (98-99).
105 DE f. (143).
107 AD f. (189).
109 D f. (11, 87, 97, 139, 146, 242v).
109 E f. (110v-111, 133, 138, 261).
112 EF f. (14-17, 38, 61-62).
120 fasc. A f. (4, 4[bis]), 13-13v, 15-19v, (20), 22-23v, 26v, 28v, 34-35v, (37, 38, 41v), 44v, 52-71v, (72-72v), 74-90v.
124 B f. (11-11v, 12v).
129.3 f. (1-184).
129 D f. (160-223).

serie IV

145 A f. (125, 159v).
224 f. (7-8, 20-21v).
234 B f. 25, 28v.
281 A f. (191).

F. Pio — Fondo Pio

15 f. 8-38v.
133 f. 2, 84-134v, (135-137), 137v-139, (139v-149), 149v-151v, (152-156v), 157-161v, (162-167), 167v-176v, (177-178), 178v-180, (180v-181), 181v-239v, (240-243v).

Instr. Misc. — Instrumenta Miscellanea

(4061).

Misc. Arm. — Miscellanea Armariorum

XI 74 f. (17-33).
XII 118 A f. (47, 58, 61).

Reg. Vat. — Registra Vaticana

2019 f. (542v).

Sec. Brev. — Segreteria dei Brevi

167 f. (267-276).
182 f. (64-64v).
184 f. 211, 464.
189 f. (111).
190 f. (110), 392-392v.
192 f. 326-334, 335v.
193 f. (202-210v).
198 f. 123-124, 125v.
203 f. (10-10v).
206 f. (66-77).
208 f. (173-175v, 176v).
209 f. (183-184, 185-185v).
211 f. (134-134v, 139v).

212 f. (144).
215 f. (80-80v, 83v, 88-88v, 89v, 90v, 91v, 165-166, 167v, 230-231, 232v-233).
233 f. (183-183v).
279 f. (205-208v).
354 f. (169-170).
362 f. (157v-161v).
364 f. (99-104).
365 f. 299-309.
367 f. (77-78v, 105-119v, 277-277'v).
368 f. (482-484v).
376 f. (102-103v).
377 f. (198-200v).
383 f. (301-303, 304, 311v).

SS — Segreteria di Stato
Cardinali — Lettere di Cardinali
1 f. 92v, (94-94v).
3 f. 52.
Nunz. Div. — Nunziature Diverse
246 n. (38).
286 f. (194-204v).
Particolari — Lettere di Particolari
4 f. (135), 293.
Pol. — Polonia
31 f. (43-44v).
35 f. 4-66, (66v-69), 69v-71, (71v-82v), 83-85, (85v-91), 91v-96, (96v-102v), 103-114, (114v-116v), 117-118, (118v-119v), 120-181v, (182-345, 351-520v), 524v.
361 f. (1-101).
Vescovi — Lettere di Vescovi
2 f. (13-13v).

B. Ambr. — Biblioteca Ambrosiana (Milano)
G. 260 inf. f. 29v-30.
G. 261 inf. f. (95).
H. 155 inf. f. (30-66v).
D. 119 suss. f. 19-20v, 204-204v, 639, (661-662v), 776-776v.
D. 124 suss. f. 1, (5-292), 292v-293, (296, 311-311v), 312-312v, (323v, 326v, 328), 330.
D. 125 suss. f. (325, 568'v).

BAV — Bibliotheca Apostolica Vaticana
Barb. Lat. — Barberiniani Latini
2412 f. 74v-86, 88v-89v, 101-105v.
2448 f. 69v-77v.
2815 f. 239-266v.
5361 f. (70-72v).
5781 f. (109-117).
5783 f. 1-36, (36v-48v), 49-51, (51v-53v), 56v-61, (62-62v), 66v-76, (76v-78), 78v-79v, (80-80v), 81-124.
5804 f. (95v).
5814 f. (20v-21, 33v).
5861 f. (94v-95).
5862 f. (2, 3).
Chigi — Chigiani Latini
L II 35 f. 15-63v.
M I 11 f. (107-107v), 109v.
M II 56 f. 35, 38v, 51, 52-53v, 85-85v, 88v.
M III 60 f. 78-83, (83v-87v).
M III 64 f. 5-9v, (10-10v, 11v), 12v-15, 17-151v, (152-155v), 156v, 157v, (158-800v).

Ottob. Lat. — Ottoboniani Latini
2415 f. 350-351.
2419 f. 1, 46v-47, (47v-48), 48v-49, 72, 75-76, 77v-78, 86-86v, 87v, (90), 90v-92, (92v), 93v, (94-94v, 181-187), 212-213v, 595-596v.
2421 f. 41-43v, 45-46v.
2427 f. (296-297v).
3252 f. (568-585v).
Ruoli
109 f. (3, 6).
110 f. (3v-4, 12v).
111 f. (3v-4, 12).
112 f. (4).
Urb. Lat. — Urbinates Latini
837 f. I, (479-512), 512v-522, (536v).
1059/2 f. (352v, 371), 374v, 382, (387v, 392), 397, (400, 407), 412, (412v, 414, 417, 421v, 428, 431, 433v, 436, 438v, 448v, 453v-454, 477v).
1060 f. (79v, 83, 88v, 94), 94v, (98v-99, 103v, 108, 109, 113v, 134v-135, 136, 139-139v, 159, 161v), 164v, (167v), 171, (176-176v, 181v), 191v, 197, (198v, 201), 205v, (210-210v, 220v, 223v, 231v-232), 251v, (269), 270, (283, 287), 304v, (337v, 342, 347v, 352v), 356, (373v), 379v-380, (384-384v, 395, 419, 443), 444v, (458, 476v), 500, (517v, 522, 526, 529v, 538v, 545, 553, 587v, 596v-597), 604v-605, (637, 658v, 715v-716, 727v), 745.
Vat. Lat. — Vaticani Latini
9244 f. 299-336.
12294 f. (203-203v), 204, 205-228v.
12317 f. (83-83v), 86-86v, 99v-100, (105-106v), 115-115v, 155, (157v, 170v), 305, (305v-310), (319-320), 320v-321, (323, 324).
12428 f. 139-154.

B. Brera — Biblioteca Nazionale Braidense (Milano)
AD.XV.8 n. 11 f. (1-12).

B. Cz. — Biblioteka Czartoryskich (Kraków)
95 n. (31), 68, 88.
97 p. (609-615).
340 f. (216v-217, 226v).
2254 p. 34-37, 60-61.

BEU — Biblioteca Estense Universitaria (Modena)
α.P.8.16 (It. 719) f. (2-266), 266v.
α.T.5.10 (It. 767) f. (62-98v), 102, (103-240v).
α.T.5.11 (It. 768) f. 2-277v, (278-331v).

BJ — Biblioteka Jagiellońska (Kraków)
Przyb. 181/51 f. 12-14v, 28v-29v.

BL — British Library (London)
Add. 8453 f. 291-323v.

BO — Biblioteca Oliveriana (Pesaro)
503 f. 19-22v, 24v.

B. PAN Kr. — Biblioteka Polskiej Akademii Nauk w Krakowie
1884 p. 575-576, 590-601, (611, 630).
8378 (TR 37) f. 208v.
8389 (TR 48) f. 2-3, 23.
8408/I (TR 68) f. 1-9, 75, 78-80, 96-101, 103-106.
8410 (TR 70) f. 1-26, 31-32.
8411 (TR 71) f. 90-91.
8626 f. 576-576v, 588-596.

BR — Biblioteka Publiczna im. Edwarda Raczyńskiego (Poznań)
78 f. 112-112v, 113v.
79 f. (54-54v, 55v, 62, 63v).

91 f. (33v–34, 41–41v).

BUWr — Biblioteka Uniwersytecka we Wrocławiu

Akc. 1949/438 Steinwehr I f. 242–243v.

B. Vallic. — Biblioteca Vallicelliana (Roma)

(A 13[1])

I 66 p. 216–274.

L 18 f. II, 2, (2v–3v), 4–4v, (5), 5v–25, 26v, (52v), 62, 181–184v, 188, (226v).

N 16 f. 240–240v.

N 17 f. (30v).

N 33 f. (120–143), 222v, 227–228v.

N 34 f. III, 267–267v, 276v, 372–373v, 375–377, (437–438v).

N 35 f. II, (123–127, 235–270, 275–300v).

DHI — Deutsches Historisches Institut in Rom

1 f. 284v–286, 291v, 293–296v, 297v–301v, (307v–309), 312–333, (343v–344v, 379–379v).

6 f. (122–125v).

SRA — Svenska Riksarkivet (Stockholm)

Extr. IX — Extranea IX (Polen)

89 s.f. (25 XI 1595).

OPERA
in quibus fontes in hoc volumine editi iam ex parte publicati sunt

Chodyński — Stanisław Chodyński, *Wikaryusze katedry włocławskiej* [Vicarii ecclesiae cathedralis Vladislaviensis] *(Collegium Vicariorum)*, Włocławek 1912, p. 294–295.

Czaplewski — *Korespondencja Hieronima Rozrażewskiego* [Hieronymi Rozrażewski epistularum commercium], ed. Paweł Czaplewski, t. II, *2 VII 1582 - 1600*, Toruń 1939 (Towarzystwo Naukowe w Toruniu. Fontes, t. 31), p. 422, 453.

Hjärne — Harald Hjärne, *Sigismunds svenska resor. Bidrag ur polska och italienska källor* [Sigismundi itinera Suetica. Additamenta ex fontibus Polonicis et Italicis], Upsala 1884, add. III, p. 9–12.

Jaitner: Die Hauptinstruktionen — *Die Hauptinstruktionen Clemens' VIII. für die Nuntien und Legaten an den europäischen Fürstenhöfen 1592–1605*, bearb. von Klaus Jaitner, Bde. 1–2, Tübingen 1984, p. 19.

Isopescu — *Documenti inediti della fine del Cinquecento*, a cura di Claudio Isopescu, in: *Academia Română. Memorile Secţiunii Istorice*, ser. III, t. X, Bucureşti 1929, p. 13–15.

Karttunen — Liisi Karttunen, *Chiffres diplomatiques des nonces en Pologne vers la fin du XVIe siècle ... extraits des Archives Chigi*, Helsinki 1911 (Annales Academiae Scientiarum Fennicae, ser. B, t. 2), p. 5–10.

Lechniak — Ewa Lechniak, *Wokół legacji kardynała Jerzego Radziwiłła w 1592 roku (Z archiwaliów włoskich)* [De legatione cardinalis Georgii Radziwiłł a. 1592 obita (Ex tabulariis Italicis)], „Kronika Rzymska", 7, 1989, n. 77, p. 16–18 (passim).

Meysztowicz — *Caeremoniarii anonymi relatio de cardinalis Georgii Radziwiłł legatione ad Sigismundum III regem Poloniae (a. 1592)*, ed. Valerianus Meysztowicz, „Antemurale", 12, 1968, p. 43–75.

Pärnänen: Sigismond — J. A. Pärnänen, *Sigismond Vasa et la succession au trône de Suède 1592–1594 d'après la correspondance diplomatique du nonce apostolique Germanico Malaspina*, Genève 1912, p. 31–91 (brevissima fragmenta, passim).

Schweizer: Nuntiaturberichte — *Nuntiaturberichte aus Deutschland nebst ergänzenden Aktenstücken*, Abt. II: *Die Nuntiatur am Kaiserhof*, Bd. 3: *Die Nuntien in Prag: Alfonso Visconte 1589–1591, Camillo Caetano 1591–1592*, bearb. von Josef Schweizer, Paderborn 1919 (Quellen und Forschungen aus dem Gebiete der Geschichte, hrsg. von der Görres-gesellschaft, Bd. 18), p. 541 ann. 1.

Schweizer: Römische Beiträge — Josef Schweizer, *Römische Beiträge zur Korrespondenz des Herzogs Wilhelm V. von Bayern aus den Jahren 1588–1592*, „Römische Quartalschrift", 24, 1910, p. 194.

Šmurlo — Evgenij Šmurlo, *Rossîja i Italîja. Sbornik istoričeskich materîalov i izsledovanîj kasajuščichsja snošenîj Rossîi s Italîej* [Russia et Italia. Collectio documentorum historicorum et studiorum mutuas relationes inter Russiam et Italiam intercedentes spectantium], t. II, fasc. 1, S. Peterburg 1908, p. 173.

Theiner: Vetera — *Vetera monumenta Poloniae et Lithuaniae gentiumque finitimarum historiam illustrantia*, ed. Augustinus Theiner, t. III: *a Sixto PP. V usque ad Innocentium PP. XII. 1585–1696*, Romae 1863, p. 209–210.

Veress: Documente — *Documente privitoare la istoria Ardealului, Moldovei şi Ţării Româneşti* [Documenta historiam Transilvaniae, Moldaviae et Valachiae illustrantia], ed. Andrei Veress, vol. III: *Acte şi scrisori (1585–1592)* [Epistulae et acta (1585–1592)], Bucureşti 1931, p. 311, 316–318, 321–324.

Veress: Erdélyországi — *Erdélyországi pápai követek jelentései VIII. Kelemen idejéből 1592–1600 (Relationes nuntiorum apostolicorum in Transylvaniam missorum 1592–1600)*, ed. Endre Veress, Budapest 1909 (Monumenta Vaticana historiam Regni Hungariae illustrantia, ser. II, t. 3), p. 6, 27–29, 31–34.

Welykyj: Litterae — *Litterae nuntiorum apostolicorum historiam Ucrainae illustrantes (1550–1850)*, collegit, paravit, adnotavit editionemque curavit Athanasius G. Welykyj, t. I: *1550–1593*, Romae 1959, p. 327–328.

STUDIA ET FONTES AUXILIARII
quibus in hoc volumine apparando usi sumus

Non afferuntur volumina, quae iam in: „Opera, in quibus fontes in hoc volumine editi iam ex parte publicati sunt" nominantur, ex quibus etiam alia documenta sunt adducta

AHP WS — *Atlas Historyczny Polski* [Atlas Historicus Polonus], ser.: *Mapy szczegółowe XVI wieku* [Tabulae geographicae exactae saeculi XVI], 2: *Województwo sandomierskie w drugiej połowie XVI wieku* [Palatinatus Sandomiriensis saeculi XVI parte posteriore], editionem curavit Władysław Pałucki, pars II, Warszawa 1993.

Albéri — *Le relazioni degli ambasciatori veneti al Senato durante il secolo decimosesto*, a cura di Eugenio Albéri, ser. I, vol. VI, Firenze 1862.

Albericius — *Venerabilis Caesaris Baronii, S.R.E. cardinalis bibliothecarii, epistolae et opuscula nunc primum ex archetypis in lucem eruta*, recensuit et adnotationibus illustravit Raymundus Albericius, t. 3, Romae 1770.

Aleksandrowicz — Marian Aleksandrowicz, *Seminarium duchowne w Gnieźnie w latach 1602–1718* [Seminarium ecclesiasticum Gnesnense annis 1602–1718], in: *Studia historyczne* [Studia historica], quae edenda curaverunt Mieczysław Żywczyński et Zygmunt Zieliński, t. I, Lublin 1968, p. 267–315.

Allodi — Giovanni Maria Allodi, *Serie cronologica dei vescovi di Parma con alcuni cenni sui principali avvenimenti civili*, vol. II, Parma 1856.

Ambró — Béla Ambró, *Malaspina pápai nuntius működése Erdélyben 1599* [De opera Malaspinae nuntii pontificii in Transilvania a. 1599], „Katholikus Szemle", 1, 1887, p. 253–290.

Annibali — Flaminio Maria Annibali, *Notizie storiche della casa Farnese*, parte I, Montefiascone 1817.

AS Siena. Guida — *Archivio di Stato di Siena. Guida-inventario dell'Archivio di Stato*, vol. 2, Roma 1951 (Ministero dell'Interno. Pubblicazioni degli Archivi di Stato, VI).

AS Venezia. Indice — *Archivio di Stato di Venezia. Dispacci degli ambasciatori al Senato. Indice*, Roma 1959 (Ministero dell'Interno. Pubblicazioni degli Archivi di Stato, XXXI).

Banaszak — Marian Banaszak, *Z dziejów dyplomacji watykańskiej. Poselstwa obediencyjne w latach 1534–1605* [Ex historia publicarum Sedis Apostolicae relationum. Legationes oboedientiae probandae causa annis 1534–1605 obitae], pars 1–3, Warszawa 1975.

Banaszkiewicz — Jacek Banaszkiewicz, *Czarna i biała legenda Bolesława Śmiałego* [Nigra et alba fabula Boleslai Audacis], „Kwartalnik Historyczny", 88, 1981, n. 2, p. 353–390.

Bandtkie — *Ius Polonicum codicibus veteribus manuscriptis et editionibus quibusque collatis*, ed. Ioannes Vincentius Bandtkie, Varsoviae 1831.

Bandura: Jan Zamoyski — Władysław Bandura, *Jan Zamoyski i Zygmunt Batory* [Ioannes Zamoyski et Sigismundus Báthory]. *„Secretum negotium" 1590–1593*, in: *Prace historyczne w 30-lecie działalności profesorskiej Stanisława Zakrzewskiego* [Studia historica Stanislao Zakrzewski 30 annos munera professoris explenti oblata], Lwów 1934, p. 381–395.

Bandura: Opis — Władysław Bandura, *Opis zbiorów rękopiśmiennych przechowywanych w Zakładzie Dokumentacji w Krakowie* [Descriptio manuscriptorum, quae in Instituto Documentationis Cracoviensi asservantur], fasc. 2/1: *Teki Rzymskie* [Thecae Romanae], Warszawa 1959.

Bantyš-Kamenskij — Nikolaj Nikolaevič Bantyš-Kamenskij, *Perepiska meždu Rossîeju i Pol'šeju po 1700 god sostavlennaja po diplomatičeskim bumagam upravljavšim moskovskim archivom kollegîi inostrannych del* [Epistularum commercium Russiae cum Polonia usque ad a. 1700 intercedens iuxta documenta diplomatica ex tabulario collegii a rerum exterarum relationibus Moscuensi dispositum], pars 2: *1584–1612*, Moskva 1862.

Barwiński: Diariusze 1591–1592 — *Dyaryusze i akta sejmowe r. 1591–1592* [Diaria et acta comitiorum annis 1591–1592], ed. Eugeniusz Barwiński, Kraków 1911 (Scriptores rerum Polonicarum, t. XXI).

Barwiński: Diariusze 1597 — *Diariusze sejmowe z r. 1597* [Diaria comitiorum a. 1597], ed. Eugeniusz Barwiński, Kraków 1907 (Scriptores rerum Polonicarum, t. XX).

Barycz: Historia — Henryk Barycz, *Historia Uniwersytetu Jagiellońskiego w epoce humanizmu* [De Universitatis Iagellonicae historia aetate renascentium litterarum], Kraków 1935.

Barycz: Kronika — *Kronika mieszczanina krakowskiego z lat 1575–1595* [Chronica incolae urbis Cracoviensis ex annis 1575–1595], ed. Henryk Barycz, Kraków 1930.

Barycz: Szlakami — Henryk Barycz, *Szlakami dziejopisarstwa staropolskiego. Studia nad historiografią w. XVI–XVIII* [De antiquorum rerum gestarum scriptorum Polonorum operibus. Studia ad historiographiam saec. XVI–XVIII pertinentia], Wrocław 1981.

Bazielich — Antoni Bazielich, *Kardynał Jerzy Radziwiłł (1556–1600). Wybrane zagadnienia* [Cardinalis Georgius Radziwiłł (1556–1600). Quaestiones selectae], in: *Studia historyczne* [Studia historica], edenda curaverunt Mieczysław Żywczyński et Zygmunt Zieliński, t. I, Lublin 1968, p. 163–265.

Bazylow — Ludwik Bazylow, *Siedmiogród a Polska 1576–1613* [Transilvania et Polonia annis 1576–1613], Warszawa 1967.

Bentivoglio — Guido Bentivoglio, *Memorie e lettre*, a cura di Costantino Panigada, Bari 1934.

Bernatowicz — Tadeusz Bernatowicz, *Miles christianus et peregrinus. Fundacje Mikołaja Radziwiłła „Sierotki" w ordynacji nieświeskiej* [Fundationes Nicolai Christophori Radziwiłł „Orbi" in ordinatione Nesvisiensi], Warszawa 1998.

Besala: Stanisław Żółkiewski — Jerzy Besala, *Stanisław Żółkiewski* [Stanislaus Żółkiewski], Warszawa 1988.

Besala: Stefan Batory — Jerzy Besala, *Stefan Batory* [Stephanus Báthory], Warszawa 1992.

Besta — Enrico Besta, *Il Senato veneziano (origine, costituzione, attribuzioni e riti)*, Venezia 1899 (Miscellanea di storia veneta edita per cura della R. Deputazione Veneta di Storia Patria, ser. II, t. V).

Bettoni — *Nunziature d'Italia. Secoli XVI–XVIII: Nunziature di Napoli*, vol. III: *(11 luglio 1587 - 21 settembre 1591)*, a cura di Margherita Bettoni, Roma 1970 (Fonti per la storia d'Italia pubblicate dall'Istituto Storico Italiano per l'Età Moderna e Contemporanea).

Bianchi — Nicomede Bianchi, *Le materie politiche relative all'estero degli archivi di stato piemontesi*, Bologna 1876.

Biaudet — Henry Biaudet, *Les nonciatures apostoliques permanentes jusqu'en 1648*, Helsinki 1910 (Annales Academiae Scientiarum Fennicae, ser. B, t. II/1).

Bielski — *Joachima Bielskiego dalszy ciąg Kroniki Polskiej, zawierającej dzieje od 1587 do 1598 r.* [Ioachimi Bielski Chronicae Polonae continuatio res annis 1587–1598 gestas continentis], ed. Franciszek Maksymilian Sobieszczański, Warszawa 1851.

Biliński, Karpiński, Opaliński — Wojciech Biliński, Andrzej Karpiński et Edward Opaliński, censura operis huius: *Annibale di Capua. Nunzio apostolico e arcivescovo di Napoli (1544 c. - 1595). Materiali per una biografia*, a cura di Jan Władysław Woś, Roma 1984, „Odrodzenie i Reformacja w Polsce", 30, 1985, p. 262–267.

Boniecki — Adam Boniecki, *Herbarz polski* [Liber insignium Polonorum], t. X–XI, Warszawa 1907.

Boras, Trzeciakowski — Zygmunt Boras, Lech Trzeciakowski, *W dawnym Poznaniu. Fakty i wydarzenia z dziejów miasta do roku 1918* [In vetere urbe Posnania. Res, quae in urbe illa usque ad a. 1918 gestae sunt], Poznań 1971.

Boratyński: Caligari — Ludwik Boratyński, *J. A. Caligari, nuncyusz apostolski w Polsce (1578–1581)* [I. A. Caligari, nuntius apostolicus in Polonia (1578–1581)], in: *Rozprawy Wydziału Historyczno-Filozoficznego Akademii Umiejętności* [Dissertationes Classis Historico-Philosophicae Academiae Stientiarum et Litterarum], t. 59, Kraków 1916, p. 1–52.

Boratyński: Caligari MPV — *Ioannis Andreae Caligarii, nuntii apostolici in Polonia, epistolae et acta 1578–1581*, ed. Ludovicus Boratyński, Cracoviae 1915 (Monumenta Poloniae Vaticana, t. IV).

Branchi — Eugenio Branchi, *Storia della Lunigiana feudale*, vol. 2, Pistoia 1897.

Braudel — Fernand Braudel, *Morze Śródziemne i świat śródziemnomorski w epoce Filipa II* [Mare Internum et terrae circa hoc mare iacentes aetate Philippi II], t. I–II, Gdańsk 1976, 1977.

Bruździński — Andrzej Bruździński, *Działalność prymasa Stanisława Karnkowskiego w zakresie wprowadzania uchwał Soboru Trydenckiego w Polsce, 1581-1603* [De Stanislao Karnkowski primate decreta Concilii Tridentini in Poloniam annis 1581-1603 inferente], Kraków 1996.

Bukowska-Gorgoni — Christina Bukowska-Gorgoni, *Causae Polonae coram Sacra Romana Rota XV-XVII saec. Explanatio processuum et regesta documentorum*, Roma 1995.

Bullarium Romanum — *Bullarum, diplomatum et privilegiorum Sanctorum Romanorum Pontificum Taurinensis editio*, t. V, VIII, Augustae Taurinorum 1860, 1863.

[1] *Martius Malacrida, ob. post a. 1638, in S. Vito (San Vito al Tagliamento) prope Portum Naonis (Pordenone) natus est, iuris doctor; m. octobri a. 1590 ad munus secretarii card. Georgii Radziwiłł opera Gaspari Biglia, negotiorum eius curatoris, Romae acceptus; supradictum cardinalem in eius in Poloniam legatione a. 1592 comitatus est; a Sigismundo III rege cum missione ad Clementem VIII post notitiam receptam de morte Ioannis III Vasa missus, Romam m. martio a. 1593 venit; canonicus ecclesiae collegiatae S. Mariae trans Tiberim in Urbe, nuntius extraordinarius in Polonia a. 1596 (litterae credentiales ei die 25 X 1595 sunt confectae), secretarius litterarum Latinarum card. Cinthii Aldobrandini, secretarius Sacri Collegii a 8 I 1599, secretarius brevium ad principes a IX 1603, denique officio secretarii in Secretariatu Status a 3 IX 1605 ad VII 1609 fungebatur (Gasparus Biglia ad card. Georgium Radziwiłł, Romae 6 X 1590, AGAD AR V 826 p. 13; vide N. 178 p. 287, N. 194 p. 311; Germanicus Malaspina ad Clementem VIII, Varsaviae 28 I 1593, ASV SS Pol. 35 f. 204v–205v; [Cinthius Aldobrandini] ad Germanicum Malaspina, Romae 27 III 1593, ASV F. Borgh. III 18 f. 71v; ASV Sec. Brev. 233 f. 183–183v, 19 XI 1595; HC IV 59; Di Manzano 121; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. XLVI; Marchetti 983; Nazzi 303; Semmler 57–59, 118–119; Theiner: Vetera 230; Wojtyska: ANP I 240).*

N.S., S.S^{tà}, S.B^{ne}	i0
V.S^{tà}, V.B^{ne}	i0
L'imperatore[2], S.M^{tà} Ces.	i0
Il re di Spagna[3], S.M^{tà} Catholica	i0
Il re di Francia[4], S.M^{tà} Christianissima	i0
Il re di Polonia, S.M^{tà} R.	i0
Il re di Svetia[5]	i0
Il re di Ongaria[6]	i0
Il re di Dania[7]	i0
Il re di	i0
L' regina di Polonia[8]	i0
L' regina di	i0
Il regno di	i0
Il cardinal di Como[9]	i0
Il cardinal Madruccio[10]	i0
Il cardinal Mondovì[11]	i1

---

[2] *Rudolphus II de Habsburg, 18 VII 1552 – 20 I 1612, archidux Austriae, Maximiliani II imperatoris filius, rex Hungariae annis 1572–1608 et Bohemiae annis 1575–1611, Romanorum rex ab a. 1575 et imperator ab a. 1576.*

[3] *Philippus II de Habsburg, 21 V 1527 – 13 IX 1598, Caroli V imperatoris filius, rex Hispaniae ab a. 1556 et Lusitaniae ab a. 1580.*

[4] *Henricus IV de Bourbon, 13 XII 1553 – 14 V 1610, rex Navarrae (sub nomine Henrici III) ab a. 1572, rex Galliae ab a. 1589.*

[5] *Ioannes III Vasa.*

[6] *Vide supra, ann. 2.*

[7] *Christianus IV de domo Oldenburgensi, 12 IV 1577 – 28 II 1648, rex Daniae et Norvegiae ab a. 1588, ante coronationem eius (a. 1596) summam imperii in Regno consiliarii regii e consilio status electi tenebant.*

[8] *Anna Iagellonica.*

[9] *Ptolomaeus Galli.*

[10] *Ludovicus Madruzzo (Madrucci), 1532 – 20 IV 1600, cardinalis a 26 II 1561, epus Tridentinus a 14 XI 1567, protector Germaniae ab a. 1573, praefectus Congregationis Germanicae ab a. 1580 (HC III 39, 318; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CCVIII sqq.).*

[11] *Vincentius Laureo (Lauro), 28 III 1523 – 17 XII 1592, epus Montis Regalis in Pedemonte (Mondovì) a 30 I 1566 ad X 1587, nuntius in Scotia annis 1566–1567, in Sabaudia annis 1568–1572, deinde in Polonia usque ad a. 1578 et iterum in Sabaudia annis 1580–1585, cardinalis a 12 XII 1583, ab a. 1585 Romae commorans (HC III 47, 250; Korolko, Wojtyska p. V–XIX; BAV Urb. Lat.*

Il cardinal arciduca	21
Il cardinal Radzsivil[c]	31
Il cardinal Spinola[12]	41
Il cardinal del Monte[13]	51
Il cardinal Sauli[14]	71
Il cardinal Bathori	12
Il cardinal Sforza[15]	22
Il cardinal Montalto[16]	32
Il cardinal Farnese[17]	42
Il cardinal	52
Il cardinal di	72
Il Sacro Collegio	23
Sede Apostolica	33[d]
Nuntio apostolico	43
L'Ill[mo] Sig. Pietro Aldroba[n]d[in]o[18] *[s]*	53

1060 f. 745, novitates Romae die 19 XII 1592 datae: Giovedì *(17 XII)* su le 22 hore morì il cardinale del Mondovì*)*.

[12] *Philippus Spinola, ob. 20 VIII 1593, epus Bisinianensis (Bisignano) a 8 II 1566, epus Nolanus (Nola) a 9 III 1569, cardinalis a 12 XII 1583, viceprotector Germaniae ab a. 1587 (HC III 47,134, 260; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. XCIII).*

[13] *Franciscus Maria Bourbon (Borbonius) de Monte, 5 VII 1549 – 27 VIII 1626, cardinalis a 14 XII 1588 (HC III 52, IV 37; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CCXXI).*

[14] *Antonius Maria Sauli, 1543 – 24 VIII 1623, cardinalis a 18 XII 1587, decanus Sacri Collegii a 6 IV 1620, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide praefectus ab a. 1622 (HC III 52, 215, 273, IV 37; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. XCV).*

[15] *Franciscus Sforza, 1558 – 9 IX 1624, cardinalis a 12 XII 1583 (HC III 47, IV 37; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. XCV).*

[16] *Alexander Peretti de Montalto, 5 XI 1571 – 3 VI 1623, cardinalis a 13 V 1585, legatus Bononiae nom. 26 X 1587, iterum a 23 X 1592, S.R.E. vicecancellarius a 13 III 1589, protector Poloniae ab a. 1590 (BAV Urb. Lat. 1060 f. 637, 24 X 1592; HC III 50, IV 36, 58; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. LXXVI; Pasquali, Ferrenti 140–141; Wodka 115).*

[17] *Odoardus Farnese, 7 XII 1573 – 21 II 1626, abbas commendatarius monasterii Basilianorum Cryptae Ferratae (Grottaferrata), cardinalis a 6 III 1591, protector Aragoniae et Siciliae ab a. 1592, postea etiam Angliae et Sueciae ab a. 1600, denique Lusitaniae ab. a. 1604 (HC III 54; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CXXIV; Litta III tav. XVI; Wodka 87, 112, 119, 124).*

[18] *Petrus Aldobrandini, 1571 – 10 II 1621, Clementis VIII ex fratre germano nepos, arcis S. Angeli praefectus a 29 II 1592, una cum Cinthio Aldobrandini supremus secretarius a Clemente VIII die 13 IX 1592 creatus (Pastor XI 706), cardinalis a 17 IX 1593, S.R.E. camerarius ad vitam die 18 XII 1599 deputatus, maior poenitentiarius V 1602 – IV 1605, aepus Ravennatensis a 13 IX 1604 (E. Fasano Guarini, DBI 2 p. 107–112; HC IV 4, 58, 292; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p.*

Legato apostolico	i3
Arciduca [e]-Ferdina[n]di *[s]* di Gratz-[e]19	ȧ3
Arciduca Ferdinando [f]-di Tirolo-[f]20	i4
Arciduca Erneste[21] *[s]*	ȧ4
Arciduca M[a]ssimiliano[22]	ȧ4
Arciduca Matthias[23]	ȧ4[g]
Arciduchessa Maria d'Austria[24]	ȧ4
Ambasciatore di Spagna	i5
Ambasciatore di Francia	ȧ5
Ambasciatore de l'imperatore	ȧ5
Ambasciator di Ven[eti]a	ȧ5
Ambasciator di Polonia	ȧ5
Arcivescovo di Napoli[25]	ȧ5
Arcivescovo di[h] Gnesna[26]	i7

XLIV, XCVII sqq.).

[19] *Ferdinandus de Habsburg, 9 VII 1578 - 15 II 1637, archidux Austriae, Caroli II archiducis filius, annis 1590–1595 Ingolstadii (Ingolstadt) studuit; usque ad tempus, quo sui iuris factus est, in tutela Rudolphi II imperatoris, Ferdinandi II archiducis, comitis Tirolis, et Gulielmi V, ducis Bavariae, remansit; ab a. 1596 in Styria, Carinthia, Carniola et Goritia regnabat, rex Bohemiae ab a. 1617, rex Hungariae ab a. 1618, Romanorum imperator (sub nomine Ferdinandi II) ab a. 1619.*

[20] *Ferdinandus II de Habsburg, 14 VI 1529 - 24 I 1595, archidux Austriae, Ferdinandi I imperatoris filius, comes Tirolis ab a. 1564.*

[21] *Ernestus de Habsburg, 15 VI 1553 - 20 II 1595, archidux Austriae, Maximiliani II imperatoris filius, in Austria Interiore (Styria, Carinthia, Carniola et Goritia) annis 1590–1593 regnans, Flandriae (Belgii) gubernator ab a. 1594.*

[22] *Maximilianus de Habsburg, 12 X 1558 - 2 XI 1618, archidux Austriae, Maximiliani II imperatoris filius, qui sibi thronum Regni Poloniae a. 1587 petebat, post pugnam apud Byczynam in Silesia die 24 I 1588 commissam ab Ioanne Zamoyski cancellario captus et e transactione Bytomiensi et Bendzinensi die 9 III 1589 compacta liberatus, magnus ordinis Equitum Theutonicorum magister ab a. 1590, in Austria Interiore annis 1593–1595 regnans, copiarum Rudolphi II imperatoris in Hungaria Superiore a. 1595 praefectus, in comitatu Tirolensi ab a. 1595 regnans.*

[23] *Matthias de Habsburg, 24 II 1557 - 20 III 1619, archidux Austriae, Maximiliani II imperatoris filius, in Austria Superiore ab a. 1590 regnans, Hungariae annis 1608–1618 et Bohemiae annis 1611–1617 rex, Romanorum imperator ab a. 1612.*

[24] *Maria de Bavaria, 21 III 1551 - 29 IV 1608, archiducissa Austriae, Alberti V, ducis Bavariae, filia, Caroli II uxor a 26 VIII 1571.*

[25] *Hannibal de Capua.*

[26] *Stanislaus Karnkowski, 10 V 1520 - 8 VI 1603, secretarius regius ca a. 1555 designatus,*

Arcivescovo di Leopoli[27]	2̇7
Arcivescovo di	3̇7
Arcivescovado di	4̇7
Africa	5̇7
Alemagna	7̇7
A[n]versa	1̇0̇
Armata	2̇0̇
Asia	3̇0̇
Augusta	4̇0̇
Agente	5̇0̇
Abbate	7̇0̇
Avis'[28]	0i̇
Bohemia	0̇2̇
Breve apostolico	0̇3̇
Bolla	0̇4̇
Gran can[c]elliero del Regno [f-]di P[olonia][-f]	0̇5̇
Can[c]elliero di Lituania[29]	0̇7̇
Castellano di Vilna[30]	1i̇
Christiani	1̇2̇

referendarius Regni a 13 VI 1558, secretarius maior a 26 III 1563, epus Cuiaviensis prov. 1 X 1567, aepus Gnesnensis prov. 7 VIII 1581 (Fokciński 50–51, 84–85; HC III 204, 336; Halina Kowalska, PSB XII 77–82; UDR X n. 855, 933).

[27] *Ioannes Demetrius Solikowski, 1539 – 27 VI 1603, Sigismundi II Augusti secretarius ab a. 1564, aepus Leopoliensis prov. 28 III 1583 (Fokciński 90–91; HC III 223; Oracki t. 2 p. 156–157).*

[28] *In hoc et casibus similibus apostrophus, secundum contextum, appositam formam flexurae in numero singulari vel plurali substituit.*

[29] *Leo Sapieha, 4 IV 1557 – 7 VII 1633, notarius M.D.L. ab a. 1581, vicecancellarius a 2 II 1585 et cancellarius M.D.L. a IV 1589, palatinus Vilnensis a 6 II 1623, generalis exercituum M.D.L. capitaneus ca 25 VII 1625 nom. (Henryk Lulewicz, PSB XXXV 84–104; UDR XI n. 138, 219, 1004, 1128).*

[30] *Ioannes Kiszka, ob. VII 1592, incisor M.D.L. a 20 VI 1569, pocillator M.D.L. et capitaneus Samogitiae ab a. 1579, castellanus Vilnensis a I 1588, antitrinitarismi confessor (Janusz Tazbir, PSB XII 507–508; UDR XI n. 274, 1095).*

Christianità	1i̇
Comitii generali	1i̇
Compagnia del Jesù	1i̇
Conte palatino	1i̇
Craccovia	2i
Chiaus	2i̇
Concilio Tridentino[31]	2i̇
Conte di	2i̇
Contado di	2i̇
Chiesa	2i̇
Clero	3i
Collegio	3i̇
Convento	3i̇
Catholici	3i̇
Cavalli	3i̇
Cancelliero	3i̇
Congregatione	4i
Congregatione di Polonia	4i̇
Cardinali della Congregatione di Polonia	4i̇
Corriero	4i̇
Colonia	4i̇
Confederati	4i̇
Cifra	5i
Danari	5i̇
Dieta	5i̇
Duca di Baviera[32]	5i̇

[31] *Concilium Universale Tridenti a. 1545 convocatum, quod interiectis intervallis usque ad a. 1563 celebrabatur.*

[32] *Gulielmus V de Wittelsbach, 29 IX 1548 - 17 II 1626, Alberti V filius, dux Bavariae ab a. 1579, regnum filio Maximiliano a. 1597 cessit.*

Duca di Bransvich[33]	55̇
Duca di Sassonia[34]	57̇
Duca di Curlandia[35]	71̇
Duca di Prusia[36]	72̇
Duca di Savoia[37]	73̇
Duca di Parma[38]	74̇
Granduca di Moscovia[39]	75̇
Granduca di Toscana[40]	77̇
Duca di	100
Duchessa di	102[i]
Ducato di	101[j]
Dania	103
Danubio	104
Ecclesiastici	105
Elettione	107
Elettori di	110
Elettori de l'Imperio	111
Essercito	112
Europa	113

[33] *Inter duces Brunsvicenses et Luneburgenses a Welfen illo tempore dominabantur: Guelferbyti (Wolfenbüttel) Henricus Iulius (ob. 1613), Luneburgi (Lüneburg) Gulielmus Iunior (ob. 20 VIII 1592) et Dannebergae (Dannenberg) Henricus (ob. 1598).*

[34] *Christianus II de Wettin, 23 IX 1583 - 23 VI 1611, dux elector Saxoniae ab a. 1591.*

[35] *Fridericus Kettler, 25 XI 1569 - 16 VIII 1642, dux Curlandiae et Semigalliae ab a. 1587 (ab a. 1594 usque ad a. 1617 ineuntem una cum fratre Gulielmo, qui ob. 17 IV 1640, gubernabat).*

[36] *Albertus Fridericus Hohenzollern, 29 IV 1553 - 18 VIII 1618, dux in Prussia ab a. 1568, Georgio Friderico, marchione Brandenburgensi Ansbaci (Ansbach), curatore ab a. 1577 utebatur.*

[37] *Carolus Emmanuel I, 1562-1630, dux Sabaudiae ab a. 1580.*

[38] *Alexander Farnese, 27 VIII 1545 - 3 XII 1592, Flandriae gubernator ab a. 1578, dux Parmae et Placentiae ab a. 1586.*

[39] *Theodorus I (Fëdor Ivanovič) ex familia regnante Ruricovič, 31 V 1557 - 7 I 1598, Ioannis IV Terribilis filius, magnus dux Moscoviae ab a. 1584.*

[40] *Ferdinandus I de Medicis, 1549-1609, cardinalis annis 1563-1588, magnus dux Etruriae ab a. 1587.*

Francia	114
Fiandra	115
Fanti	117
Fattione	120
Germania	121
Galee	122
Generale	123
Governatore	124
Guerra	125
Gran Turcho[41]	127
Gran mastro	130
Gran priore	131
Heretici	132
Helvetii	133
Havendo	134
Havere	135
Hauto	137
Imperio	140
Imperiali	141
Impresa	142
Italia	143
Inghilter[r]a	144
Infanta di	145
Lutherani	147

[41] *Muradus (Amurates) III, 4 VII 1546 - 16 I 1595, Turcarum imperator a 13 XII 1574.*

Lituania	150
Livonia	151
Laschi[42]	152
Lega	153
Legatione	154
Lettere	155
Gran marescial di Lituania[43]	157
Gran marescial del Regno [di^{k}] Polonia[144]	170
Marescial di	171
Moscov[i]a	172
Moldavia	173
Marchese di	174
Matrimonio	175
Nobili	177
Nobiltà	200
Navarra	201
Navaristi	202
Nemici	203
Nave	204
Ordine equestre	207
Olanda	210

[42] *Albertus Łaski, 1536 - 23 XI 1604, palatinus Siradiensis ab a. 1565 (Roman Żelewski, PSB XVIII 246-250; UDR II/2 n. 1307; Zieliński, Żelewski).*

[43] *Albertus Radziwiłł, 8 III 1558 - 13 VII 1592, dux Olicae et Nesvisii, card. Georgii Radziwiłł frater germanus, marescalcus curiae M.D.L. a 15 X 1579 et postea, a 1 VI 1586, marescalcus supremus (Henryk Lulewicz, PSB XXX 135-140; UDR XI n. 411, 440).*

[44] *Andreas Opaliński, 25 XI 1540 - 3 III 1593, castellanus Premetensis (Przemęt) ab a. 1560, postea Sremensis (Śrem) a 5 X 1569, marescalcus curiae Regni ab a. 1572, marescalcus supremus nom. post diem 25 IV 1574, generalis Maioris Poloniae capitaneus a 6 III 1578 (Włodzimierz Dworzaczek, PSB XXIV 72-78; UDR I/2 n. 1065, 1158, 1185, X n. 409, 453).*

Officio	211
Pace	212
Palatino di Sandomiria[45]	213
Palatino di Craccovia[46]	214
Palatino di Vilna[47]	215
Palatino di	217
Polonia	220
Polachi	221
Principe di	222
Principessa di	223
Parigi	224
Protestanti	225
Politici	227
Prussia	230
Provincia di	231
Republica Christiana	232
Religion catholica	233
Roma	234
Raitri	235
Republica	237
Revolutione	240

[45] *Georgius Mniszech, ca 1548 - 16 V 1613, culinae Regni magister, deinde incisor Regni ab a. 1572, castellanus Radomiensis a 27 III 1582, denique palatinus Sandomiriensis ab a. 1589 (Edward Opaliński, PSB XXI 465–468; UDR III/1 n. 1183, 2561, IV/3 n. 444, 956, IV/4 n. 611, X n. 289, 345).*

[46] *Nicolaus Firlej, ob. 22 III 1600, referendarius Regni et castellanus Biecensis (Biecz) a 1 XII 1576, palatinus Cracoviensis a 18 IV 1589 (Kazimierz Lepszy, PSB VII 12–15; UDR IV/2 n. 22, 411, IV/3 n. 181, X n. 896).*

[47] *Christophorus Radziwiłł „Fulmen", 9 II 1547 - 20 XI 1603, incisor M.D.L. ante 30 VI 1567, postea pocillator a VI 1569, campestris exercituum M.D.L. capitaneus a 10 V 1572, castellanus Trocensis et vicecancellarius M.D.L. a 16 X 1579, palatinus Vilnensis a 15 XI 1584, generalis exercituum M.D.L. capitaneus a 18 IV 1589, formulae Calvini addictus (Henryk Lulewicz, PSB XXX 264–276; UDR IX n. 1996, 1998, XI n. 136, 158, 273, 1094, 1127).*

Secretario di	241
Savoia	242
Sassonia	243
Spagna	244
Svizzari *[s]*	245
Senatore	247
Senato	250
Svetia	251
Subcamerario	252
Sospetti	253
Soldati	254
Stato Ecclesiastico	255
Stato di	257
Sussidio	270
Transilvania	271
Tartari	272
Tedeschi	273
Turchi	274
Toscana	275
Triegua	277[m]
Trattato	301
Tesorieri generale del Regno[48]	302
Vescovo di Lu[c]eoria[49]	303

[48] *Ioannes Firlej, ob. ante 6 X 1614, thesaurarius Regni 12 V 1590 - V 1609, capitaneus Lublinensis 22 II 1593 - 26 VII 1614, castellanus Wojnicensis a 16 X 1613 (Kazimierz Lepszy, PSB VII 7; UDR IV/2 n. 577, IV/4 n. 316, X n. 752).*

[49] *Bernardus Maciejowski, 1548 - 19 I 1608, vexillifer Regni, epus Luceoriensis prov. 15 VI 1587, sed a Sigismundo III rege die 15 I 1588 solum designatus; epus nominatus Vilnensis a 1 VI 1597, prov. 1 IX 1597 (episcopatum non habuit, propterea quod nominatio eius, ex Polonia originem ducentis, oppositionem capituli Vilnensis ac nobilium Lithuaniae suscitavit), epus Cracoviensis*

Vescovo di Premislia[50]	304
Vescovo di Cuiavia[51]	305
Vescovo di Vilna[52]	307
Vescovo di Posnania[53]	310
Vescovo di	311
Vescovado di	312
Varsovia	313
Vaivoda	314
Vilna	315
Venetia	317
Ungaria	320
Ugonotti	321
Vallachi	322
Vicecancelliero del Regno[54]	323

---

prov. 24 V 1600, cardinalis a 9 VI 1604, aepus Gnesnensis prov. 31 VII 1606 (Biliński, Karpiński, Opaliński 266–267; Fokciński 109–110, 137–138; 146–147; HC III 229, 334, IV 7, 166, 195, 369; Jarmiński: Bez użycia 193; PSB XIX 48–51; UDR X n. 16).

[50] *Laurentius Goślicki, ca 1530 – 31 X 1607, secretarius regius, abbas commendatarius monasterii Cisterciensium Clarae Tumbae (Mogiła) a 30 XII 1586, epus Camenecensis nom. a. 1586, prov. 7 I 1587, epus Chelmensis nom. a. 1588, prov. 22 I 1590, epus Premisliensis prov. 10 V 1591, epus Posnaniensis prov. 19 III 1601 (Fokciński 104–105, 112–115, 122–124; HC III 148, 165, 280, IV 287; Danuta Maniewska, PSB VIII 379–382).*

[51] *Hieronymus Rozrażewski (Rozdrażewski), ca 1546 – 9 II 1600, cubicularius secretus Pii papae V, praepositus ecclesiae cathedralis Vratislaviensis annis 1567–1578, secretarius maior et praepositus ecclesiae cathedralis Plocensis a IV 1574, epus Cuiaviensis (Vladislaviensis et Pomeraniae) nom. 20 VI 1581, prov. 6 XI 1581 (Chrzanowski, Kornecki 77–80; Halina Kowalska, PSB XXXII 355–365; Fokciński 86–87; HC III 336; UDR X n. 934).*

[52] *Postquam card. Georgius Radziwiłł m. augusto a. 1591 Cracoviam translatus est, episcopatus Vilnensis usque ad 31 VII 1600 vacavit, quo die provisionem Benedictus Wojna obtinuit (Fokciński 150–152; HC IV 369).*

[53] *Lucas Kościelecki, 10 VII 1539 – 26 VII 1597, abbas Lubinensis ab a. 1570, epus Premisliensis nom. 2 IV 1574, prov. 5 XII 1575, epus Posnaniensis prov. 4 III 1577 (Włodzimierz Dworzaczek, PSB XIV 410–413; Fokciński 62–64, 70–71; HC III 279).*

[54] *Ioannes Tarnowski, 4 I 1552 – 14 X 1604, secretarius regius ab a. 1577, referendarius Regni nom. 18 I 1581, praepositus Vladislaviensis, Lanciciensis et Cracoviensis, sede vacante post mortem Petri Myszkowski (5 IV 1591) dioecesis Cracoviensis administrator, vicecancellarius Regni 7 I 1591 – 11 IV 1598, epus Posnaniensis prov. 10 XI 1597, epus Cuiaviensis prov. 12 VI 1600, aepus Gnesnensis prov. 29 III 1604 (ASV Arch. Consist. Proc. Consist. 11 f. 492v, 14 IV 1600:* iam ingressus est annum 49 a die 4 ianuarii proxime praeteriti*; APG 300, 29/62 f. 159v, 11 IV 1598; ADLP F. Aldobr. 4 f. 400, 23 X 1604; Fokciński 129, 140 sq., 148 sq.; HC III 279, IV 195, 287, 372; Łętowski IV 145 sqq.; Nowacki II 103; UDR X n. 647, 857).*

Vettuaglie	324
Vittoria	325
Zelanda	327
V.S.Illma	400
S^{n}.S.R^{ma}	401
S.S.Illma	402
V.S.R^{ma}	403
V.S.	404
S.E.	405
S.A.	407
Sig.	410
Per	01
Perché	02
Poi che	03
Per ciò che	04
Purché	05
Per ciò	07
Acciò	10
Acciò che	20
Ancorché	30
Ancor	40
Bene	50
Benché	70
Come	02+
Quando	04+
Nondimeno	12+

Nonostante	22+
Massime	32+
Massimamente	42+
Neccessario	52+
Necessariamente	72+
Quantunque	14+
Qualmente	24+
Qualunque	34+
Tuttavia	44+
Tutta volta	54+
Tutt'	74+
Tant'	02+
Quant'	04+
Quest'	12+
Quell'	32+
Molt'	42+
Onde	52+
Hora	72+
Adesso	14+
Hoggi	24+
Essere	34+
Essendo	54+

°-Malala chrida-°, secretario del detto sig. cardinal.

ᵖ-A dì 19 di febraro 1592. Ho ricevuto io Martio Malacrida, secretario de l'Illᵐᵒ Sig. cardinal Radzivil, la presente cifra dal sig. Matteo Argenti, secretario de le cifre di N.S.[55], per ordine di S.S.Illᵐᵃ. Idem manu propria-ᵖ.

[55] *Matthaeus Argenti, 1561 - ca 1622, beneficiatus basilicae S. Petri de Urbe ab a. 1591, pontificius a notis secretis secretarius annis 1591-1605, card. Petrum Aldobrandini in eius in*

[a] *sequuntur duo versus expuncti et illegibiles* [b] *sequitur expunctum* gli la [c] *correctum ex* Radisvil [d] *sequitur expunctum* legato apostolico *et numerus illegibilis pariter expunctus* [e-e] *eadem manu ascriptum supra et ad expunctum* Carlo [f-f] *ascriptum in versu* [g] *correctum ex* 44 [h] *suprascriptum* [i] *correctum ex* 101 [j] *correctum ex* 102 [k] *deest* [l] *ascriptum in versu* [m] *sequitur expunctum* terra di *et numerus* 300 *pariter expunctus* [n] *correctum ex* V [o-o] *sic min.* [p-p] *manu Martii Malacrida*

N. 5

Card. Georgius Radziwiłł Ferdinando I, magno duci Etruriae

Florentiae, 29 II 1592

Reverentiam atque observantiam ei per litteras, cum ipse Florentiae absit, praestat et pro hospitalitate sibi in palatio eius data gratias agit. Ei gratulatur de Clemente VIII ad summum pontificatum electo, verba observantiae plena pro uxore eius Christina adiungit verbumque facit de liberis eorum a se visitatis.

Or.: AS Firenze AMP 3768 s.f.

Elessi questa strada nel ritorno mio in Polonia non per altro che per far riverenza a V.A. di presenza; onde ritrovandosi ella così lontana[1] che per la brevità del tempo non mi è lecito il vederla, sento dispiacer grande di partir d'Italia senza poterle basciar le mani. Mi farà però gratia l'A.V. d'accettare il testimonio di questa mia de l'osservanza che io le porto come la voce mia stessa, et credere anco che essendosi lei degnata commandarmi con la sua cortesissima et col mezo del sig. suo maiordomo[2] che io alloggiasi[a] qui nel suo palazzo, ho voluto obedirla per dare a lei maggior sicurtà di valersi di me co l'obligarmegliele con questo nuovo favore che io ricevo hora.

De l'esaltatione di N.S. non mi rallegrai con V.A., pensando di poterlo fare a bocca; me ne rallegro hora con tutto l'animo, assicurandomi che lei si può promettere ogni gratia da la S^tà^ S.

A la Ser^ma^ granduchessa[3] fo unitamente riverenza con la presente; et poi che non mi è stato concesso il salutar l'AA. Loro qui, ho voluto supplire col veder li Ser^mi^ figli[4], li quali prego Dio N.S. che conservi lungamente et con

---

Galliam legatione a. 1600 est comitatus (Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. XLV-XLVI; Meister 59 sqq.; Semmler 93 sq., 111).

[1] *Ex registro litterarum Ferdinandi I apparet aulam ducalem die 29 II 1592 Pisis commoratam esse (AS Firenze AMP 282 f. 126).*

[2] *Aeneas Vaini, marescalcus curiae magni ducis Etruriae (Carte Strozziane. Inv. 275, 5 VIII 1590; AS Firenze AMP 836 f. 493, 21 XI 1592).*

[3] *Christina de Lotharingia, 1565-1637, Ferdinandi I uxor ab a. 1589.*

[4] *Cosmas, 1590-1621, magnus dux Etruriae ab a. 1609, et Eleonora, 1591-1617.*

buona salute insieme con l'AA. Loro, a le quali bascio le mani et auguro ogni maggior contento.

[a] *sic or. pro* alloggiassi

N. 6

Clemens VIII, pontifex maximus, Sigismundo III, regi Poloniae

Romae, 1 III 1592

Causam morae card. Georgii Radziwiłł in Poloniam redeuntis explicat et significat se illum legatum a latere, qui caerimoniae matrimonii eius cum Anna archiducissa iungendi interesset, designavisse. Utrique benedictionem suam concedit.

***Min.**: ASV Arm. XLIV 36 f. 232, dorsum f. 236v (commune brevibus in f. 232-236).*
***Reg.**: ASV Epist. ad Princ. 25 f. 136-136v.*

Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Quod magnopere optabat d[ilectus] filius noster Georgius Radzivilius, S.R.E. cardinalis, ut quamprimum ad te atque ad ecclesiam suam reverteretur, id quominus[a] posset assequi, superiorum pontificum obitus[1], [in[b]] s[uc[b]]cessoris eligendi c[u[b]]ra, cui ipse deesse nullo modo poterat, effecit. Cecidit etiam commode[c], ut remaneret, nam cum Dei voluntate factum sit, ut gravissimum hoc pontificatus munus nostrae tenuitati imponeretur, cumque te unice diligeremus ex eo tempore, quo[d] ad te legati[e] a Sede Apostolica[f] venimus[g2] tuamque prudentiam, pietatem caeterasque virtutes perspeximus, itaque vellemus legatum hinc cardinalem mittere, qui[h] matrimonii cum dilecta in Christo filia Anna Austria iungendi sacramento interesset tibique atque illi benediceret[i], neminem habuimus neque nobis[j] cariorem, neque tui[k] tuarumque rerum cupidiorem ac studiosiorem, cui id munus committeremus[l3]. Is igitur noster et Sedis Apostolicae[m] [n]legatus, quae in ea re agenda erunt, solenni Ecclesiae ritu conficiet vobisque bene[d[b]]icet, quod nos etiam facimus

---

[1] *Sermo est de Gregorii XIV et Innocentii IX morte.*

[2] *Agitur de legatione a latere a card. Hippolyto Aldobrandini in Polonia annis 1588-1589 expleta.*

[3] *Clemens VIII de card. Georgio Radziwiłł legato a latere designato in consistorio die 14 II 1592 habito pronuntiavit:* — — Creavit *(summus pontifex)* legatum ad benedicendum matrimonio contrahendo inter Sigismundum, Poloniae regem, et filiam Caroli, arc[h]iducis Austriae, cardinalem de Radivil *(ASV Arch. Consist. Acta Vicecanc. 13 f. 30, or.). Cf. diarium card. Iulii Antonii Santoro, ASV Arch. Consist. Acta Misc. 51 f. 3, aut.; diarium Pauli Alaleone, caerimoniarum magistri, BAV Vat. Lat. 12294 f. 203-203v, aut.;* Diariorum caerimonialium Ioannis Pauli Mucantii Romani, i.u.d. et caerimoniarum magistri, t. 2, *BAV Vat. Lat. 12317 f. 83-83v, cop.*

precamurque vobis a Deo non modo terrena illa bona[-n] per tua sicut vitis abunda[ns[b]] in lateribus domus tuae, filii tui sicut novellae olivarum in circuitu mensae tuae, ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum, sed[o] caelestia etiam matrimonii bona, [p-]fructum inquam fidei[-p] et sacramenti perpetuaeque animorum coniunctionis, totiusque vitae sanctitatis et[k] divinae gratiae, bonorumque omnium cumulum[q]. Caetera ex legato cognosces. Datum Romae apud S. Petrum etc., die prima martii 1592, anno primo.

Ant[onius] Buccapadulius

[a] *sequitur expunctum* efficeret [b] *lacuna, suppletum ex reg.* [c] *suprascriptum pro expuncto* optime *[?]* [d] *sequitur expunctum* ista [e] *suprascriptum pro expuncto* venimus [f] *sequitur expunctum* legati [g] *ascriptum in margine* [h] *sequitur expunctum* cum dilectam in Chris[to] f[il]iam Annam Austriam uxorem acciperes, int[eresset] [i] *sequitur expunctum verbum illegibile* [j] *expunctum et iterum supra lineam scriptum* [k] *suprascriptum* [l] committerimus *min.* [m] *sequitur expunctum* legatus intererit vobisque benedicet, precabiturque a Deo non modo terrena illa bona [n-n] *ascriptum in margine* [o] *sequitur expunctum* etiam [p-p] *ascriptum supra expunctum* fidei inquam [q] *sequitur expunctum* Quae nos item vobis ab immensa Dei bonitate precamur

N. 7

Clemens VIII, pontifex maximus, archiducissae Annae Austriacae

Romae, 1 III 1592

Certiorem eam facit se card. Georgium Radziwiłł legatum a latere, qui matrimonium eius cum Sigismundo III rege contrahendum benedicat, nominavisse.

***Min.**: ASV Arm. XLIV 36 f. 232.*
***Reg.**: ASV Epist. ad Princ. 25 f. 137.*

Carissima in Christo filia nostra, salutem etc. Multa nobis cum alii, tum in primis dilectus filius noster Georgius Radzivilius, S.R.E. cardinalis, de tuis virtutibus narravit. Laetati sumus [a-]tua laude[-a], accessione etiam matrimonii cum carissimo filio nostro Sigismundo, Poloniae rege. Cuius matrimonii sacramento celebrando volumus praeesse Georgium, quem diximus cardinalem legatum; is hoc nomine tibi et regi benedicet, precabiturque vobis vestraeque posteritati bona omnia tum terrena tum [b-]caelestia et[-b] sempiterna. Caetera ex legato ipso cognosces. Datum ut supra[1].

Ant[onius] Buccapad[uliu]s

---

[1] *Vide N. 6.*

[a-a] *ascriptum supra expunctum* amplissimo Dei in te munere [b-b] *suprascriptum*

N. 8

Clemens VIII, pontifex maximus, archiducissae Mariae

Romae, 1 III 1592

Significat ei se card. Georgium Radziwiłł legatum a latere ad matrimonium Annae, filiae eius, cum Sigismundo III rege benedicendum nominavisse.

***Min.**: ASV Arm. XLIV 36 f. 235v.*
***Reg.**: ASV Epist. ad Princ. 25 f. 142v–143.*

Dilecta in Christo filia nobilis mulier, salutem etc. Fecimus Poloniae legatum dilectum filium nostrum Georgium Radzivilium, S.R.E. cardinalem, hanc ipsam ob causam, ut[a] Annae, filiae tuae, et Sigismundo, Poloniae regi, coniugibus benediceret caeteraque efficeret, quae in matrimonio contrahendo[b] ritus Catholicae Ecclesiae postularet. Sic enim maiore cum auctoritate et dignitate ea[c] confectum iri iudicabamus. Voluimus hoc nostris literis N[ri] T. significare. Caetera ex legato cognosces. Datum ut supra[1].

Ant[onius] Buccapadulius

[a] *sequitur expunctum* in matrimonio [b] *suprascriptum* [c] *sequitur expunctum* confici posse

N. 9

Clemens VIII, pontifex maximus, Annae Iagellonicae, Poloniae reginae viduae

Romae, 1 III 1592

Prudentiam pietatemque eius laudat, benevolentiam se erga eam habere confirmat et notum facit card. Georgium Radziwiłł legatum a latere ad matrimonium Sigismundi III regis cum Anna Austriaca benedicendum nominatum esse.

***Min.**: ASV Arm. XLIV 36 f. 236.*
***Reg.**: ASV Epist. ad Princ. 25 f. 143.*

---

[1] *Vide N. 6.*

Carissima in Christo filia nostra, salutem etc. Et antequam in Poloniam veniremus a sanctae memoriae Xysto[1] iegati[2], audieramus bonorum omnium sermonibus celebrari prudentiam et pietatem tuam; et[a] cum istic essemus, cognovimus singularem esse, itaque semper te plurimi fecimus. Noluimus igitur hoc tempore istuc reverti dilectum filium Georgium cardinalem Radzivilium sine nostris ad te literis, ex quibus cognosceres de nostra paterna erga te caritate, nihilo inferiore superiorum pontificum voluntate, quae semper fuit eximia. Voluimus cardinalem esse nostrum istic legatum. Is inter caetera praeerit matrimonio a rege cum Anna Austria[3] contrahendo, quaeque sacramentum illud exigit, conficiet solenni Ecclesiae ritu benedicetque coniugibus, quibus nos item benedicimus et florentem posteritatem bonorumque omnium cumulum a Deo precamur. Datum[b] Romae apud S. Petrum, die prima martii 1592, anno 1.

Ant[onius] Buccapadulius

[a] *sequitur expunctum* postquam istic fui [b] *sequitur expunctum* ut supra

N. 10

Clemens VIII, pontifex maximus, Stanislao Karnkowski, aepo Gnesnensi

Romae, 1 III 1592

Significat ei se card. Georgium Radziwiłł legatum a latere ad matrimonium Sigismundi III regis et Annae Austriacae benedicendum nominavisse.

***Min.**: ASV Arm. XLIV 36 f. 232v.*
***Reg.**: ASV Epist. ad Princ. 25 f. 137–137v.*
***Nota**: Similia brevia missa sunt ad: aepum Leopoliensem Ioannem Demetrium Solikowski (ASV Arm. XLIV 36 f. 232v, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 137v, reg.), epum Cuiaviensem Hieronymum Rozrażewski (ASV Arm. XLIV 36 f. 232v, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 137v–138, reg.; ed. Czaplewski n. 1074 p. 413), epum Posnaniensem Lucam Kościelecki (AGAD Dok. Perg. 7991, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 233v, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 139, reg.), epum Plocensem Adalbertum Baranowski (ASV Arm. XLIV 36 f. 233, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 138, reg.), epum Luceoriensem Bernardum Maciejowski (ASV Arm. XLIV 36 f. 233, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 138–138v, reg.), epum Premisliensem Laurentium Goślicki (ASV Arm. XLIV 36 f. 233, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 138v, reg.), epum Culmensem Petrum Kostka (AGAD Dok. Perg. 7992, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 233v, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 139–139v, reg.), epum Chelmensem Stanislaum Gomoliński (AGAD Dok. Perg. 7993, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 233v, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 139, reg.), palatinum Cracoviensem Nico-*

---

[1] *Sixtus V.*

[2] *Vide N. 6 ann. 2.*

[3] *Anna Austriaca archiducissa.*

laum Firlej (AGAD Dok. Perg. 7994, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 233v, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 139v, reg.), palatinum Sandomiriensem Georgium Mniszech (ASV Arm. XLIV 36 f. 234, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 139v, reg.), palatinum Trocensem Nicolaum Christophorum Radziwiłł (AGAD Dok. Perg. 7990, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 234, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 140, reg.), palatinum Siradiensem Albertum Łaski (AGAD Dok. Perg. 7997, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 234, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 140, reg.), palatinum Lanciciensem Stanislaum Miński (ASV Arm. XLIV 36 f. 234, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 140v, reg.), capitaneum Samogitiae Georgium Chodkiewicz (AGAD Dok. Perg. 7995, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 234, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 140–140v, reg.), palatinum Lublinensem Nicolaum Zebrzydowski (AGAD Dok. Perg. 7996, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 234v, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 140v, reg.), castellanum Sandomiriensem Stanislaum Tarnowski (AGAD Dok. Perg. 7998, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 234v, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 141, reg.), castellanum Podlachiae Martinum Leśniowolski (AGAD Dok. Perg. 7999, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 234v, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 140v–141, reg.), marescalcum Regni Andream Opaliński (ASV Arm. XLIV 36 f. 234v, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 141, reg.), marescalcum M.D.L. Albertum Radziwiłł (ASV Arm. XLIV 36 f. 234v, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 141v, reg.), cancellarium Regni Ioannem Zamoyski (AGAD Dok. Perg. 8000, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 234v, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 141–141v, reg.), cancellarium M.D.L. Leonem Sapieha (ASV Arm. XLIV 36 f. 235, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 142, reg.), vicecancellarium Regni Ioannem Tarnowski (ASV Arm. XLIV 36 f. 235, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 141v, reg.), thesaurarium Regni Ioannem Firlej (AGAD Dok. Perg. 8001, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 235, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 142, reg.), thesaurarium M.D.L. Demetrium Chalecki (AGAD Dok. Perg. 8002, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 235, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 142, reg.), pocillatorem Regni Ioannem Ostroróg (ASV Arm. XLIV 36 f. 235, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 142v, reg.) et pocillatorem M.D.L. Andream Sapieha (AGAD Dok. Perg. 8003, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 235, min.; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 142v, reg.).

Venerabilis frater, salutem etc. Voluimus pro nostra paterna erga[a] Sigismundum, Poloniae regem, caritate hinc ad eum legatum mittere aliquem e venerabilibus fratribus nostris S.R.E. cardinalibus. Commisimus igitur id munus Georgio cardinali Radzivilio, qui legati etiam [n[b]]omine[c] [d-]matrimonio[e] inter regem et Annam Austriam con[tr[b]]ahendo praeerit, quaeque opus erunt, conficiet solenni Ecclesiae ritu[-d] et regi ac reginae benedicet. Hoc Fr[tem] T. ex nostris literis cognoscere voluimus, quam etiam ad te scribendi oportunitatem libentissime amplexi sumus. Caetera cardinalis l[egatu[b]]s exponet. Datum ut supra[1].

Ant[onius] Buccapad[uliu]s

[a] *sequitur expunctum* P. Steph[anum] [b] *lacuna, suppletum ex reg.* [c] *sequitur expunctum* matrimonii praee[ri]t; matrimonio con[trahendo]; sacramento matrimonii iungendi cum An[na]; dilecta in Christo filia Anna Austria, quaeque ad eam rem opus erunt, conficiet [d-d] *ascriptum in margine* [e] *correctum ex* matrimonii, *praecessum ab expuncto* praeerit, *sequitur expunctum* contrah[endo] sacramento

[1] *Vide N. 6.*

N. 11

Gasparus Biglia card. Georgio Radziwiłł

Romae, 7 III 1592

Mittit ei recens receptam crucem legationis; ipse Roma proficiscitur lunae die cum brevi facultates continente, si perscriptum erit. Significat proximis diebus congregationem ad reformationem conclavis peragendam consilium suum habuisse.

Aut.: AGAD AR V 826 p. 106, in dorso (p. 107) inscriptio cursualis eadem manu: Venetia.

Con tutto ogni diligentia che ho usato[1] per haver la croce prima, tuttavia non ho puotuto haverla prima che doi hore fa, sì come li ne puotrà far fede il sig. abbate Camp[an]a[2]. Hora la mando a V.S.Ill[ma] per il corriero di Venetia, affinché li sia capitata quanto prima, e con ordine al Mazzola[3] che non essendo V.S.Ill[ma] arriv[at[a]]a in Venetia, la mandi per huomo a posta incontro a V.S.Ill[ma], se bene il sig. abbate Camp[an]a m'ha detto et assicurato che V.S.Ill[ma] non fusse per adoperarla per adesso per alcuni rispetti che già ha scritto a V.S.Ill[ma][4].

---

[1] *Gasparus Biglia, Iacobi filius ex Mediolano oriundus, praefectus domus card. Georgii Radziwiłł et eius consiliis intimus, cum missionibus secretis Vindobonam (a. 1590) et Romam iterum atque iterum expeditus, ubi negotiorum cardinalis curator fuit; die 18 II 1592 a Clemente VIII titulo militis S. Petri ornatus; m. iulio a. 1593 una cum Paulo Wołucki, secretario regio, Romam missus, ut praeparationes necessarias cum exspectato ibi adventu Stanislai Mińśki, legati Poloni ad praestandam oboedientiam, coniunctas faceret (ASVReg. Vat. 2019 f. 542v, reg.; Germanicus Malaspina Cinthio Aldobrandini, Varsaviae 25 VI, 15 VII 1593, ASV F. Borgh. III 66 CD f. 266, 278, or.; card. Alexander Peretti de Montalto card. Georgio Radziwiłł, [Romae] 25 IX 1593, BAV Barb. Lat. 5804 f. 95v, reg.; [card. Petrus Aldobrandini] eidem, Romae 17 VI 1595, ASV F. Borgh. III 33 f. 12v, reg.; litterae Gaspari Biglia annis 1588–1594 scriptae, AGAD AR V 826; Jarmiński: Trudne starania 170, 174; Lepszy: Rzeczpospolita 186; cf. supra, p. XLV–XLVI).*

[2] *Ludovicus Campani (Campana),* abbate *nuncupatus, Ioannis Pauli iesuitae frater germanus, card. Georgii et Nicolai Christophori Radziwiłł „Orbi" Romae negotiorum curator, cubicularius pontificius secretus* d'honore senza parte, *tabulis familiae Clementis VIII die 6 III 1592 inclusus (Ludovicus Campani ad card. Hippolytum Aldobrandini, Romae 30 VII 1588, ASV F. Borgh. III 90 Cf. 143–143v, 144v, aut.; card. Georgius Radziwiłł ad Alfonsum II Estensem, Ferrariae ducem, Caprarolae 11 VIII 1591, AS Modena ASE C. SE CPE Roma. Cardinali 1409/155, or.; BAV Ruoli 110 f. 3v, 12v; 111 f. 3v, 12; Stanislaus Karnkowski, aepus Gnesnensis, ad Ludovicum Campani, s.l.d. (1593), B. PAN Kr. 1884 n. 523 p. 630, reg.; litterae Ludovici Campani ad Nicolaum Christophorum Radziwiłł annis 1590–1594 datae in AGAD AR V 1833 servantur).*

[3] *Ioannes Baptista Mazzuola (Mazzola), Venetus, rerum tabellariarum Polonicarum Venetiis curator (cf. N. 111; Quirini–Popławska: Korespondencja 42). Quod pertinet ad alios e hac familia, qui negotia cursus publici Polonici Venetiis secunda saeculi XVI parte procurabant, vide Quirini–Popławska: Działalność 140.*

[4] *Supradicta crux, qua card. Georgium Radziwiłł primum Venetiis die 18 martii usum esse verisimile videtur (vide A. 3 p. 428), revera secunda iam crux legationis erat; primam, forsitan minus ornatam, legatus in consistorio Romae die 17 februarii celebrato acceperat (vide A. 3 ann. 1).*

Io partirò lunedì[5] mattina con il breve delle facoltà, il quale spero che sarà spedito, essendo dal sudetto sig. abbate sollicitato.

Doi giorni sono si è fatta una congregatione in casa de Giesualdo[6] in matteria de conclave, per dechiarare il ponto utrum che per superare li doi terzzi de' voti sia valida la ellettione che si fa della persona propria. Si crede che N.S. dechiararà che no[7]. Né questa per altro, con ogni humiltà e riverenza me l'inchino.

[a] *macula*

N. 12

Clemens VIII, pontifex maximus, card. Andreae Báthory

Romae, 10 III 1592

Certiorem eum facit de Attilio Amalteo in Transilvaniam profecto tempore comitiorum ibi appropinquante. Desiderat Sigismundum Báthory principem benevolentiam suam erga Sedem Apostolicam in iis ostendere, quod ei, ut Stephano regi, gratiam eximiam et gloriam perennem afferat.

Min.: ASV Arm. XLIV 36 f. 275.
Reg.: ASV Epist. ad Princ. 25 f. 153-153v.
Cop.: BAV Ottob. Lat. 2419 f. 46v-47.

Dilecte fili noster, salutem etc. Summa nostra cura Transsilvaniae rerum efficit, ut praeter eas literas, quas non ita ante Stephano Josicae[1] ad principem dedimus[2], eo etiam mittamus dilectum filium Attilium Amaltaeum, cuius fidem,

---

[5] *Die 9 martii.*

[6] *Alfonsus Gesualdo, ob. 14 II 1603, cardinalis a 26 II 1561, decanus Sacri Collegii a 20 III 1591, aepus Neapolitanus a 12 II 1596 (HC III 38, 56, 255).*

[7] *Congregatio ad conclave et electionem summi pontificis reformandam instituta, cuius consiliis card. Alfonsus Gesualdo praeerat, cardinalibus sequentibus constabat: Gabriele Paleotti, Antonio Maria Salviati, Augustino Cusano, Alexandro Peretti et Friderico Borromeo. Ut in antecedentibus pontificatibus magna collegii cardinalium parte in factiones secum pugnantes divisi opposita huius congregationis labores conclusi non sunt cum editione bullae normas et regulas ordinis electionis melioris reddendi continentis (BAV Urb. Lat. 1060 f. 139-139v, 7 III 1592; Pastor XI 488 sq.).*

[1] *Stephanus Jósika, ob. 13 IX 1598, aulicus familiaris Sigismundi Báthory principis, m. novembri a. 1591 legatus Florentiam et Romam missus, cancellarius Transilvaniae ab a. 1594, Rudolphi II imperatoris mandatu capite damnatus (Jaitner: Die Hauptinstruktionen 11 sq.; Szilas passim).*

[2] *Clemens VIII Sigismundo Báthory principi, Romae 2 III 1592, ASV Arm. XLIV 36 f. 241-241v, min., ASV Epist. ad Princ. 25 f. 144-145v, reg.; ed. Lukács: Monumenta III n. 287 p. 763-765, Veress: Documente III n. 181 p. 274-276.*

integritatem, prudentiam perspectam habemus. Instant comitia[3], cupimus, ut princeps ita se in illis gerat, ut omnes intelligant ipsum esse animo et voluntate cum Sancta et Apostolica Sede coniunctissimum. Quae res Stephano, Poloniae regi[4], et[a] immortalem gloriam peperit et ea attulit ab hac Sancta[a] Sede, quae ei adiumento, ornamento atque amplitudini esse potuerunt; eadem quoque ex hac coniunctione hoc tempore existent ac praeterea totius provinciae salus, siquidem senatores illi eo animo fuerint, quo maxime speramus, quam quidem ad rem multum valebit auctoritas principis. Atque haec Attilii mittendi causa est. Caetera ex ipso cognosces eiusque verbis fidem tribues[5]. Datum [b-]Romae apud S. Petrum etc., die 10 martii 1592, anno primo[-b].

Ant[onius] Buccapad[uliu]s

[a] *suprascriptum* [b-b] *sic in praecedente minuta manuscripti, i.e. in brevi Clementis VIII Sigismundo Báthory principi dato (ASV Arm. XLIV 36 f. 275),* ut supra *min.*

N. 13

Clemens VIII, pontifex maximus, Ioanni Zamoyski, cancellario Regni

Romae, 10 III 1592

Significat Attilium Amalteo e Transilvania redeuntem has litteras una cum salutatione sua ei porrecturum esse eumque docturum se ipsum exspectare causam religionis catholicae tum in Polonia cum in Transilvania, secundum ea, quae Stephanus Báthory rex ei commendaverit, ab eo provectum atque promotum iri.

---

[3] *Quae comitia partialia Albae Iuliae in diem 19 IV 1592 sunt convocata (Szilas 43; Veress: Erdélyországi 1 ann. 2).*

[4] *Stephanus Báthory, 27 IX 1533 - 12 XII 1586, princeps Transilvaniae ab a. 1571, rex Poloniae et magnus dux Lithuaniae ab a. 1576.*

[5] *Hoc breve aliaeque etiam litterae credentiales et commendaticiae Attilio Amalteo confectae, quae Ioanni Zamoyski cancellario et Sigismundo III regi, inter alios, inscriptae sunt (vide N. 13 et 14), conscriptae sunt secundum instructionem a card. Ptolomaeo Galli Antonio Boccapaduli, secretario brevium ad principes, datam, s.l.d. (Romae, terminus ad quem statuitur ex die 10 III 1592):* — — Breve al cardinale Batori et altri due a' suoi fratelli *(Balthassar et Stephanus Báthory)* medesmamente di credenza in Atilio Amaltheo, con toccargli brevissimamente il desiderio di S.S[tà] che riviva, per sincero studio loro verso la religione cattolica, più che mai il buon nome che per questo acquistò Stefano re, lor zio, laonde anco da questa sede provò con fatti quanto ella fu pronta a compiacerlo, honorarlo et aiutarlo in ogni cosa possibile. — — Breve al sig. cancelliere di Polonia. Che potendo essere che Atilio Amaltheo, nel suo ritorno, passasse per Polonia, S.S[tà] gli ha commesso che lo saluti et benedica, et gli dica quanto S.B[ne] speri che in ogni occorrenza egli haverà a memoria di adempire quell'istesso di che Stefano re lasciò executore il cancelliere per promovere la religione cattolica non solo in Polonia, ma anco in Transilvania. Breve al re di Polonia in semplice credenza de l'Amaltheo *(ASV Arm. XLIV 36 f. 273-273v, or.).*

Min.: ASV Arm. XLIV 36 f. 276.
Reg.: ASV Epist. ad Princ. 25 f. 154v.
Cop.: BAV Ottob. Lat. 2419 f. 48v.

Dilecte fili nobilis vir, salutem etc. Reddet N^{ti} T. has literas $^{a-}$e Transsilvania rediens^{-a} dilectus filius Attilius Amaltaeus, nobis ob spectatas virtutes in primis carus, eamque, quam ascribimus, salutem dicet etiam coram nostris verbis, simulque exponet, quantum tribuamus eximiae virtuti et pietati tuae quamque speremus fore, ut ea efficias, quae Stephanus rex tibi tantopere commendavit de catholica religione tum in Polonia tum in Transsilvania propaganda. Hac in spe acquiescimus. Deus benedictus foveat te semper sua gratia cumuletque omnibus bonis[1]. Datum ut supra[2].

Ant[onius] Buccapad[uliu]s

$^{a-a}$ *suprascriptum*

N. 14

Clemens VIII, pontifex maximus, Sigismundo III, regi Poloniae

Romae, 10 III 1592

Attilium Amalteo has litteras ei porrecturum commendat.

Min.: ASV Arm. XLIV 36 f. 276.
Reg.: ASV Epist. ad Princ. 25 f. 154v–155.
Cop.: BAV Ottob. Lat. 2419 f. 48v–49.

Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Dedimus has literas ad M^{tem} T. dilecto filio Attilio Amaltaeo, viro insigni pietate et fide praedito. Ei etiam mandavimus, quae exponi vellemus. Cupimus, ut eius verbis fidem tribuas. Deus benedictus augeat te sua gratia cumuletque omni felicitate[1]. Datum ut supra[2].

Ant[onius] Buccapad[uliu]s

---

[1] *Cf. N. 12 ann. 5.*
[2] *Vide datum in N. 12.*
[1] *Cf. N. 12 ann. 5.*
[2] *Vide datum in N. 12.*

N. 15

Card. Georgius Radziwiłł Clementi VIII, pontifici maximo

Venetiis, 12 III 1592

Rogat, ut Ludovico Molino dotum atque virtutum, quas ei exponit, ratione habita vacantem episcopatum Bergomensem conferre velit.

Or.: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 52–52v, in dorso (f. 60v) alia manu: fu risposto a 25 di marzo '92.
Summ.: B. PAN Kr. 8410 (TR 70) f. 1.

Havendo hora la S^{tà} V. da provedere a la chiesa di Bergamo di pastor tale che possa con la bontà de la vita et auttorità accrescere il servitio del Signor Dio in quella città, io, per sodisfare al debito de la conscienza mia, che è di procurare il benefitio publico, piglio ardir, con quella riverenza che io devo, di mettere in consideratione a la S^{tà} V. soggetto di molto merito che è mons. Molino[1]. Io giudico veramente che questo prelato possa esser di grandissimo servitio in quel loco non solo per la nobiltà del sangue, vita esemplare et prudenza che mostra in ogni occasione, ma in particolare perché havendogliene io parlato di questo et esortatolo ad attenderci, egli s'è mostrato tanto modesto in desiderarlo che a me pare che per questa attione sola meriti di essere anteposto a molt'altri. Intendendo per ciò io di procurare il benefitio di quella chiesa col ricordar riverentemente a la S^{tà} V. la persona sua, la supplico humilissimamente che lei resti servita d'honorarlo con questa vacanza, assicurandola che ella provederà con molto frutto a' bisogni di quella chiesa. Intorno a ciò non mi par necessario l'allungarmi in altro, perché conoscendo la S^{tà} V. l'honorate qualità di esso, mi giova il credere che lei si degnerà farmi questa gratia, la quale riceverò come collocata in me medesimo. Et a la S^{tà} V. bascio humilissimamente i santissimi piedi.

---

[1] *Ludovicus Molino, ob. 1604, Venetus, utriusque Signaturae referendarius, aepus Iadrensis (Zadar) a 6 XI 1592, epus Tarvisinus a 13 XI 1595 (HC III 215, 309; HC IV 207, 329). Card. Georgius Radziwiłł in litteris Venetiis die 13 III 1592 datis card. Francisco Sforza precem adhibuit, ut apud summum pontificem pro Ludovico Molino intercederet, quo dignitas episcopi Bergomensis in eum conferretur:* —— Per facilitare il negotio, vedo che l'auttorità di V.S.Illma mi può favorir principalmente; onde desiderando io che habbia effetto, ho voluto supplicarla humilmente, come fo con la presente, che essendo il sudetto *(Molino)* tanto principale e per bontà di vita, et per la prudenza che egli mostra in ogni sua attione, ella si degni favorirmi de l'intercessione sua appresso N.S. per la gratia di questa vacanza ne la persona di esso. —— *(ASV SS Cardinali 3 f. 52, or.). Cf. epistulas Ludovici Molino Venetiis die 14 III 1592 scriptas ad Ferdinandum I, magnum ducem Etruriae (AS Firenze AMP 832 f. 101, aut.), et ad Belisarium Vinta, primum eius secretarium (ib. f. 104, aut.:* —— Se il sig. cardinale Radzivil non mi havesse fermato col suo arrivo qua, sarei già partito per Roma; mi tratterrò finch'io senta spedito il negotio delle due chiese vacanti Zara e Bergamo, la prima non era punto desiderata da me. ——*).*

N. 16

Facultates card. Georgio Radziwiłł, legato a latere apud Sigismundum III, regem Poloniae, a Clemente VIII, pontifice maximo, nominato et in Poloniam missuro, concessae

Romae, 14 III 1592

Clemens VIII card. Georgium Radziwiłł legatum a latere ad regem Sigismundum III Regnumque Poloniae destinat, ut caerimoniae nuptiarum inter praefatum regem et archiducissam Annam Austriacam celebrandae praesit eique sequentes facultates concedit: omnes institutiones et personas ecclesiasticas visitandi et — iuxta statuta Concilii Tridentini — reformandi, corrigendi et ad honestum atque debitum modum vitae revocandi; omnes excessus in causis criminalibus et civilibus, beneficialibus et matrimonialibus, quae ad iurisdictionem ecclesiasticam spectent — etiam per viam appellationum — iudicandi; poenas ecclesiasticas apponendi et relaxandi, auxilium brachii saecularis invocandi, causas iudicandas committendi et iuramenta relaxandi; homicidas, sacrilegos, simoniacos, periuros, eos, qui bellis interfuerint, clericorum (non tamen episcoporum) percussores, eos, qui horas canonicas non dixerint, qui intra tempus a iure statutum se ad sacerdotium promoveri non fecerint, eos, qui beneficia ecclesiastica indebite detinuerint et eorum fructus illicite perceperint, adulteros, incestos, fornicatores, documentorum apostolicorum falsarios, usurarios, raptores, incendiarios, apostatas (in sinum Ecclesiae reditos) et alios in omnibus aliis casibus, etiam Sedi Apostolicae reservatis, absolvendi; super irregularitatibus ad ordines sacros et beneficia ecclesiastica dispensandi; quibusvis idoneis, ut ad ordines presbyteratus extra tempora a iure statuta, etiam ab alio antistite, promoveri possint, permittendi; cum personis defectu membrorum laborantibus, ut pariter sacros ordines, beneficia et dignitates ecclesiasticas suscipere possint, dispensandi; ab impedimentis matrimonialibus dispensandi et prolem illegitimam legitimandi; resignationes quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum admittendi; uniones, annexiones incorporationesque dissolvendi; beneficia vacantia conferendi; monasteriis vacantibus de abbatibus et abbatissis providendi, necnon regularia beneficia commendandi; ad prosecutionem sententiarum resignatarios admittendi et ad ulteriorem exsecutionem procedendi; iuri patronatus derogandi; quascumque reservationes, uniones, annexiones, incorporationes, coadiutorias conferendi, necnon facultates et mandata, etiam a Sede Apostolica concessa, suspendendi; dignitates atque beneficia ecclesiastica, nosocomia, confraternitates, monasteria erigendi et instituendi; ius patronatus concedendi; uniones, annexiones, incorporationes, translationes, dismembrationes et alias dispositiones bonorum ecclesiasticorum faciendi ac statuta et ordinationes condendi; bona immobilia ecclesiastica permutari, vendi aut in emphiteusim dari licentiam concedendi aut iam concessam approbandi atque confirmandi; canonicis litterarum studiis deditis permittendi usque ad biennium fructus beneficiorum illorum percipere eisdemque concedendi, ut in studiis iuris civilis usque ad biennium versen-

tur et ad gradus omnes academicos promoveantur; protonotarios apostolicos, comites palatii et aulae Lateranensis militiaeque auratae milites nominandi; in locis interdicto appositis Missas celebrari (ianuis clausis) permittendi; indulgentias 10 annorum et 10 quadragenarum omnibus vere poenitentibus et confessis, qui in die festo ecclesiam visitaverint ac pro unione principum et fidei propagatione praecaverint, impartiendi; vota (exceptis votis peregrinationis ultramarinae, visitationis liminum beatorum Petri et Pauli apostolorum, S. Iacobi de Compostella, castitatis et religionis) in alia pietatis opera commutandi; personis aegrotantibus ieiunia relaxandi; personis ecclesiasticis facultatem concedendi, ut bonis ecclesiasticis libere disponant; tempus praefixum exsecutoribus ultimarum voluntatum prorogandi easque piorum usuum causa commutandi; ad praedictarum gratiarum effectum consequendum quascumque personas a poenis absolvendi; commissarios pro decretorum legati exsecutione delegandi et mandata decernendi; contra haereticos et schismaticos actionem intendendi, eos capiendi et in carcerem coniciendi, tormentis subiciendi, testes indagandi; inoboedientes puniendi; ordinarii vel eius officialis aut delegati super hoc capituli (sede episcopali vacante) auxilio utendi et personas idoneas subdelegandi ad negotia varia expedienda; haeresis fautores vel suspectos, suos errores recognoscentes et de illis dolentes, necnon bona ecclesiastica occupantes, si de illis restitutionem fecerint, absolvendi et in sinum Ecclesiae recipiendi; cum clericis a suorum ordinum ante aut post lapsum in haeresim susceptorum exsecutione suspensis dispensandi et illos in pristinum statum restituendi; principibus et aliis illustribus personis Missam in oratoriis privatis celebrari licentiam concedendi. Postrema litterarum parte tempus eius legationis atque supradictarum facultatum adhibendarum instituitur.

Min.: ASV Sec. Brev. 365 f. 299–309, titulus: Facultates cardinalis Radzivilii Polon[iae] legati, martii 1592, *in angulo laevo supero ante textum nomen subscriptum:* M[arcellus] Vestrius Barbianus.

Cop.: BAV Barb. Lat. 2412 f. 101–104v (continet summaria et excerpta facultatum card. Georgii Radziwiłł, quorum textus totus legitur in copia facultatum generalium card. Ludovico Madruzzo die 5 III 1582 concessarum, cum legatus ad Rudolphum II imperatorem et comitia Imperii Augustae Vindelicorum convocata factus esset, ib. f. 74v–86, 88v–89v).

Clemens, episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio nostro Georgio tituli S. Sixti praesbitero cardinali Radivilio nuncupato, ad Charissimum in Christo filium nostrum Sigismundum, Poloniae regem Ill[rem], universumque Regnum Poloniae ac omnes illius provincias, dominia, civitates, oppida et terras eorumque necnon illis adiacentia, et quaecunque alia loca, ad quae durante causa et occasione infrascripta te declinare contigerit, nostro et Sedis Apostolicae de latere legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Quanto desiderio flagremus Romanam Ecclesiam, cui Deus nullis nostris meritis, sed sola dignatione sua nuper nos praeesse voluit, in nobilissimo Poloniae Regno tuendi catholicamque fidem ibidem confirmandi et propagandi, ea,

quae a nobis in idem regnum, dum cardinalatus honore fungeremur[1], profecta sunt studia et officia, necnon paterna nostra pietas et charitas, qua animo et mente illud adhuc complectimur, satis, ut credimus, ostendunt. Impositi tamen nobis muneris partes esse arbitrati sumus hoc tempore, quo scilicet matrimonium, quod inter Charissimum in Christo filium nostrum Sigismundum, eiusdem Regni Poloniae regem Ill^rem^, et Dilectissimam in Christo filiam nobilem mulierem Annam, bonae memoriae Caroli archiducis Austriae natam, Deo dante stabilitum fuit eoque[a] annuente celebrandum et contrahendum est, unde catholicam fidem et publicam tranquillitatem in eodem regno maxime stabiliri et augeri debere valde in Domino confidimus, te, qui honorabile Sedis Apostolicae membrum existis et quem ob singularem fidem, prudentiam, pietatem, vitae integritatem, necnon generis nobilitatem caeterasque animi et corporis dotes magni semper fecimus, ad parem erga idem regnum voluntatem significandam nostrum et Sedis Apostolicae legatum de latere ad praedictum Sigismundum regem in eodem regno, donec nimirum matrimonium praedictum per eosdem Sigismundum regem et Annam sponsam contractum et per te auctoritate nostra de more benedictum fuerit, destinare et quamprimum mittere decrevimus. Habita igitur cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. cardinalibus deliberatione matura de eorum omnium consilio, te ad [b-]eundem Sigismundum regem Regnumque Poloniae[-b] ac etiam quaecunque alia regna, provincias, dominia, civitates, oppida, terras et loca, per quae [b-]dum in itinere eadem Anna sponsa ad idem Poloniae Regnum adducetur[-b], te transire, aut ad quae pro huiusmodi matrimonio contrahendo te prout opus esse iudicaveris, accedere aut alias declinare contigerit, nostrum et Sedis Apostolicae de latere legatum tamquam vere angelum pacis in Dei nomine auctoritate apostolica tenore praesentium mittimus, constituimus et deputamus, persuasum certumque habentes te munus hoc, quod commisso plene legationis officio tibi harum serie deferimus, pro summa tua in Deum pietate Sanctamque hanc Sedem reverentia et erga totam Romanam Ecclesiam voluntate ita executurum, ut ex hoc opere divina largiente misericordia optatos fructus percepturi et labores virtutemque tuam novis laudibus cumulaturi simus.

Caeterum, ut commisso tibi legationis huiusmodi officio efficacius intendere et erga regnorum, provintiarum, dominiorum, civitatum, oppidorum et locorum praedictorum ac alias personas ad te undecunque confluentes, ubicunque domicilium habuerint et undecunque originem trahant, necnon familiares, continuos comensales tuos te utilem, gratiosum et benignum reddere possis:

1[c]. [b-]Circumspectioni tuae per te vel alium seu alios[-b] viros probos et idoneos patriarcales, primatiales, metropolitanas et alias cathedrales ac collegiatas et parrocchiales ecclesias, necnon monasteria tam virorum quam mulierum, prioratus, praeposituras et loca saecularia, etiam Cluniacensis, Cisterciensis, Praemonstratensis ac quorumvis aliorum ordinum, etiam mendicantium, regularia, necnon hospitalia, etiam exempta dictaeque sedi immediate subiecta vel quocunque alio privilegio suffulta, eorumque capitula, conventus, universitates, collegia

---

[1] *Vide N. 6 ann. 2.*

et personas tam saeculares quam regulares, et, ut praedicitur, exemptas et subiectas, quoties tibi videbitur, apostolica auctoritate visitandi[d] aut in illorum statum, formam, regulas, instituta, regimen, statuta, consuetudines, vitam, ritus, mores et disciplinam, tam coniunctim quam divisim aut tam in capite quam in membris, diligenter inquirendi.

2. Necnon[d] evangelicae et apostolicae doctrinae sacrorumque canonum et generalium conciliorum decretis ac sanctorum patrum traditionibus atque institutis inhaerendo, et alias prout occasio rerumque qualitas exegerit, quaecunque mutatione, correctione, emendatione, revocatione et renovatione vel etiam ex integro editione idigere cognoveris, reformandi, mutandi, corrigendi et etiam de novo condendi, condita sacris canonibus non repugnantia confirmandi; abusus quoscunque tollendi, regulas, institutiones, observationes et ecclesiasticam disciplinam, ubicunque illae exciderint, modis congruis restituendi et reintegrandi; praedicti Concilii Tridentini decreta, ubi nondum introducta sunt, proponendi et custodiri praecipiendi.

3. Ipsasque[d] personas tam saeculares quam regulares, etiam exemptas, ad debitum et honestum vitae modum revocandi, et quicquid statueris et ordinaveris, perpetuo observari faciendi.

4. Contra[d] inoboedientes ac etiam contra falsarios, usurarios, raptores, incendiarios et alios criminosos et delinquentes quoscunque, etiam exemptos, eorumque fautores et receptatores, cuiuscunque dignitatis, ordinis et conditionis fuerint, per viam accusationis et denuntiationis et etiam ex officio, etiam summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, inquirendi et procedendi reosque, prout canonicae requirunt sanctiones et alias tibi videbitur expedire, puniendi.

5. [b-]Necnon horum[-b] criminum et beneficiales et matrimoniales et quascunque alias causas ecclesiasticas, prophanas, civiles, criminales et mixtas, ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, sine praeiudicio ordinariorum quoad causas huiusmodi in prima instantia coram eis iuxta eiusdem Concilii Tridentini decretum, ubi illud receptum et in usu est, cognoscendas, tam per viam simplicis querelae quam etiam quarumcunque appellationum a quibuscunque iudicibus ordinariis et etiam a sede praedicta delegatis interpositarum et dicta durante legatione interponendarum motas et inchoatas ac interim movendas cum omnibus earum incidentibus, dependentibus, emergentibus annexis et connexis, etiam summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, sola veritate inspecta terminisque substantialibus unico contextu vel etiam non servatis, sed illorum loco praefixo termino arbitrio tuo procedendi, audiendi et fine debito terminandi.

6. [b-]Et ad hunc[-b] caeterorumque contingentium effectum quoscunque etiam per edictum publicum, constito prius etiam summarie et extraiudicialiter de non tuto ad illos accessu, citandi et monendi eisque ac etiam quibusvis iudicibus caeterisque personis, quibus et quoties opus fuerit, etiam per simile edictum ac etiam sub censuris et poenis ecclesiasticis, necnon pecuniariis tuo vel delegatorum tuorum arbitrio moderandis et applicandis inhibendi.

7. [b-]Ac contra[-b] inoboedientes et rebelles quoscunque censuras et poenas praedictas etiam iteratis vicibus aggravandi, interdictum ecclesiasticum apponendi et relaxandi auxiliumque brachii saecularis invocandi, seu causas ipsas alii vel aliis idoneis forma et modo praemissis ac cum simili vel limitata potestate pariter audiendas et terminandas delegandi; quascunque personas adversus sententias, res iudicatas et contractus quoscunque, prout iuris fuerit, in integrum restituendi; iuramenta quaecunque, ad effectum agendi duntaxat, quibuslibet relaxandi; quoscunque a quibusvis censuris et poenis simpliciter vel ad cautelam, prout iuris fuerit, absolvendi.

8. Praeterea[d] quoscunque ad te recurrentes, qui homicidium, etiam voluntarium, necnon sacrilegium, symoniam et periurii reatum quomodocunque commiserint, qui bellis interfuerint, qui manus violentes in clericos et praesbiteros, non tamen episcopos, iniecerint et qui ratione beneficiorum ecclesiasticorum per eos obtentorum horas canonicas non dixerint et intra tempus a iure statutum vel fundatione aut alias requisitum se ad sacerdotium promoveri non fecerint, quive beneficia ecclesiastica contra constitutionem felicis recordationis Ioannis papae XXII[2], praedecessoris nostri, quae incipit Execrabilis[3], aut alias indebite detinuerint, etiam si ipsi ac etiam alii quicunque ex aliis quibuscunque causis fructus ecclesiasticos indebite et quomodocunque perceperint.

9. [b-]Et praeterea[-b] eos, qui adulterium, incestum, sacrilegium, fornicationem et aliud quodcunque peccatum carnis perpetraverint. Necnon literarum et supplicationum apostolicarum falsarios, usurarios, raptores, incendiarios et aliorum quorumcunque criminum ad forum ecclesiasticum pertinentium reos, tam clericos quam laicos, si hoc a te humiliter petierint; homicidas voluntarios videlicet ac in susceptis ordinibus symoniacos clericos, eis ab altaris ministerio perpetuo suspensis, alios vero symoniae labe occasione beneficiorum infectos beneficiis ipsis prius realiter dimissis, et qui fructus ecclesiasticos indebite perceperint, illis pro facultate impetrantium arbitrio tuo ecclesiis et locis, unde profecti sunt, restitutis vel in pauperes erogatis, vel etiam ipsis impetrantibus in toto vel in parte remissis.

10. [b-]Necnon apostatas[-b], postquam ad ovile redierint, vel, si necessitas aut utilitas postulaverit, ad alios ordines pares vel strictiores transierint.

11. [b-]Et prorsus quoscunque[-b] alios in omnibus et quibuscunque aliis casibus, etiam dictae sedi reservatis, non tamen alias contentis in literis die Coenae Domini legi consuetis[4], necnon excommunicationis aliisque sententiis, censuris et poenis ecclesiasticis et temporalibus, quas propterea quomodolibet incurrerint, etiam in utroque foro, absolvendi.

---

[2] *Ioannes XXII (Iacobus Hermannus Duèse), ob. 4 XII 1334, summus pontifex a 7 VIII 1316.*

[3] Extravagantes tum viginti d[ni] Ioannis papae XXII, tum communes suae integritati restitutae, *tit. 3:* De praebendis et dignitatibus *(19 XI 1317), Richter col. 1123–1125.*

[4] *Bulla „In Coena Domini", elenchus excommunicationum a summo pontifice solum adhibendarum in forma bullae confectus, qui quotannis feria quinta Hebdomadae Maioris promulgari et ab a. 1511 fidelibus recitari solebat. Originalis bulla huius generis die 26 III 1592 edita* (Pastoralis Romani pontificis vigilantia*) in ASV Instr. Misc. 4061 asservatur.*

12. [b-]Ac cum eis et[-b] prorsus cum quibusvis aliis clericis et personis ecclesiasticis super quacunque irregularitate per eos, non tamen occasione homicidii voluntarii vel bigamiae, quomodolibet contracta, etiamsi ipsi censuris huiusmodi ligati Missas et alia divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebraverint vel alias sese divinis immiscuerint, ita ut nondum promoti omnes etiam sacros et praesbiteratus ordines suscipere et tam ipsi quam alii in susceptis, etiam in altaris ministerio ministrare et quaecunque et qualiacunque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura qualitercunque qualificata, quae tamen plura non sint, quam quae a Concilio Tridentino permittuntur, recipere illaque et per eos obtenta retinere libere et licite valeant; ac super male ablatis et retentis incertis facta prius, si et prout fieri poterit, debita satisfactione dispensandi. Ac ab eis aliisque praedictis omnem inhabilitatis et infamiae maculam sive notam contra eos insurgentem penitus abolendi et in pristinum statum restituendi.

13. [b-]Ac quibusvis in[-b] aetate legitima constitutis et alias idoneis, ut ad omnes *[ss]*, et qui competenter beneficiati fuerint vel etiam ubi ecclesiarum et locorum necessitas aut utilitas id suaserit, ad titulum patrimonii, etiam ad sacros et praesbiteratus ordines a suo ordinario in unitate fidei et dictae sedis oboedientia persistente, vel cum eiusdem aut vicarii sui dimissoriis literis alioquin a quocunque alio malueri[n[e]]t catholico antistite, gratiam et communionem dictae sedis habente, extra Romanam curiam et in propria diocesi residente, etiam quoad sacros ordines quibusvis tribus dominicis vel aliis festis diebus, etiam extra tempora a iure statuta; [b-]ac etiam quibusvis aliis iuxta canonicas sanctiones qualificatis earum civitatum et diocesium, in quibus similes antistites non fuerint, ut pariter, dummodo vicinioris ordinarii catholici testimonio vita, mores et natalium legitimitas[f] eorum commendentur, a quocunque alio voluerint catholico antistite clericali caractere insigniri et ad omnes etiam sacros et praesbiteratus ordines, ut praedicitur[-b], promoveri et in illis sic promoti etiam in altaris ministerio ministrare possint, licentiam tribuendi.

14. [b-]Insuper cum corpore[-b] vitiatis, dummodo tanta non sit deformitas, quae divinis praestet impedimentum aut scandalum in populo generet, ut pariter ad omnes etiam sacros et praesbiteratus ordines promoveri, ac quaecunque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, etiamsi parrocchiales ecclesiae vel earum perpetuae vicariae, aut canonicatus et praebendae, dignitates, personatus, administrationes vel officia in cathedralibus etiam metropolitanis vel collegiatis ecclesiis, et dignitates ipsae in cathedralibus etiam metropolitanis, post pontificales maiores, vel collegiatis ecclesiis huiusmodi principales fuerint, si eis alias canonice conferantur aut eligantur, praesententur vel alias assumantur ad illa et instituantur in eis, recipere et, dummodo plura simul non sint, quam quae a concilio praedicto permittuntur, retinere.

15. [b-]Ac etiam cum quibusvis[-b] personis tertio seu tertio et quarto a communi stipite, ac quarto etiam duplicibus vel multiplicibus consanguinitatis vel affinitatis gradibus invicem coniunctis vel sese attinentibus, videlicet si vir vel alius aliter non obligatus mulierem nullam dotem habentem dotare aut vir ipse eam cum dote minus competenti ducere voluerit, seu si locus angustus et contrahere volentes aut nobiles aut illic principales fuerint, seu quia ipsi in civitatibus seu

oppidis insignibus primarii paris conditionis personas invenire nequiverint, vel ubi mulier in proprio castro vel loco virum sibi non attinentem, cui honeste nubere possit, minime invenerit, et si extra nubere cogeretur, dotem ad id in bonis stabilibus competentem non habuerit, ac etiam pro sedandis inimicitiis utriusque parentum, fratrum, cognatorum vel affinium ante contractum matrimonii aut ex alia causa intercedentibus, et pace ineunda aliosque huiusmodi casus et aliis quibuscunque causis, quae tibi videbuntur, etiam sine earum expressione et pro tuae voluntatis libito, et simili modo in publica honestate iustitiae, ubi solum sponsalia intercesserunt, et cognatione spirituali, non tamen inter levatum et levantem, ut matrimonium inter se contrahere et in facie Ecclesiae solemnizare, ac postquam [b-]contractum fuerit, in eo remanere.

16. Ac[-b] pariter cum iis, qui huiusmodi impedimentis non obstantibus illud tam scienter quam [b-]ignoranter contraxerint, et cum iis, qui per[-b] fornicationem aut adulterium se polluerint, dummodo in mortem defuncti coniugis quicquam eorum neuter machinatus fuerit, et etiamsi tales illud carnali copula consumaverint prolemque exinde susceperint, ipsos ab incestu[s[e]] reatu et excommunicationis aliisque censuris ecclesiasticis in forma Ecclesiae consueta, iniuncta inde eis pro modo culpae poenitentia salutari et aliis, quae de iure fuerint iniungenda, absolvendo, ut etiam matrimonium de novo inter se contrahere et, ut praedicitur, solemnizare ac pariter in eo remanere libere et licite valeant, dispensandi prolemque exinde susceptam et suscipiendam legitimam decernendi atque nunciandi.

17. [g-]Ad haec resignationes quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura et sine cura, saecularium, necnon Cluniacensis, Cisterciensis, Praemonstratensis, Grandimontensis[5], Fontisebrandi[6] et quorumcunque[h] aliorum ordinum regularium intra limites tuae legationis consistentium, etiamsi saecularia, dignitates, canonicatus, etiam praebendae, personatus, administrationes vel officia in cathedralibus etiam metropolitanis, post pontificales maiores, vel collegiatis ecclesiis huiusmodi principales, aut parrocchiales ecclesiae vel earum perpetuae vicariae, regularia vero beneficia huiusmodi, prioratus, etiam conventuales et electivae praepositurae, praepositatus, dignitates, personatus, administrationes et officia, etiam curata et electiva aut de iure patronatus laicorum vel eorum et[i] [ec[j]]clesiasticorum mixtim, et alias qualitercunque qualificata aut etiam dispositioni apostolicae specialiter vel generaliter reservata vel affecta; et cuiuscunque annui valoris illorum fructus, redditus et proventus fuerint, simpliciter vel ex causa permutationis ac cessionis commendarum, necnon litis et causae beneficiorum tam in dicta curia quam extra eam litigiosorum ac iurium quorumcunque recipiendi et admittendi; causas desuper pendentes quoad ipsos cedentes tantum avocandi litesque huiusmodi penitus extinguendi.

---

[5] *Grandimontenses, ordo eremiticus Grandimonti (Grandmont) prope Lemovicum in Gallia saeculo XII fundatus.*

[6] *Congregatio Benedictina, cui exemplo fuit abbatia Fonte Ebraldi (Fontevrault-l'Abbaye) septentrionem versus a Pictavio saeculo XII ineunte condita.*

18. Uniones[d], annexiones incorporationesque ex causis, quae tibi iustae[i] videbuntur, dissolvendi.

19. [b-]Dictaque beneficia[-b], tam simpliciter quam ex causa permutationis, resignata per resignationem vel dissolutionem huiusmodi, ac quaecunque alia per obitum aut alias quibusvis modis et ex quorumcunque personis extra dictam curiam intra limites dictae legationis sive provinciae et locorum eiusdem, ad quae eundo et redeundo te declinare contigerit, vacantia, dummodo illa, quae per obitum vacaverint, ratione familiaritatis et continuae comensalitatis nostrae seu alicuius cardinalis viventis praedictae dispositioni reservata vel affecta non fuerint, personis idoneis conferendi ac de illis etiam providendi.

20. [b-]Monasteriis tam[-b] virorum quam mulierum ordinum quorumcunque legationis praedictae, quorum tamen virorum fructus, redditus et proventus ducentorum florenorum auri de camera[k], secundum communem extimationem, valorem annuum non excedant, nunc et pro tempore vacantibus, de abbatibus et abbatissis seu aliis praelatis providendi; seu monasteria et alia regularia beneficia huiusmodi commendari solita vel saltem commendis de illis antea ad vitam factis tunc cessantibus vacantia personis saecularibus per eas, quo ad[ministrave[l]]rint, vel ad tempus tenenda, regenda et gubernanda, ita quod liceat eis debitis et consuetis illarum supportatis oneribus de residuis illorum fructibus, redditibus et proventibus disponere et ordinare, sicuti illa in titulum pro tempore obtinentes de illis disponere et ordinare potuerunt seu etiam debuerunt, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium monasteriorum et beneficiorum regularium commendandorum praedictorum eis penitus interdicta, commendandi.

21. [b-]Et ad sententiarum rei[-b] iudicatae executorialium et censurarum per resignantes seu cedentes in auditorio causarum palatii apostolici seu alibi ubicunque habitarum prosecutionem illos, in quorum favorem resignaverint vel cesserint, admittendi seu admitti faciendi.

22. [b-]Et ad ulteriorem[-b] executionem usque ad realem paritionem contra quoscunque, etiam pontificali dignitate praeditos, procedendi.

23. [b-]Ac iuri patronatus[-b], etiamsi laicorum tantum etiam nobilium sit, ad titulum praemissorum et commendarum huiusmodi ea vice duntaxat pro medietate, et si ex causa permutationis fiant vel beneficia huiusmodi litigiosa fuerint, aut ius patronatus huiusmodi etiam patronis laicis tantum aliter quam ex fundatione vel dotatione competat seu laicorum et clericorum mixtim existat, in totum specialiter et expresse derogandi; necnon verum et ultimum vacationis modum, etiamsi ex illo quaevis generalis reservatio resultet, pro expresso habendi.

23[m]. [b-]Et ad effectum validitatis[-b] provisionum et commendarum per resignationem seu ex cessione iurium huiusmodi vacantium quascunque reservationes, uniones, annexiones, incorporationes, absque consensu coadiutorum deputationes, nominationes et nominandi, conferendi; et alias citra accessus et regressus facultates et mandata, etiam per nos et dictam sedem illiusque legatos quibusvis personis, ecclesiis, hospitalibus et locis, non tamen seminariis, sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis clausulis[n], necnon irritantibus et aliis decretis, etiam motu proprio et ex certa scientia deque apostolicae potestatis

plenitudine ac quacunque consideratione, intuitu et contemplatione factas et concessas et faciendas et concedendas, illorumque omnium vim et effectum quoad resignationes et cessiones in manibus tuis pro tempore faciendas duntaxat omnino suspendendi, et in huiusmodi vacatione effectum sortiri aut locum sibi vendicare non posse neque debere decernendi.

24. [b-]Ac in quibusvis[-b] cathedralibus etiam metropolitanis et collegiatis ecclesiis canonicatus et praebendas, dignitates, personatus, administrationes et officia, necnon monasteria tam virorum quam mulierum cuiuscunque ordinis et prorsus quaecunque alia beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, saecularia et regularia etiam, ut praedicitur, qualificata, cum omnibus iurisdictionibus et insignibus consuetis, etiam cum eo, quod in titulum perpetui simplicis beneficii ecclesiastici erigi nunquam possint, hospitalia, confraternitates et alia religiosa loca erigendi et instituendi, ac bona pro eorum dote assignandi, quae competens sit perpetuo applicandi et appropriandi.

25. [b-]Necnon in huiusmodi[-b] erectionibus duntaxat ius patronatus, etiam praesentandi ordinario loci personas idoneas ex fundatione vel dotatione duntaxat reservandi et concedendi.

26. [b-]Ac uniones[-b], annexiones, incorporationes, suppressiones, applicationes, translationes, separationes, dismembrationes et alias huiusmodi dispositiones beneficiorum ac bonorum et fructuum ecclesiasticorum, cum omnibus casibus Concilii Tridentini et alias prout tibi iuxta rerum et personarum exigentiam expedire videbitur, perpetuo vel ad tempus faciendi; ac quaecunque statuta et ordinationes licita et honesta ac sacris canonibus non contraria condendi[-g].

27. Praeterea[d] quibusvis personis, ecclesiis, capitulis, monasteriis, conventibus, confraternitatibus et locis [b-]dictae legationis[-b], ut bona immobilia monasteriorum, prioratuum, dignitatum et aliorum beneficiorum ac locorum ecclesiasticorum in evidentem illorum utilitatem vel necessitatem permutare seu vendere aut in emphiteusim, non tamen ultra tertiam generationem, concedere possint, licentiam concedendi, seu permutationes aut venditiones vel [con°]cessiones huiusmodi sic iam factas in forma consueta approbari et confirmari ac etiam quoscunque defectus in illis suppleri mandandi.

28. Necnon[d] quibusvis cathedralium etiam metropolitanarum et collegiatarum ecclesiarum canonicis, aut dignitates, personatus, administrationes, officia et alia beneficia ecclesiastica in eis, non tamen curam animarum parrocchianorum habentibus, infra trigesimum annum constitutis, ut literarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo et actu studendo omnes fructus, redditus et proventus suorum canonicatuum et praebendarum, dignitatum[p], personatuum, administrationum, officiorum et beneficiorum praedictorum usque ad biennium percipere cum ea integritate, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si praesentes interessent, et ad residendum interim apud illas minime teneantur, ita tamen ut intra primum annum dicti biennii ii saltem subdiaconi fiant, qui ratione suorum huiusmodi beneficiorum ad aliquem seu aliquos ex sacris ordinibus promoveri teneantur, eisdemque ut leges et alia iura civilia etiam in scholis publicis usque ad biennium audire, in illis versari et

studere et ad gradus omnes eius facultatis promoveri libere et licite valeant, indulgendi.

30[q]. [r-b-]Necnon ut[-b] virtute et meritis praestantes dignioris nominis titulo decorentur, viros aliquot, quos videris sive nobilitate sive gradu et doctrina ac moribus laudabiles, [b-]alios videlicet[-b] clericos in nostros et dictae sedis notarios, recepto prius ab eis solito iuramento, [b-]alios vero[-b] laicos in palatii et aulae nostrae Lateranensis comites, et alios auratae militiae milites cum insignibus debitis et consuetis factaque ab eis fidei professione iuxta formam novissime a sede praedicta propositam creandi, recipiendi et instituendi ac eos aliorum huiusmodi notariorum, necnon comitum et militum numero et consortio favorabiliter aggregandi; ipsisque etiamsi notarii habitum et rocchettum non ferant, nihilominus ut omnibus et quibuscunque privilegiis, honoribus, praerogativis, favoribus, gratiis et indultis aliis notariis etiam de numero participantium, necnon comitibus et militibus concessis, sine tamen praeiudicio dictorum notariorum de numero participantium et citra exemptionem a Concilio Tridentino sublatam, utantur, concedendi[-r].

31. Necnon[d] quibuscunque utriusque sexus ecclesiasticis et saecularibus, quos ad loca ecclesiastico interdicto et apostolica auctoritate supposita declinare contigerit, ut in eis, ianuis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis et interdictis prorsus exclusis[s], dummodo ipsi causam non dederint huiusmodi interdicto, nec eis id contigerit specialiter interdici, in sua et domesticorum familiariumque suorum praesentia celebrare et celebrari facere licite possint, facultatem tribuendi.

32. Postremo[d] omnibus utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui quascunque saeculares vel regulares ecclesias seu capellas una die et una vice tantum, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, in una vero vel duabus anni festivitatibus, duntaxat a primis vesperis usque ad secundas vesperas et occasum solis cuiusquam diei festi, visitaverint et pro unione principum ac fidei catholicae propagatione preces Altissimo effuderint, quo die festo id fecerint, decem annos et decem quadragenas et infra de iniunctis eis poenitentiis, seu quae merito iniungi debuissent, misericorditer in Domino relaxandi, ita ut relaxatio huiusmodi semel tantum pro una ecclesia vel capella fiat, et si pro duobus diebus festis concedatur triennium, pro uno vero festo concessa quinquennium tantum debeat perdurare.

33. Necnon[d] vota quaecunque, ultramarino, visitationis liminum beatorum Petri et Pauli apostolorum de Urbe, S. Iacobi in Compostella, castitatis et religionis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutandi.

34. [b-]Denique ut[-b] omnibus utriusque sexus personis ecclesiasticis et saecularibus, non tamen regularibus, ut propter adversam valetudinem et infirmitates ovis, butyro, caseo, lacticiniis et carnibus tam Quadragesimae quam aliis anni temporibus ac diebus, quibus horum usus prohibetur, secreto tamen et sine scandalo ac de utriusque medici consilio, uti et vesci licite possint, indulgendi.

35. [b-]Ac etiam[-b] [t-]omnibus et quibuscunque personis ecclesiasticis, etiam praelatis, ut de bonis et rebus ecclesiasticis iuxta formam in quinterno Cancella-

riae Apostolicae annotatam et usque ad summam inibi descriptam testari et disponere libere et licite valeant, facultatem concedendi[-t].

36. Tempus[d] quoque praefixum executoribus ultimarum voluntatum ad illas exequendum prorogandi, ipsasque ultimas voluntates in alios pios usus commutandi.

37. [b-]Et ut concessiones[-b], gratiae ac literae praedictae vigore praesentium concedendae sublatis obstaculis suum sortiantur effectum, quascunque personas, ad effectum omnium et singulorum praemissorum duntaxat consequendum, ab omnibus et quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati fuerint, dummodo in eis per annum non insorduerint, absolvendi et absolutos fore censendi.

38. Vicesque[d] tuas in praemissis sive universis sive singulis committendi; iudices, assistentes, commissarios et executores pro praedictorum et literarum tuarum executione et observatione delegandi; mandata, prohibitiones et monitoria, etiam sub censuris et aliis poenis praedictis caeterisque tibi bene visis remediis et etiam appellatione postposita, decernendi; ac omnia et quaecunque alia in praemissis et circa ea neccessaria et quomodolibet opportuna faciendi, dicendi et exequendi, etiam per alium seu alios.

39. [u-t-]Necnon ut contra quoscunque utriusque sexus tam laicos quam ecclesiasticos, saeculares et quorumvis, etiam mendicantium, ordinum et congregationum regulares, etiam in sacris et praesbiteratus ordinibus constitutos ac quaecunque, quotcunque et qualiacunque beneficia ecclesiastica obtinentes, etiam exemptos et dictae sedi immediate subiectos ac quocunque privilegio suffultos, Lutheranae aut quarumcunque aliarum haeresum vel opinionum a dicta fide alienarum sectatores, illasque tenentes sive sacrilegia haeresim sapientia committentes seu de iis diffamatos vel suspectos, aut schismaticos illorumque fautores ac illis auxilium vel consilium directe vel indirecte, publice vel occulte praestantes, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis et qualitatis fuerint et quacunque ecclesiastica seu etiam ducali vel potiori mundana dignitate vel excellentia praefulgeant[-t], necnon communitates civitatum ac universitates oppidorum, pagorum et locorum quorumcunque, etiam ex officio vel per viam accusationis, denunciationis, inquisitionis, investigationis seu requisitionis, etiam summarie, simpliciter et de plano ac sine ullo strepitu, ordine et figura iudicii, sed sola veritate inspecta, etiam ad diffinitivam sententiam illiusque executionem, et si oportuerit, clericorum, etiam in sacris et praesbiteratus ordinibus constitutorum, actualem degradationem rite faciendam ac demum curiae saeculari traditionem procedendi; ac ad praemissorum effectum illos et quoscunque alios monendi et citandi, etiam per edicta locis publicis affigenda, quae perinde illos arctent ac si personaliter eis intimata forent; arrestandique, capiendi et tutae custodiae atque carceribus a te eligendis ac vinculis quam arctissime, etiamsi magis ad poenam quam ad custodiam videantur, mancipandi; tormentisque et questionibus subiiciendi, necnon testes recipiendi et audiendi eorumque dicta et attestationes in scriptis redigendi; ac procuratorem fiscalem et notarios publicos aliosque officiales ad ea neccessarios et opportunos, etiam clericos, deputandi.

40. Contradictores[d] quoque et non parentes ac rebelles quoscunque opportunis remediis ac excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque sententiis, censuris et poenis, etiam per privationis et depositionis a quibuscunque dignitatibus, officiis seu beneficiis ecclesiasticis, inhabilitatisque ad illa et alia imposterum obtinenda, pecuniariis quoque tuo arbitrio imponendis et applicandis, etiam censuras easdem aggravando et reaggravando ac interdictum ecclesiasticum apponendo brachiumque saeculare, si opus fuerit, invocando compescendi et compellendi.

41. [b-]In omnibusque[-b] ordinarii loci, ad quem tamen etiam in casibus, in quibus de iure intervenire debet, adhibendum vel admittendum te teneri noluimus, vel eius officialis[v] aut sede episcopali vel archiepiscopali vacante capituli super hoc delegati industria et opera, si tibi videbitur, utendi ac ipsum ordinarium aut sede episcopali vacante capitulum ad unum vel plures vicarium seu vicarios, qui tibi in praemissis assistant, deputandum, etiam per similes sententias, censuras et poenas compellendi, unumque seu plures, quem, quos et quales duxeris eligendum et eligendos, cum simili vel limitata potestate subdelegandi, ac in toto vel parte ad libitum tuum, etiam in causis et negotiis per eos coeptis, revocandi et loco illorum alios substituendi, ac si illos recusari recusationemque huiusmodi admissibilem esse contingat, causam et causas desuper alicui seu aliquibus per eos cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas committendi, et si causae recusationum huiusmodi coram eis verificatae et probatae legitime fuerint, negotium huiusmodi alteri personae idoneae seu aliis personis idoneis, per quas decidi, terminari ac ad finem et effectum perduci debeant, demandandi.

41[m]. [b-]Necnon per[-b] te vel alium seu alios ad hoc specialiter a te deputandos omnes et singulos utriusque sexus in regnis, provinciis, dominiis, civitatibus, terris, oppidis et locis praedictis laicos videlicet, etiam ducali aut quacunque alia maiori dignitate et excellentia praefulgeant, clericos vero tam saeculares quam quorumvis ordinum regulares, etiam in sacris ordinibus constitutos cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, praeeminentiae et qualitatis existentes, non tamen episcopos et archiepiscopos, haeresum aut novarum contra fidem sectarum professores seu in eis culpabiles vel suspectos ac credentes, necnon receptatores vel fautores eorum, ex locis tamen, ubi haereses et schismata huiusmodi impune vigent, ad te recurrentes, nondum in iudicio delatos, accusatos neque inquisitos, suos errores recognoscentes et de illis dolentes, ad orthodoxam fidem redire postulantes et de cetero uti catholicos ac ipsius Sanctae Matris Ecclesiae filios vivere promittentes, dummodo relapsi non fuerint.

42. [b-]Et bona ecclesiarum[-b], monasteriorum et aliorum piorum locorum occupantes seu occupata detinentes, si debitam de illis restitutionem fecerint ac cognita in eis vera et non ficta aut simulata poenitentia[w] corde sincero, etiam fide non ficta, publice vel privatim coram notario publico et testibus dictas et omnes alias haereses, schismata et errores detestati fuerint, anathematizaverint et abiuraverint, ac praestito iuramento, quod talia deinceps non committent, nec committentibus praestabunt auxilium, consilium vel favorem, in sinum et gremium eiusdem Sanctae Matris Ecclesiae recipi et admitti humiliter petierint, ab

haeresis, schismatis et fidei apostasiae, necnon omnibus et quibuscunque per eos perpetratis peccatis, excessibus, criminibus et delictis haereses et apostasiam huiusmodi, necnon blasphemias et quoscunque contra fidem catholicam errores qualitercunque sapientibus, ac excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque sententiis, censuris et poenis ecclesiasticis et temporalibus, etiam corporis afflictivis et capitalibus in eos praemissorum occasione a iure vel ab homine promulgatis, etiamsi in sententiis et censuris per plures annos insorduerint illorumque absolutio nobis et praedictae sedi, etiam per literas die Coenae Domini legi consuetas, specialiter reservata existat, quorum omnium qualitates quantumcunque aggravantes et circumstantias praesentibus haberi volumus pro expressis in utroque foro in forma Ecclesiae consueta, iniuncta inde eis arbitrio tuo poenitentia[w] salutari, absolvendi et liberandi ac aliorum christifidelium numero aggregandi.

43. [b-]Necnon clericis[-b] saecularibus et regularibus, etiam in sacris et praesbiteratus ordinibus constitutis, his praesertim sacramentariis perpetuo vel ad tempus, de quo tibi bene visum fuerit, a suorum ordinum per eos tam ante quam post lapsum in haeresim huiusmodi susceptorum executione suspensis, demum alias suffragantibus meritis, cum illis ac etiam cum aliis laicis praedictis super irregularitate per eos, etiam quia alioquin sic ligati[x] Missas et alia divina officia celebraverint illisque se immiscuerint, et alias praemissorum occasione quomodolibet contracta, quodque praemissis non obstantibus ad huiusmodi ordines non promoti, ad illos promoveri, et tam illi quam alii promoti, ut praedicitur, in huiusmodi ordinibus, etiam in altaris ministerio, ministrare ac omnia et quaecunque alia sinceri et catholici clerici et sacerdotis officia facere et exequi, necnon beneficia ecclesiastica alias eis canonice collata seu commendata, etiamsi monasteria, prioratus, dignitates conventuales maiores et principales, personatus, administrationes et officia, etiam curata et electiva, in cathedralibus, etiam metropolitanis vel collegiatis, ecclesiis aut parrocchiales ecclesiae vel earum perpetuae vicariae aut alias qualitercunque qualificata fuerint, iuxta collationis, provisionis et commendae sibi de illis antea factarum continentiam et tenorem retinere libere et licite valeant, dispensandi, omnemque inhabilitatis et infamiae maculam sive notam contra eos circa praemissa quomodolibet insurgentem ab eisdem penitus abolendi ac illos in pristinum et eum, in quo ante praemissa eadem erant, statum plenarie restituendi, reponendi et reintegrandi.

44. Caeteraque[d] in praemissis et circa ea necessaria et opportuna faciendi et exequendi.

45. Praeterea[d] quibusvis principibus et aliis illustribus viris et mulieribus tibi bene visis earundem partium vel occasione infirmitatis seu alterius legitimi impedimenti Missam per sacerdotem idoneum saecularem vel cuiusvis ordinis regularem ab ordinario loci approbatum in oratoriis ad id designatis et ab ipso ordinario pro tempore visitandis et approbandis celebrari facere[-u] auctoritate apostolica praedicta tenore praesentium plenam et liberam facultatem concedimus et indulgemus.

Decernentes[d] te omnibus facultatibus et concessionibus praedictis, etiam cum derogationibus, suspensionibus, indultis irritantibus aliisque decretis et clausulis

necessariis et opportunis ac in literis apostolicis concedi et extendi solitis, eundo [y-]ac standо[-y] in quibuscunque [b-]partibus, regnis, provintiis, terris, civitatibus et[-b] locis huiusmodi[d], ad quae te declinare ac etiam morari contigerit, et cum personis illorum et alieniginis *[s]* undecunque ad te venientibus, necnon familiaribus tuis libere et licite uti possit.

Ac in concessionibus, [b-]provisionibus et aliis dispositionibus, etiam de beneficiis[-b], aliisque gratiis per te auctoritate praesentium tuaeque[d] legationis faciendis, soli narrativae tuae ac etiam solis concessionibus et literis tuis, absque alia praesentium insertione seu exhibitione aut notarii testiumve adhibitione, stari, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri. Sicque per quoscunque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores ac S.R.E. cardinales, in quavis causa et instantia, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, ubique iudicari et diffiniri debere; irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit, attentari.

[b-]Non obstantibus[-b] defectibus et aliis praedictis ac de certo notariorum numero, etiamsi ad illum nondum deventum sit, ac quorumcunque conciliorum universalium, provincialium et synodalium, necnon piae memoriae Bonifacii papae VIII[7], etiam praedecessoris nostri, etiam de una et de duabus dietis[8], aliisque apostolicis ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, necnon Cancellariae Apostolicae regulis, nullis prorsus exceptis, et quae sigillatim in quaque re exprimi et extendi possint, statutis quoque et consuetudinibus ecclesiarum, monasteriorum, capitulorum, conventuum, necnon universitatum[z], collegiorum, civitatum et locorum quorumcunque iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, etiamsi de illis servandis et non impetrandis literis apostolicis contra illa, et illis, etiam ab alio vel ab aliis, impetratis seu alias quomodolibet concessis non utendo, personae praestiterint eatenus, vel imposterum forsan praestari contigerit iuramentum; ac quibusvis privilegiis et indultis apostolicis generalibus vel specialibus Cluniacensis, Cisterciensis, Praemonstratensis et aliorum praedictorum caeterorumque ordinum, et alias in omnibus aliis, quae[w] praemissis quovis modo obstare videantur, quae quoad haec nullatenus cuiquam in aliquo suffragari volumus, hisque omnibus ac caeteris contrariis quibuscunque, ubi et quando expediet, secundum rei et casus exigentiam, in genere et in specie ac tam coniunctim quam divisim, prout tibi placuerit, valeas derogare et super eis indulgere.

Quodque[d] aliqui [t-]super provisionibus seu commendis sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dictae sedis vel legatorum eius literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum. Quibus omni-

---

[7] *Bonifacius VIII (Benedictus Caetani), ca 1235 - 11 X 1303, summus pontifex a 24 XII 1294.*

[8] Liber sextus decretalium d[ni] Bonifacii papae VIII suae integritati restitutus *(1298), Richter col. 893-1050 (lib. 1 tit. 14 cap. 15:* De officio et potestate iudicis delegati*).*

bus personas, in quarum favorem per te de beneficiis praedictis providebitur aut alias disponetur, in eorum assecutione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecu[a]tionem beneficiorum aliorum praeiudicium generari, seu si locorum ordinariis et collatoribus ac praedictis et quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint. Quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis, ad eorum collationem, provisionem, praesentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri seu commenda fieri per literas apostolicas, non facientes plenam ac expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et qualibet alia dictae sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam praesentibus, necnoc literis per te earundem vigore concedendis, non expressam vel omnino non insertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in eisdem[-t] literis mentio specialis. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis manu regentis cancellariae tuae ac sigillo tuo obsignatis, eadem illa prorsus fides in iudicio et extra illud ubique locorum adhibeatur, quae adhiberetur eisdem praesentibus, si essent exhibitae vel ostensae.

Utque legatio tua huiusmodi a die, quo dicta Anna sponsa ad Sigismundum regem iter arripuerit, donec matrimonium huiusmodi contractum et per te auctoritate nostra, ut praedicitur, benedictum fuerit, tantum perduret, qua absoluta praeinsertis facultatibus uti minime valeas. Datum Romae apud S. Petrum, anno incarnationis dominicae 1591, pridie idus martii, anno primo.

G[ulielmus] Prod[atariu]s[9] M[arcellus] Vestrius Barbianus

[a] *correctum ex* eodem [b–b] *subducta linea notatum* [c] *hic et numeri sequentes facultatum ascripti in margine* [d] *subducta linea notatum* [e] *omissum* [f] ligitimitas *min.* [g–g] *primae praecipue singulorum versuum partes subducta linea signatae* [h] *sequitur expunctum* beneficiorum ecclesiasticorum [i] *suprascriptum* [j] *macula* [k] *sequitur expunctum* non ex[cedant] [l] *solutio abbreviationis incerta* [m] *numerus repetitus* [n] *ascriptum eadem manu supra unum verbum penitus expunctum* [o] *suprascriptum* [p] dignitatuu[m] *min.* [q] *numerus 29 omissus* [r–r] *uncis quadratis circumdatum et signatum* [s] excluso *min.* [t–t] *primae partes singulorum versuum subducta linea signatae* [u–u] *linea secundum marginem laevum*

---

[9] *Gulielmus Bastoni (Bastone), 5 XII 1544 – 31 XII 1608, utriusque Signaturae referendarius ab a. 1570, prodatarius ab a. 1585, card. Hippolytum Aldobrandini in eius in Poloniam legatione annis 1588–1589 est comitatus, gubernator Urbis 24 IV 1591 – 4 II 1592, iterum prodatarius usque ad m. augustum medium a. 1592 munere aegroti datarii Lucii Sassi fungens, brevi post de hoc munere revocatus* (il papa per malissime sodisfattioni che ha di lui, havendolo scoperto apassionatissimo et interessatissimo, è risoluto di levarlo, ma viene sepellendo (come si suol dire) la sinagoga con dignità, *BAV Urb. Lat. 1060 f. 500, 15 VIII 1592), epus Papiensis a 30 IV 1593, nuntius extraordinarius in Hispania annis 1598–1599, nuntius et collector generalis in Regno Neapolitano die 1 XII 1605 deputatus (HC III 269, IV 273; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CLXXII sq.).*

signatum [v] officiali *min.* [w] *suprascriptum* [x] *sic cop.*, legati *min.* [y-y] *ascriptum supra expunctum* stando et redeundo [z] universitatuu[m] *min.*

N. 17

Card. Georgius Radziwiłł Clementi VIII, pontifici maximo

Venetiis, 14 III 1592

Significat se a Ioanne Zamoyski secretario, qui Romam gratulandum de eius ad summi pontificatus culmen electione missus est, litteras pro se a Sigismundo III rege datas accepisse de coadiutoria Gnesnensi in Ioannem Tarnowski vicecancellarium conferenda; se voluntatem eius hac in re accurate ac diligenter regi relaturum esse; alia negotia sibi a rege commissa supranominatum secretarium cum eo communicaturum esse.

Or.: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 53, in dorso (f. 59v) alia manu: fu risposto a 25 di marzo 1592.
Summ., Exc.: B. PAN Kr. 8410 (TR 70) f. 1.

A l'arrivo mio qua hebbi lettere dal Ser^mo^ di Polonia per mano del secretario Zamoski[1], il quale fu spedito da quella M^tà^ subito havuto l'aviso mio de l'esaltatione di V.S^tà^ a fin che le basciasse i santissimi piedi et si rallegrasse di cotesto così sublime grado d'honore, come ella si degnerà intendere dal sudetto secretario, che le presenterà anco questa. Mi scrive di nuovo S.M^tà^ che io procuri l'espeditione de la coadiutoria di Gnesna ne la persona del sig. vicecancelliere[2] et che io ne tratti con la S^tà^ V. Onde, non potendo io non esequire l'ordine de la M^tà^ S., ricordo riverentemente a V.B^ne^ questo negotio, in materia del quale non resterò di far col Ser^mo^ sudetto l'officio che lei s'è degnata commandarmi[3],

---

[1] *Ioannes Zamoyski, insigni gentilicio Grzymała utens, ob. 1614, secretarius regius ad Clementem VIII cum gratulationibus electionis eius causa missus Romam die 23 III 1592 advenit, post missionem expletam litteris passus die 9 aprilis confectis est instructus; abbas monasterii S. Adalberti ordinis S. Benedicti in arce Plocensi, aepus titularis Philippensis et suffraganeus Plocensis prov. 30 VIII 1595, aepus Leopoliensis prov. 4 II 1604 (BAV Urb. Lat. 1060 f. 181v, 25 III 1592; ASV Arm. XXXVIII 2 f. 9–9v, or., Sec. Brev. 190 f. 110, min., 9 IV 1592; Fokciński 134–136; HC IV 220, 279; Kieniewicz 66; Szostkiewicz 594).*

[2] *Iam documento die 22 IV 1591 Cracoviae confecto Sigismundus III rex licentiam dedit, ut Ioannes Tarnowski vicecancellarius ad coadiutoriam Gnesnensem promoveri posset, die autem 29 IV 1591 capitulum Gnesnense eum candidatum ad hanc dignitatem probavit. Eodem die Stanislaus Karnkowski, aepus Gnesnensis, praecepit, ut instrumento a notario confecto electio praefati vicecancellarii declararetur, et procuratores ad confirmationem eius Romae perficiendam designavit (Korytkowski: Arcybiskupi 481–485).*

[3] *Cf. breve Clementis VIII ad Sigismundum III Romae die 3 IV 1592 datum:* — — De coadiutoria Gnesnensi iam cogitavimus, quid fieri posse videatur, totaque de re cum dilecto filio nostro Georgio cardinale Radzivilio, cui etiam literas ad M^tem^ T. dedimus, locuti sumus. Caetera ex

et gliene darò ragguaglio in diligenza. Quel di più che mi occorreria scrivere a la S^tà V. per ordine del re, resterà ella servita d'intenderlo dal detto secretario, al quale mi rimetto. Et a la S^tà V. bascio humilissimamente i santissimi piedi.

N. 18

Card. Georgius Radziwiłł Clementi VIII, pontifici maximo

Venetiis, 14 III 1592

Eum rogat, ut Alexandro Zaroti, suo medico, quamprimum 200 scuti, ut promissum est, persolvantur.

Or.: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 54, in dorso (f. 58v) alia manu: fu risposto a 25 di marzo '92.
Summ.: B. PAN Kr. 8410 (TR 70) f. 1.

La gratia delli scudi ducento di pensione concessami dalla S^tà V. per il Zaroti[1], mio medico, mi è tanto a cuore che riputandola conferita nella mia propria persona et non intendendo l'essecutione di essa, non posso far di meno di non supplicarla di novo con grandissima istanza che per benignità sua si degni di commettere che sia quanto prima esequita, acciò che inanzi ch'io m'allontani molto da Italia, sia consolato con la nuova di questo favore appresso tanti altri fattimi dalla B^ne V.[2], alla quale bacio humilissimamente li santissimi piedi.

Zamoscio cognosces — — *(ASV Arm. XLIV 37 f. 12, min.).*

[1] *Alexander Zaroti (Zarotti), Venetus, a patre suo Octaviano commendatus a. 1591 in numero servorum card. Georgii Radziwiłł haberi coeptus est, cum is tum in Italia commorabatur (Octavianus Zaroti card. Georgio Radziwiłł, Venetiis 29 VI 1591, AGAD AR V 18499). Ex epistulis Alexandri annis 1596–1599 datis (AGAD AR V 18497) intelligi potest eum illo tempore curatorem negotiorum cardinalis Romae fuisse.*

[2] *Alexander Zaroti gratias card. Georgio Radziwiłł litteris Venetiis die 24 X 1592 scriptis egit deprecationis eius apud summum pontificem causa, ut sibi 200 scuti persolverentur, et addidit haec:* sino al tempo del suo desideratissimo ritorno in Italia, io me ne starò in Padova attendendo continuamente alli studii, per potere esser poi atto a ricevere tutti gli ordini sacri per le mano *[ss]* istesse di V.S.Illma, come ella mercé della sua molta humanità mi volle far degno dei primi et obligarmi ad aspettare tutti gli altri — — *(AGAD AR V 18497). Quod ad 200 scutos praefato Zaroti persolvendos attinet, cf. litteras card. Georgii Radziwiłł Cinthio Aldobrandini diebus 26 VI et 19 XII 1592 datas, ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 20, 37; etiam a. 1593 hoc negotium non erat fauste cardinalis medico confectum (Octavianus Zaroti card. Georgio Radziwiłł, Venetiis 4 IX 1593, AGAD AR V 18499).*

N. 19

Card. Georgius Radziwiłł Clementi VIII, pontifici maximo

Venetiis, 14 III 1592

Nuntiat se Ferrariam praeterire, ut sibi proposuerat, non potuisse, neque Alfonso II de Este duci recusare, quin in domo sua hospitaliter exciperetur; postquam navem eius magnificam conscensum Venetias se contulisse et a senatoribus huius civitatis benigne salutatum esse. Significat deinde se in monasterio Sancti Georgii, ubi commoratus est, a Paschale Cicogna, Venetiarum duce, invisum esse, id quod eventum a controversia de praecedentia antecessum esse. Scribit praeterea se podagra laborantem esse et brevi Graecium proficisci in animo habere, ubi etiam Sigismundi III regis oratores exspectantur. Ei promittit se de subsequente rerum cursu certiorem eum facturum esse gaudiumque suum exprimit eum e morbo convaluisse.

Or.: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 55-56v, in dorso (f. 57v) alia manu: fu risposto a 25 di marzo 1592.
Summ., Exc.: B. PAN Kr. 8410 (TR 70) f. 2-3.

Se bene io haveva fatto risolutione di non toccar Ferrara, et che a questo effetto mi era imbarcato al Finale[1], come diedi conto a la S^{tà} V. con le mie precedenti, fui nientedimeno invitato così affettuosamente da S.A.[2], et per lettere et per un suo gentilhuomo mandato ad incontrarmi in posta, che io fui sforzato ad accettar la cortesia di quel prencipe per non offenderlo col ricusarla affatto. Con S.A. mi trattenni una notte sola, et partii la mattina seguente, havendo ricevuto infinite cortesie et, in particolare, il suo buccentoro[3] fin a Venetia per maggior commodità del viaggio.

A Venetia, dove giunsi lunedì passato[4], fui accompagnato dal podestà di Chiozza[5] per ordine di questo prencipe Ser^{mo}[6]; et con tutto che io usassi ogni diligenza possibile per fuggir l'incontro publico, havendo lasciato il buccentoro et procurato di venire a la sprovista, fui nientedimeno incontrato da molti sena-

---

[1] *Finalium (Finale Emilia), oppidum ad Panarum fluvium occidentem versus a Ferraria situm.*

[2] *Alfonsus II Estensis, 1533 - 27 X 1597, dux Ferrariae, Mutinae et Regii ab a. 1559.*

[3] *Bucintoro (bucentoro, bucentorio, bucentauro), navis publica occasionibus sollemnibus adhibita, in qua dux Venetiarum quotannis die Ascensionis Dimini nuptias symbolicas Serenissimae Reipublicae et maris Hadriatici celebrabat. Hoc nomen etiam recipiebant naves ornatae, remis instructae, occasionibus particularibus aliis in ducatibus Italicis adhibitae (Fanfani col. 596; Szyszkowski 295).*

[4] *Die 9 martii.*

[5] *Grimani, patricius Venetus et Fossae Clodiae (Chioggia), civitatis portu nobilis prope Venetias sitae, praefectus (cf. A. 3 p. 426-427).*

[6] *Paschalis Cicogna, dux Venetiarum 18 VIII 1585 - 2 IV 1595.*

tori del Pregadi[7] ne le gondole, non havendosi potuto preparar le piatte, le quali comparsero poi fra S. Spirito[8] et la città, se bene io non volsi entrarvi per seguitare il mio camino privatamente. Per commissione di S.Ser[tà] alloggiai qua nel monasterio di S. Giorgio[9], dove ritrovai apparecchiato tutte le cose necessarie al bisogno, et sono spesato con molto honore et risguardo de la persona che io tengo di ministro de la S[tà] V. Il mercordì[10] mattina venne S.Ser[tà] a visitarmi prima; et con tutto che fosse qualche Clar[mo] del senato che proponeva che io gli dovessi dar la man dritta in questo caso et che io fossi ricercato a farlo, alleggandosi che quando 'l principe visita prima un cardinale, si suole osservar così, come successe al tempo che il sig. cardinal Battori partendo la prima volta di Roma, passò per di qua[11], che essendo prima visitato dal prencipe[12] come nipote di re[13], egli gli diede il loco, io nientedimeno non volsi acconsentire in modo alcuno, parendomi che a la dignità del loco che io tengo per benignità de la S[tà] V. convenisse il far così. Per tanto havendo inteso liberamente questi Signori Clar[mi] la mia risolutione et vedendo di non poter spuntare, venne subito il prencipe a complir con me, et mi diede anco il loco con molta cortesia. Io honorai allo 'ncontro S.Ser[tà] in tutto quel che mi fu lecito, et restai sodisfattissimo de l'occasione del complimento non tanto per la persona mia, quanto per esser stato honorato un ministro di V.B[ne]. Hieri haveva dissegnato d'andare in Collegio[14] per render la visita a S.Ser[tà], ma perché mi sopragiunse un poco di doglia in un piede per la podagra, che mi ha di nuovo incominciato a travagliar qui, sono stato sforzato a trattenermi in letto, con speranza però d'esser libero fra due o tre giorni; et come prima potrò, anderò a licentiarmi da la Ser[tà] S., et usarò ogni diligenza possibile per essere in Gratz queste feste di Resurettione, dove si devono anco ritrovare gl'ambasciatori del Ser[mo] di Polonia[15] per con-

---

[7] *Pregadi, aliqua pars senatus Veneti, quae ex antiquo consilio lateri ducis Venetiarum adhaerente (Consiglio dei Pregadi, il Pregadi) originem duxit, a Consilio Maiore electa (Besta passim; Szyszkowski 115, 296).*

[8] *S. Spiritus (Santo Spirito), una ex minoribus insulis in parte meridionali lacunae Venetae ante Litus (Lido) sita, ubi monasterium Canonicorum Regularium Lateranensium* due miglia fuor di Venezia *erat (Antonius Maria Graziani Cinthio Aldobrandini, Venetiis 30 III 1596, Parisi: Istruzioni 2 p. 220).*

[9] *Monasterium ordinis S. Benedicti in insula S. Georgii Maioris (San Giorgio Maggiore) saeculo X conditum.*

[10] *Die 11 martii.*

[11] *Card. Andreas Báthory Venetiis diebus 7–12 IX 1584 commorabatur (Tygielski: Avvisi 149).*

[12] *Nicolaus de Ponte, dux Venetiarum annis 1578–1585.*

[13] *Stephanus Báthory.*

[14] *Collegium Plenum (Pien Collegio), i.e. Signoria Veneta una cum Collegio Sapientium (Savi) consilia habens et ex 26 membris constans, regimen Reipublicae tenebat, legatos civitatum exterarum recipiebat et relationes oratorum Venetorum rectorumque provinciarum recognoscebat (Koranyi 82; Szyszkowski 116 sq., 295).*

[15] *Hieronymus Rozrażewski, epus Cuiaviensis, et Albertus Radziwiłł, marescalcus Magni Ducatus Lithuaniae, qui legati Sigismundi III regis sunt designati (litterae credentiales eis die 15 II 1592 sunt confectae), ut pactionem cum Rudolpho II imperatore de matrimonio inter Annam*

durre la regina sposa a S.M^{tà}. Di questi particolari ho giudicato debito mio il darne conto a la S^{tà} V., come farò anco di tutto quel che succederà in avenire di mano in mano per havere occasione di basciar tanto più spesso i santissimi piedi di V.B^{ne}, come fo hora con la presente. Et ringratiando il Signor Dio che le habbia fatto gratia di liberarla da la podagra, con humilissima riverenza prego a la S^{tà} V. felicissimo successo d'ogni suo pio et santo desiderio.

N. 20

Gasparus Biglia card. Georgio Radziwiłł

Bononiae, 20 III 1592

Significat priusquam bulla facultates eius continens confecta sit, se paucos dies Mediolani commorari velle, brevi tamen tempore apud eum futurum esse promptum atque paratum ad mandata eius adimplenda. Nuntium deinde ei dat de Attilio Amalteo in Transilvaniam misso, de Rudolphi II imperatoris conatibus, ut Maximiliano de Pernštejn cardinalis dignitas conferatur, et de redditu Neapolim Hannibalis de Capua archiepiscopi ad cardinalis dignitatem non promoti.

Aut.: AGAD AR V 826 p. 103, in dorso (p. 105) in inscriptione cursuali eadem manu: Venetia o dove sarà.

Il breve delle facoltà della legatione, che io dovevo portare a V.S.Illma[1], non si farà più, essendo ordine di N.S. che si facia bolla[2]; la quale non puotendosi spedire così presto, non ho voluto aspettare per non perdere più tempo, et risolsi di partire e, con bona licentia di V.S.Illma, scorere sin a M[i]l[an]o, giudicando meglio e più spediente l'andar lì adesso che il venire a Venetia per dover poi ritornare indietro. La seguitarò però in breve, poi che in Milano et in viaggio perdarò puochissimo tempo, et haverò poi comodità di servirla tanto più con l'animo quieto. Intanto con ogni humiltà e riverenza suplicarò V.S.Illma a non tenere mala impressione di me né delle attioni mie, delle quali li darò tutta quella satisffatione che saperà desiderare e dimandare.

Il sig. Amalteo è inviato per Transilvania, mandato dal papa a quel prencipe[3] non so per qual negotio. Credo per fondatione de collegio[4]. Ho medesmamente incontrato per strada alcuni corrieri di Praga mandati con lettere dell'im-

---

archiducissam et praedictum regem Alberto Radziwiłł, eius procuratore, interveniente contrahendo facerent (Henryk Lulewicz, PSB XXX 138; Halina Kowalska, PSB XXXII 361).

[1] *Cf. N. 11.*

[2] *Vide N. 16.*

[3] *Sigismundus Báthory.*

[4] *Quod ad munera Attilio Amalteo in Transilvania commissa pertinet, vide p. XLVIII.*

peratore a N.S., dicono per promovere il sig. Pernestein al cardinalato[5], nova che non sarà molto grata né sonora all'orechie de l'arcivescovo di Napoli, il quale è ritornato al suo arcivesco[v[a]]ato col capello verde more solito[6]. Né questa per altro, con ogni riverenza me l'inchino.

[a] *omissum*

N. 21

Card. Fridericus Borromeo card. Georgio Radziwiłł

[Romae], 30 III 1592

Eum certiorem facit de suo proposito Mediolanum proficiscendi suaque officia ei offert.

***Reg.**: B. Ambr. G. 260 inf. n. 119 f. 29v–30, s.l.*

Essendo io[1] per partire di qua per la volta di Milano, non ho voluto ciò fare senza darne prima parte a V.S.Illma, a fin che sapendo essa dove io starò, possa favorirmi de' suoi commandamenti, che sa bene quanto mi siano sempre per essere desiderati. Intanto supplico, etc.

N. 22

Card. Georgius Radziwiłł Clementi VIII, pontifici maximo

Graecii, 6 IV 1592

---

[5] *Rudolphi II imperatoris iussu quattuor litterae ad Clementem papam VIII Pragae 14 II 1592 scriptae sunt: cum gratulationibus electionis eius causa factis, cum supplicatione, ut Hannibalem de Capua, aepum Neapolitanum, dignitate cardinalis honestaret, cum commendatione Francisci de Dietrichstein benevolae eius curae, denique cum rogatione, ut Maximiliano de Pernštejn favere pergeret (Schweizer: Nuntiaturberichte 450 ann. 3).*

[6] *Responsum Clementis VIII, quod recusationem in negotio dignitatis cardinalis in Hannibalem de Capua conferendae continebat, in brevi Rudolpho II inscripto die 2 III 1592 dato legitur (ed. Schweizer: Nuntiaturberichte n. 235 p. 467–469 ex min. ASV Arm. XLIV 36 f. 247–247v).*

[1] *Fridericus Borromeo, 18 VIII 1564 - 21 IX 1631, S. Caroli patruelis frater, theologiae doctor in universitate studiorum Papiensi a. 1585 promotus, m. octobri a. 1586 Romam advenit, cardinalis a 18 XII 1587, socius Congregationis Germanicae a m. novembri a. 1591, protector Sueciae a 23 II 1593 usque ad a. 1595, aepus Mediolanensis a 24 IV 1595, annis 1597–1601 iterum Romae commorabatur (Sigismundus III ad card. Petrum Aldobrandini, Cracoviae 11 VIII 1595, ASV F. Borgh. III 89 B f. 83; HC III 52, IV 237; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. XCIII; Krasenbrink 261 sq.; Paolo Prodi, DBI 13 p. 33–42).*

Eum certiorem facit de adventu legatorum Sigismundi III regis Pragam Bohemorum suoque Graecium, ubi nulla adhuc sibi occasio fuit cum Maria archiducissa de eius filiae cum praefato rege matrimonio contrahendo colloquendi; proxime missurum tabellarium nuntia e Polonia provenientia ei esse allaturum affirmat.

Or.: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 61, in dorso (f. 66v) alia manu: ricevuta alli 16, fu risposto alli 18.
Summ.: B. PAN Kr. 8410 (TR 70) f. 3.

De' particolari di Polonia intesi per viaggio, diedi conto a la S^{tà} V. di Venetia[1], né dopo ho havuto altro aviso che l'arrivo degl'ambasciatori de la M^{tà} del re in Praga[2], di che V.B^{ne} harrà havuto ragguaglio da quella corte.

Io giunsi qua hiersera et non ho potuto ancora trattar con la Ser^{ma} arciduchessa[3] in materia del matrimonio, essendo l'hora tarda et partendo di qua il corriere questa mattina per tempo. Feci però complimento con S.A. hiersera, havendomi lei voluto vedere ne l'ingresso de le mie stanze assignatemi in palazzo. Darò conto a la S^{tà} V. con l'ordinario seguente di quanto intenderò qui de le cose di Polonia. Et intanto con humilissima riverenza le bascio i santissimi piedi.

N. 23

Card. Georgius Radziwiłł Cinthio Aldobrandini

Graecii, 6 IV 1592

Dicit post suum Graecium adventum occasionem sibi non fuisse cum Maria archiducissa de filiae eius matrimonio colloquendi. Litteras eius se recepisse confirmat gratiasque ei agit pro opera apud summum pontificem pro se interposita; abbatem Campani eum conventurum esse, ut de bulla ad legationem suam pertinente loquatur.

Or.: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 62, dorsum f. 65v.
Summ., Exc.: B. PAN Kr. 8411 (TR 71) f. 90.

Ho dato conto a la S^{tà} di N.S. de l'arrivo mio qua[1], ma non ho potuto scri-

---

[1] *Vide N. 17 et N. 19 p. 52–53.*

[2] *Hieronymus Rozrażewski et Albertus Radziwiłł Pragam die 13 martii venerunt, ubi a Rudolpho II imperatore primum die 18 martii sunt auditi (Schweizer: Nuntiaturberichte 479, 482; BAV Urb. Lat. 1060 f. 223v, novitates Venetiis die 4 IV 1592 perscriptae).*

[3] *Maria archiducissa.*

[1] *Vide N. 22.*

vere particolare alcuno del negotio del matrimonio, non havendo havuto tempo di trattarne con la Ser^ma^ arciduchessa[2] per essere io giunto hiersera al tardi. Qui ho ricevuto la lettera di V.S.Illma de li 16 del passato, scrittami per ordine di S.S^tà^, a la quale non mi occorre dire altro se non che io tengo obligo a lei particolarmente de la gratia che si degna farmi N.S. in mostrarsi tanto cortese verso di me, sapendo certo che ella si compiace favorirmi appresso S.B^ne^ con quello affetto che io procurarò sempre di mostrare a V.S.Illma in honorarla et servirla. Il sig. abbate Campani, che presenterà questa a V.S.Illma, le communicherà alcuni particolari intorno a la bolla mandatami de la mia legatione[3]. Favoriscami, la prego, di sentirlo volentieri et ordinare quanto occorrerà. Et a V.S.Illma bascio le mani.

N. 24

Card. Georgius Radziwiłł Clementi VIII, pontifici maximo

Graecii, 6 IV 1592

Refert se cum Maria archiducissa congressum esse et breve pontificium ei porrexisse; illam sollicitudinem in materia negotiorum de filiae eius matrimonio contrahendo expressisse; revera difficultates subsistere in transactione Bytomiensi et Bendzinensi a Maximiliano archiduce, Philippo II, Hispaniae rege, et Hungaris confirmanda, quam rem Sigismundus III rex a Rudolpho II imperatore petit. Res dubias ad bullam legationis suae spectantes abbatem Campani relaturum esse.

Or.: 1. ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 63–64, fragmentum f. 64 in margine laevo avulsum, in dorso (f. 64v) alia manu: ricevuta alli 16, risposto alli 18. — *2. ib. f. 67–68, ante textum in margine (f. 67) alia manu:* dupplicato, *in dorso (f. 68v):* ricevuta alli 16, risposto alli 18.

Summ., Exc.: *B. PAN Kr. 8410 (TR 70) f. 4–6.*

Per dar conto minutamente a la S^tà^ V. de' particolari del matrimonio, ho fatto fermar qui l'ordinario che doveva partir di qua per Venetia questa mattina a buon'hora per haver tempo di trattar di ciò con la Ser^ma^ arciduchessa[1], non havendo potuto farlo hiersera, come ho scritto a V.B^ne^ per un'altra mia sotto 'l dì d'oggi[2]. Invitato per ciò a desinar con S.A., le ho presentato il breve di

---

[2] *Maria archiducissa.*

[3] *Vide N. 16.*

[1] *Maria archiducissa.*

[2] *Vide N. 22.*

V.S^{tà}[3], accompagnandolo con quelle parole che ho giudicato convenire a l'affetto paterno che lei conserva verso questa Ser^{ma} casa, et ho havuto lungo ragionamento sopra ciò, massime vedendo S.A. travagliata assai per il dubio che haveva che 'l negotio del matrimonio non si rendesse più difficile a la giornata, non havendo aviso alcuno di quel che havessero risoluto gl'ambasciatori[4] del re Ser^{moa} di Polonia con la M^{tà} Ces.

Et mentre si discorreva di questo particolare, sopragiunsero^{b} lettere de l'imperatore con l'aviso che li sudetti ambasciatori havevano ordine dal re et dal senato di non concludere il matrimonio se prima l'arciduca Massimiliano non giurasse l'accordo di Polonia[5] et facesse il medesimo il re di Spagna[6] et anco gl'Ungari. A questo haveva risposto S.M^{tà} Ces. che non poteva sforzare a far ciò l'arciduca Massimiliano così per l'absenza sua, come perché gli era fratello et non suddito, né meno il re di Spagna per non esser negotio questo dependente da quella M^{tà}, et per altri rispetti; et che quanto agl'Ungari, haverebbono giurato ne la prima dieta d'Ungaria, come fu promesso agl'ambasciatori di S.M^{tà} gl'anni passati. S'offeriva però S.M^{tà} Ces., per levare ogni sospetto, di ratificar di nuovo, con un'altra scrittura, il giuramento fatto da sé con promessa di non aiutar mai il fratello in evento che volesse far qualche tentativo contra quel regno[7]. Con questa risposta, giudicando S.M^{tà} Ces. d'haver sodisfatto a la dimanda^{c} fatta^{d}, haveva anco detto a^{e} ^{f}-li sudetti ambasciatori-^{f} che dovessero continuare il negotio del matrimonio, ma che essi havevano risposto che non potevano fare altro senza nuovo ordine de la M^{tà} di Polonia, a la quale havevano spedito subito un gentilhuomo per dar ragguaglio a S.M^{tà} del negociato. L'imperatore si duole di non esser stato avisato del particolare sudetto in tempo, che forse s'haverebbe trovato qualche temperamento, et la Ser^{ma} arciduchessa^{g} sente tanto dispiacer di questo accidente, quanto può credere la S^{tà} V., [m^{h}]assime essendosi divulgato già tanto il negotio come [con^{h}]cluso che se non havesse effetto, le parrebbe di restar con un poco d'affronto. Io ho consolato S.A. co l'assicurarla che a la S^{tà} V. preme tanto questo negotio per servitio de la Republica Christiana, quanto a lei medesima, et le ho promesso tutto quel favore che potrà nascere da l'auttorità di V.B^{ne}.

Qui ho havuto la bolla de la mia legatione[8], ne la quale perché vedo un particolare che mi par contra la mente di V.S^{tà}, ho preso ardir di dare ordine a

---

[3] *Vide N. 8.*

[4] *Hieronymus Rozrażewski et Albertus Radziwiłł.*

[5] *Transactio Bytomiensis et Bendzinensis inter Rudolphum II imperatorem et Sigimundum III regem die 9 III 1589 facta.*

[6] *Philippus II de Habsburg.*

[7] *Decretum Rudolphi II hac in re cum dato 19 IV 1592 proclamatum est, vide Schweizer: Nuntiaturberichte n. 252 p. 504–507.*

[8] *Vide N. 16.*

l'abbate Campani che tratti di ciò con V.B^ne^, la quale supplico riverentemente a sentirlo volentieri[9]. Et humilissimamente le bascio i santissimi piedi.

[a] *deest or. 2.* [b] *sic or. 2.*, sogragiunsero *or. 1.* [c] *sequitur* degl'ambasciatori *or. 2* [d] *deest or. 2* [e] *sequitur* le Signorie Loro *or. 2* [f-f] *deest or. 2* [g] *sequitur* vedova *or. 2* [h] *lacuna, suppletum ex or. 2*

N. 25

Card. Georgius Radziwiłł Clementi VIII, pontifici maximo

Graecii, 7 IV 1592

Nuntiat Sigismundum III regem contentum esse se legatum a latere ad matrimonium eius benedicendum esse nominatum; huius quidem connubii adversarios reclamationes inferre atque se ad legem, adhuc neglectam, revocare, qua cardinalibus Polonis prohibitum est, quominus munere legatorum apostolicorum sine senatus approbatione functuri essent; metuendum etiam esse, ne Stanislaus Karnkowski, aepus Gnesnensis, partem oppositorum amplectatur. Summum pontificem dehortatur, ne legationem mittat, quae molesta ei fieri possit quaeque causa maiorum quidem tumultuum et motuum in proxime futuris comitiis Regni sit.

Or.: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 71–71v, 74–74v, folium cum inscriptione cursuali deest.
Cop.: B. PAN Kr. 8410 (TR 70) f. 7–9.

Dopo la partita del corriere di hieri, per il quale diedi conto a la S^tà^ V. de le difficoltà del matrimonio[1], hebbi lettere dal Ser^mo^ re di Polonia, con le quali mi da aviso del contento infinito che ha sentito per l'honore che la S^tà^ V. s'è degnata fare a la M^tà^ S. et al suo regno col destinar me legato per la benedittione de lo sponsalitio, et mi fa scrivere anco il medesimo dal padre Bernardo[2]. Soggiunge però S.M^tà^ che la fattione contraria, la quale vorrebbe impedire il matrimonio, fa un poco di strepito per causa di questa legatione, alleggando certi statuti per li quali pretendono che non sia lecito a' cardinali del Regno l'accettar carico alcuno da la Sede Apostolica senza consenso del senato. Questo sì come è reputato da la M^tà^ del re molto stravagante, così parerà a V.B^ne^ impertinente, come che lei habbia a servirsi de' cardinali di quel regno col lor consen-

---

[9] *Cf. N. 23.*

[1] *Vide N. 24.*

[2] *Bernardus Pakosz Gołyński (Golinius), ca 1546 – 7 VIII 1599, Societatem Iesu die 13 I 1570 ingressus est, Sigismundo III regi a sacris confessionibus fuit (EWJ 187; Lukács: Catalogi 677; PSB VIII 266–267; Obirek: Jezuici na dworach 24, 27–29; Obirek: Jezuici w Rzeczypospolitej 296–297 et passim).*

so et regolar la suprema auttorità sua col consiglio loro et non altrimenti. Si degnerà però V.B^ne^ d'intendere che se ben fu fatta quella legge (de la quale ne mando copia qui alligata[3]), nientedimeno non fu mai osservata, essendo che dopo il cardinale Osio[4] hebbe la nuntiatura di Germania mentre era vescovo di Varmia, et fatto poi cardinale, la legatione di Trento senza lor saputa, oltre che il sig. Uchainski[5] *[s]*, ambasciator del re Stefano in Roma, portò per ordine di papa Greg[ori]o XIII (che sia in cielo) lo stocco a S.M^tà^, et di commissione del medesimo re fu incontrato publicamente da tutta la corte come ministro di S.S^tà^ in quella attione; il che se fu permesso a lui che era secolare, tanto più deve esser lecito agl'ecclesiastici, che sono esenti da la lor giurisdittione. Si dubita ancora che l'arcivescovo di Gnesna[6] non s'unisca con la sudetta fattione, pretendendo egli di dover benedir li sposi, et che con l'unione sua non dia animo a' sudetti di insister ne l'osservatione di questi statuti con maggior pertinatia di quel che farebbono lor soli. L'arcivescovo però non può pretender questo in modo alcuno, essendo che l'officio suo non s'estende in altro che in coronar la regina, il che potrà fare senza impedimento.

Di questi particolari ho voluto dar conto a la S^tà^ V. a ciò che ella veda l'arroganza di costoro che vogliono dar leggi a la S^tà^ V. et limitar la suprema auttorità che lei ha indifferentemente sopra tutti li cardinali, et congetturare anco l'animo d'alcuni alienissimo da questo parentado. Et perché di qua si vede che se si facesse la dieta prima de le nozze, come potria occorrere per le difficoltà scritte, questa mia legatione daria materia di maggiori rumori, poiché questi, procurando hora d'escludermi da la solennità del sponsalitio, tentariano con maggiore efficacia allhora di tenermi lontano da' neg[oti]i et di travagliarmi, piglio ardir di metter riverentemente in consideratione a la S^tà^ V. se fosse più espediente che io entrassi nel Regno senza titolo di legato et intervenissi a la dieta come senatore, perché così mi potrei opporre tanto più gagliardamente a'

---

[3] Ecclaesia Gnesnensis praeponitur Cracoviensi, cardinalatus et legationes non ambiantur, quoque alternatim archiepiscopus et cardinalis ad consilium accedant, *Petricoviae 17 VI 1451, ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 72–72v, cop. (cf. Bandtkie 259–260).*

[4] *Stanislaus Hosius, 5 V 1504 - 5 VIII 1579, i.u.d. in univeritate studiorum Bononiensi a. 1534 promotus, secretarius regius et canonicus Varmiensis ab a. 1538, cantor Varmiensis ab a. 1539, canonicus Cracoviensis ab a. 1540, canonicus Sandomiriensis ab a. 1542, epus Culmensis nom. 3 II 1549 et prov. 12 VII 1549, epus Varmiensis nom. 1 1551 et prov. 11 V 1551, in consistorio pontificio die 2 II 1560 nuntius Vindobonae apud Ferdinandum I imperatorem deputatus, cardinalis a 26 II 1561, unus e quinque legatis a latere ad Concilium Tridentinum annis 1561–1563, ab a. 1569 in Urbe commorabatur, maior poenitentiarius ab a. 1573 (HC III 39, 182, 327; Wacław Urban, PSB X 42–46; UDR X n. 928; Wojtyska: Cardinal).*

[5] *Paulus Uchański, 1548 - 18 II 1590, capitaneus Crasnostaviensis annis 1574–1575, castellanus Belzensis a. 1575, capitaneus Drohobycensis ab a. 1577; legatus Stephani Báthory regis ad Gregorium XIII praestandae oboedientiae causa missus, actum oboedientiae die 11 IV 1579 perfecit, Roma proficiscens a summo pontifice missionem benedictum ensem regi tradendi obtinuit, quem ei die 29 V 1580 porrexit; palatinus Belzensis nom. 20 I 1588, legatus in Turciam m. augusto a. 1589 expeditus (Banaszak 2 p. 114–153; Sas: Stosunki 222–223; UDR III/2 n. 58, 382, 1582).*

[6] *Stanislaus Karnkowski.*

tentativi loro et aiutar la parte del re. Però, per saper particolarmente come io habbia a governarmi in un accidente simile, spedisco in diligenza corriere a posta et supplico riverentemente la S^{tà} V. che si degni commandarmi quel che io habbia a fare, ché tanto esequirò quanto ella resterà servita d'ordinarmi. Et in tal caso mi anderò trattenendo per viaggio in modo che io non entrarò in Cracovia senza nuovo commandamento di V.B^{ne}, il quale aspettarei nel mio Ducato di Severia in Slesia, quando non lo potessi intender prima. Et a la S^{tà} V. bascio humilissimamente i santissimi piedi.

N. 26

Ferdinandus, magnus dux Etruriae, card. Georgio Radziwiłł

[Florentiae], 13 IV 1592

Franciscum Guicciardini, legatum Florentinum in Poloniam missurum, ut caerimoniae nuptiarum Sigismundi III regis intersit, commendat.

***Min.**: AS Firenze AMP 66 f. 371v, s.l., in praescriptione:* Aprile 1592. Al sig. cardinale Radivil legato de' 13 detto etc.

Nota: Legatus Florentinus praeterea accepit litteras credentiales ad Sigismundum III die 11 aprilis scriptas et litteras die 13 aprilis confectas, quibus commendatus est Annae Austriacae et eius matri Mariae archiducissae, Annae Iagellonicae et card. Andreae Báthory (AS Firenze AMP 66 f. 370–371, min.).

Havendomi la M^{tà} del re honorato d'invitarmi alle sue nozze[1], ho mandato per assistervi in mio nome et come mio ambasciatore Fran[ces]co Guicciardini[2], mio accettissimo gentilhuomo fiorenti[n^{a}]o, che visiterà V.S.Illma per mia parte et la servirà in tutto quello che la gli comanderà, sapendo egli molto bene quale sia il mio desiderio et la mia affettionatissima osservanza et servitù verso di lei, la quale credendoli come a me stesso, l'haverà anche per raccomandato et lo favorirà in tutti i conti et con il consiglio et con l'opera sua, conforme alla

---

[1] *Mense februario a. 1592 Martino Sierakowski, secretario regio, munus commissum est, ut in Italiam properaret, quo inter alios Ferdinandum I, magnum ducem Etruriae, Cracoviam ad caerimoniam nuptiarum Sigismundi III regis et Annae archiducissae invitaret (Sigismundus III ad Ferdinandum I, Cracoviae 13 II 1592, AS Firenze AMP 4292 f. 90, 100v, or.).*

[2] *Franciscus Guicciardini, qui usque ad id tempus munera oratoris Ferrariae residentis obibat, tum etiam Pragam missus est, ut dolorem Rudolpho II imperatori ob mortem Elisabeth Austriacae, Galliae reginae viduae et sororis eius germanae, testaretur; legatus Florentinus Praga solum die 30 maii discessit et postquam animadvertit munus sibi Cracoviae adimplendum fieri non posse (confirmatio matrimonii Sigismundi III cum Anna archiducissa postridie locum habuit), itineri Florentiam versus per nonnullos ducatus Imperii se commisit (Ferdinandus I Ioanni Baptistae Concino, oratori Florentino Pragae residenti, [Florentiae] 17 IV, 8 VIII 1592, AS Firenze AMP 280 f. 122v, 169v–170, reg.;* I nomi degl'ambasciatori che comparsero alle nozze regali di Polonia, *s.d., AS Firenze CS I 305 f. 65v, cop.; Schweizer: Nuntiaturberichte p. CXXXII ann. 4, 450, 537, 546).*

confidenza che io tengo in lei, et per obligarmi tanto maggiormente, se più si può, a riservirla in tutte le occorrenze sue, et qui finisco et le bacio la mano etc.

[a] *omissum*

N. 27

Clemens VIII, pontifex maximus, card. Georgio Radziwiłł

Romae, 17 IV 1592

Facultates in occasione legationis in Poloniam ei concessas etiam temporis spatio, quod profectionem Annae archiducissae ad Sigismundum III regem praecedat, validas statuit. Omnia, quae e dictis facultatibus concesserit, gesserit, fecerit in itinere ab Urbe ad praefatam archiducissam, legis auctoritatem accipere confirmat.

Min.: ASV Sec. Brev. 190 f. 392–392v, in f. 392 in angulo laevo supero: Tax[atio] in mense maii n° 119, *in angulo dextro supero:* Aprilis 92.
Cop.: BAV Barb. Lat. 2412 f. 104v–105v, in margine f. 105: Extensio temporis utendi facultatibus cum validatione actorum etc. *et n.* 42.

Dilecto filio nostro Georgio tituli S. Sixti praesbitero cardinali Radivilio nuncupato, ad Charissimum in Christo filium nostrum Sigismundum, Poloniae regem Ill[rem], Regnumque Poloniae nostro et Apostolicae Sedis de latere legato[a].

[Clemens papa VIII[b]]. Dilecte fili noster, salutem etc. Volentes Circumspectionem tuam ob tuorum magnitudinem meritorum specialibus favoribus et gratiis prosequi, tibi, ut facultatibus per nostras sub datum pridie idus martii[1] expeditas literas[2] super legatione ad Charissimum in Christo filium nostrum Sigismundum, Poloniae regem Ill[rem], Regnumque Poloniae tibi nuper demandata per nos concessis, quibus te a die, quo Dilectissima in Christo filia nobilis mulier Anna de Austria, eiusdem Sigismundi regis sponsa, iter ad eundem Sigismundum regem arripuisset, donec matrimonium huiusmodi contractum et per te auctoritate nostra benedictum foret, dumtaxat uti posse voluimus, etiam [c-]ante seu post[-c]quam ad eandem Annam sponsam perveneris, seu[d] antequam eadem Anna iter, ut praefertur, ad praefatum Sigismundum regem arripiat, ubique locorum, [c-]etiam sine dicta Anna[-c] et cum quibusvis personis, donec et quousque dictum matrimonium contrahatur, et toto medio tempore, quod ex quavis causa interim excurret, servata in reliquis forma dictarum literarum, uti possis et valeas, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus.

---

[1] *Die 14 martii.*
[2] *Vide N. 16.*

Et ulterius, si forsan aliqua ex iis, quae continentur in literis praefatis, in itinere antequam ad praefatam Annam perveneris, etiam ab ipso die tui ab Urbe discessus et antequam easdem literas acceperis et antequam ipsae literae expeditae fuissent, tu feceris, gesseris aut alias concesseris, ea omnia motu proprio et ex certa nostra scientia, non ad tuam vel alterius pro te nobis desuper oblatae petitionis instantiam, validamus et confirmamus, validaque et efficacia esse et fore decernimus, perinde ac si iam praefatae literae prius emanassent, tuque easdem literas accepisses et in iis, quae a te facta, gesta et concessa sunt, voluntas nostra praefata expressa intervenisset, et aeque ac si tu sufficienti tunc ad ea facienda, gerenda et concedenda facultate suffultus fuisses. Non obstantibus omnibus illis, quae in eisdem literis voluimus non obstare, ac voluntate nostra huiusmodi, cui ad hunc effectum specialiter derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die 17 aprilis 1592.

M[arcellus] Vestrius Barbianus

[a] legatum *min.* [b] *deest min., suppletum ex cop.* [c-c] *suprascriptum* [d] *sequitur suprascriptum et expunctum* post

N. 28

Card. Georgius Radziwiłł Clementi VIII, pontifici maximo

Graecii, 20 IV 1592

Ad ea, quae per Gasparum Biglia tradidit de opportuno atque felici exitu pactionum Pragae ad matrimonium inter Sigismundum III regem et Annam Austriacam contrahendum spectantium, adiungit Rudolphum II imperatorem ad Mariam archiducissam litteras dedisse ei committentes, ut ad profectionem in Poloniam se praepararet. Nuntiat deinde legationem suam in Polonia male acceptam esse; Mariam archiducissam valetudine affectam esse; illam rogare, ut altera brevia pro tutoribus filii eius Ferdinandi conficiantur, in quibus nulla mentio de illius in Bavaria commoratione fiat, aliaque pro se et Ernesto archiduce porrigantur cum consiliis atque praeceptis exstirpandi reformatas Ecclesias in Austria Interiore; eandem praeterea putare praesentiam nuntii apostolici Graecii necessariam esse. Se Vindobonam proficisci intendere dicit, ut caerimoniae matrimonii procuratore regis interveniente iungendi adsit.

Or.: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 69–70v, dorsum f. 76v.
Cop.: B. PAN Kr. 8410 (TR 70) f. 10–12.

Dopo la partita del Biglia, mio familiare, il quale spedii a la S^tà^ V.[1] in diligenza a li 15 del corrente con l'aviso, che io hebbi di Praga, che 'l matrimonio si teneva dagl'ambasciatori[2] del re per concluso[3], arrivò qua giovedì passato[4] un corriere mandato da l'imperatore a questa Ser^ma^ arciduchessa con lettere[5] per le quali dava aviso la M^tà^ Ces. a S.A. che dovesse mettersi in ordine per il viaggio di Polonia, a ciò che a l'arrivo d'un altro corriere che haverebbe spedito poco dopo, s'inviasse subito, essendo già superate tutte le difficoltà del matrimonio[6].

Per il medesimo Biglia diedi conto ancora a la S^tà^ V. de' romori che sono in Polonia per causa di questa mia legatione, in materia di che aspetto l'ordine di V.B^ne^ di quanto harrò a fare, ché tanto esequirò quanto ella si degnerà commandarmi[7].

La Ser^ma^ arciduchessa madre hebbe sabbato passato[8] un altro termine di febre, ma con minor vehemenza del solito, et si sente assai debole. Oggi è il giorno sospetto. Con tutto ciò ha opinione S.A. di potere accompagnar la sposa, sperando che con uno o due parosismi habbia a cessare il male. Onde per ordine suo ho scritto al sig. marescial, mio fratello[9], che se fosse necessario il differir la partita di qua per quattro o sei giorni per questa causa, si contentasse d'aspettare in Vienna.

A S.A. ho detto che io haveva li brevi per la M^tà^ Ces. et per gl'altri Ser^mi^ tutori de l'arciduca suo figliolo[10], scritti nel modo che lei desiderava[11]. Onde,

---

[1] *De commoratione Gaspari Biglia Romae ephemerides de 29 aprilis significaverunt:* Sabbato sera *(die 25 aprilis)* fu di ritorno al cardinale Razivil il sig. Biglia, suo maggiordomo, mandato da S.S.Illma su le poste al papa per dargli conto della sicurezza della conclusione del matrimonio tra 'l re di Polonia et la figluola del già arciduca Carlo, se bene da molti è stato detto et scritto il contrario; di che N.S. ha sentito gran contento et accarezzato molto il detto gentilhuomo con 2 audienze secrete, et rispeditolo subito in dietro *(BAV Urb. Lat. 1060 f. 270; cf. ib. f. 283, 2 V 1592).*

[2] *Hieronymus Rozrażewski et Albertus Radziwiłł.*

[3] *De difficultatibus in colloquiis ad pactionem de matrimonio contrahendo pertinentibus superatis Albertus Radziwiłł cardinalem legatum, suum fratrem, in litteris die 11 aprilis datis certiorem fecit (Schweizer: Nuntiaturberichte 498, 499 ann. 1).*

[4] *Die 16 aprilis.*

[5] *Sermo est de epistula Rudolphi II imperatoris ad Mariam archiducissam die 14 aprilis data (Schweizer: Nuntiaturberichte 620).*

[6] *Pactionem de matrimonio Sigismundi III cum Anna archiducissa Rudolphus II documento Pragae die 17 IV 1592 edito confirmavit (AGAD Dok. Perg. 5432).*

[7] *Cf. N. 25.*

[8] *Die 18 aprilis.*

[9] *Albertus Radziwiłł.*

[10] *Ferdinandus, Caroli et Mariae archiducum filius; cf. N. 4 ann. 19.*

[11] *Agitur de brevibus Clementis VIII die 13 II 1592 datis ad Rudolphum II imperatorem (AGAD Dok. Perg. 7984, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 153, min. s.d.d. II 1592; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 120v–121, reg.), Ferdinandum archiducem, comitem Tirolis (AGAD Dok. Perg. 7985, or.; ASV Arm. XLIV 36 f. 153v, min. cum dato* ut supra*; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 121–121v, reg.) et*

havendo[m[a]]i lei affermato d'haver licenza dal duca di Baviera[12], suo fratello, di legger tutte le sue lettere, ha voluto leggere il breve per S.A. Da questo cavando il contenuto degl'altri due, mi ha pregato che non si mandino altrimenti, ma che io supplichi la S[tà] V. in nome suo che si degni commandare che siano rifatti senza far mentione di non levar di Baviera così tosto l'arciduca suo figliolo[13], dubitando ella che l'imperatore et l'arciduca Ferdinando non s'imaginino che questo officio sia stato procurato da lei; che quando poi la M[tà] de l'imperatore vorrà levarlo di Baviera, S.A. supplicherà allhora V.S[tà] che si degni scrivere questo particolare, ché a quel tempo potrà anco far maggior frutto.

Supplica ancora S.A. che la S[tà] V. si degni scrivere a l'arciduca Ernesto et a sé in particolare, nel tenore che scriverà a li Ser[mi] tutori in materia di procurar l'estirpatione de l'heresie in questi paesi, per potersene anco lei valer de l'autorità di V.B[ne] ne l'occorrenze. Per rimediare a l'heresie, che sono in questi stati causate in gran parte dal cattivo esempio del clero, molti del quale sono concubinarii publicchi et molti che hanno moglie, giudica necessario S.A. l'assistenza qui d'un nuntio, ma desidera che sia sacerdote et mostra che 'l vescovo di Veglia[14] gli sarebbe grato; si rimette però assolutamente a la volontà de la S[tà] V., supplicandola solamente che compiacendosi lei di mandar qua il nuntio, gli commandi espressamente che habbia a far la residenza in Gratz et non in Vienna, ancor che fosse invitato a star là da l'arciduca Ernesto, perché absentandosi egli da queste provintie, dove è necessario il riformar gl'ecclesiastici, oltre che non sarebbe stimato tanto essendo lontano quanto sarà essendo presente, non potrebbe ancora così facilmente provedere a' bisogni, et se ne caverebbe poco frutto da la nuntiatura.

Io havendo havuto finalmente licenza da S.A., partirò oggi di qua per Vienna, dove aspettarò la sposa per trov[a[a]]rmi presente a le ceremonie che si faranno dagl'ambasciatori per nome del re di Polonia, et di tutto quel che succederà darò conto di mano in mano a la S[tà] V., a la quale con humilissima riverenza bascio i santissimi piedi.

[a] *lacuna*

Gulielmum V, ducem Bavariae (ASV Arm. XLIV 36 f. 154, min. cum dato ut supra*; ASV Epist. ad Princ. 25 f. 121v–122v, reg.).*

[12] *Gulielmus V Wittelsbach.*

[13] *His precibus admissis brevia Rudolpho II, Ferdinando archiduci, comiti Tirolis, et Gulielmo V duci inscripta iterum confecta sunt et dato 19 II 1592 instructa (AGAD Dok. Perg. 7986–7988, or.). Quae argumentum brevium de 13 februarii (vide ann. 11) iterant exceptis tamen ultimis eorum fragmentis ad ulteriorem Ferdinandi pueri in Bavaria commorationem pertinentibus, quae praetermissa sunt. Cf. notam Antonii Boccapaduli, secretarii brevium ad principes, in margine minutae brevis ad Rudolphum II die 13 februarii dati (ASV Arm. XLIV 36 f. 153):* Hae literae non fuerunt redditae, quia cardinalis Radivilius, postquam discesserat, scripsit amovendam esse hanc clausulam de Ferd[inan]do puero. Itaque iterum fuerunt scriptae, sine hac clausula, quod etiam factum est in literis sequentibus *(i.e. in brevibus ad Ferdinandum II archiducem et Gulielmum V ducem scriptis).*

[14] *Ioannes de Torre, ob. 1623, i.u.d., epus Veglensis (Krk) a 25 IX 1589, nuntius in Helvetia annis 1595–1606 (HC III 328; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CCLIX sqq.).*

N. 29

Clemens VIII, pontifex maximus, card. Georgio Radziwiłł

Romae, 24 IV 1592

Committit ei, ut legatus apostolicus deputatus Vindobonam se conferat, quo caerimoniae matrimonii inter Sigismundum III regem et Annam archiducissam procuratore praedicti regis interveniente contrahendi intersit, coniugibus benedicat et deinde Annam in eius in Poloniam itinere comitetur.

Or.: AGAD Dok. Perg. 8004.
Min.: ASV Arm. XLIV 37 f. 46, dorsum f. 47v.
Ed.: Theiner: Vetera 209, secundum min.

Clemens papa VIII. Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Mandavimus tibi hinc discedenti, ut nostro nomine interesses matrimonio contrahendo inter carissimum filium nostrum Sigismundum, Poloniae regem, et Annam Austriam, eique matrimonio et coniugibus benediceres; quod ut maiore cum dignitate fieret, fecimus te ad id nostrum et Sedis Apostolicae legatum. Nunc vero accepimus fore, ut matrimonium id per procuratorem[1] regis contrahatur Viennae. Volumus te eo etiam ire eique actioni eodem legati nomine et auctoritate interesse, et coniugibus ac matrimonio benedicere, atque Annam in Poloniam comitari, ea in id regnum ingressa legationem continuo cessare. Te vero huic nostrae voluntati et mandato libenter obtemperaturum non dubitamus. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die 24 aprilis 1592, pontificatus nostri anno primo.

Ant[onius] Buccapadulius

N. 30

Card. Georgius Radziwiłł Clementi VIII, pontifici maximo

Vindobonae, 25 IV 1592

Nuntiat se, cum Vindobonam advenisset, ab Ernesto archiduce honorifice salutatum et exceptum esse; Mariam archiducissam iam melius se habere et cum filia Anna die 27 aprilis Graecio profecturam esse; sperandum esse, priusquam eae Vindobonam ingrediantur, legatos Sigismundi III regis ibi adventuros esse.

---

[1] *Albertus Radziwiłł.*

Or.: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 75, in dorso (f. 77v) stylo cerussato alia manu: A mons. Aldobrandino[1] che risponda, *alia manu:* [a-]questa[b] lettera[-ac] tratta[d] del matrimonio regio e dell'honore del legato apostolico[e].

Cop.: B. PAN Kr. 8410 (TR 70) f. 13.

Questa sera sono arrivato qua in Vienna, essendo stato incontrato dal Ser[mo] arciduca Ernesto più d'una miglia fuor de la città et alloggiato con quell'honore che è solita S.A. di mostrar sempre verso i ministri de la Santa Sede.

Per viaggio, dopo la partita mia di Gratz, hebbi lettere da la Ser[ma] arciduchessa madre[2], per le quali mi avisava che le era cessata la febre et che si sarebbe partita di là con la regina[3] a li 27 del corrente per esser qua il primo di maggio, ché così commandava l'imperatore col corriere spedito da Praga ultimamente. Io mi fermarò qui fin a la venuta de la sposa, al qual tempo arrivaranno anco gl'ambasciatori de la M[tà] del re[4], li quali si vanno trattenendo per la strada per esser qui poco prima che giunga la regina. Darò conto a la S[tà] V. di quanto occorrerà di mano in mano, et in questo mentre le bascio humilissimamente i santissimi piedi.

[a-a] *suprascriptum* [b] *praeceditur a penitus expuncto* si potria ributtare [c] *sequitur penitus expunctum* ma per [d] *sequitur expuncta littera* r [e] *sequitur penitus expunctum* si lascia

---

[1] *Cinthius Aldobrandini, 1555 - 1 I 1610, Aurelii Personeni de domo Passeri et Iuliae Aldobrandini (Hippolyti, postea pontificis maximi sub nomine Clementis VIII, sororis germanae) filius, tamquam una et sola usque ad a. 1571 stirps virilis cognomine Aldobrandini honestatus, i.u.d. in universitate studiorum Patavina a. 1578 promotus, card. Hippolytum Aldobrandini in eius in Poloniam legatione annis 1588–1589 est comitatus, brevi post illius ad summum pontificatum electionem ordines minores accepit et deinde protonotarius apostolicus ac utriusque Signaturae referendarius est nominatus (BAV Urb. Lat. 1060 f. 108, 210–210v, novitates de 19 II et 4 IV 1592; Ioannes Franciscus Peranda Camillo Caetani, Romae 4 IV 1592, A. Caetani Misc. 57/903 f. 124, cop.); iam m. martio a. 1592 Clemens VIII Cinthium suum secretarium* in capite *fecit, sed solum occasione data committebat ei litterarum commercium in nonnullis rebus secretis, quae, inter alias, coniunctae cum legatione card. Georgii Radziwiłł erant (BAV Urb. Lat. 1060 f. 134v–135, 136, 161v, 500, 522, novitates de 4 III, 14 III, 15 VIII, 26 VIII 1592; Parisi: Epist. 1 p. 88); una cum Petro Aldobrandini die 13 septembris eiusdem anni supremus secretarius a pontifice maximo est creatus (Pastor XI 706) et inde ab hoc tempore nuntiaturas in aula imperiali, Coloniae Agrippinae, Graecii, in Helvetia, in Polonia, in Transilvania et in statibus Italicis excepta Sabaudia administrabat; cardinalis a 17 IX 1593; annis consequentibus, cum inter eum et Petrum Aldobrandini aemulatio exerceretur, gratia in curia Romana Cinthius minus valere coepit; Signaturae Iustitiae praefectus a 23 I 1600, legatus Avenionensis m. iunio a. 1604 deputatus, maior poenitentiarius a m. maio a. 1605 (E. Fasano Guarini, DBI 2 p. 102–104; HC IV 4, 48; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. XLIV, XCVI sqq.; Jaitner: Il nepotismo).*

[2] *Maria archiducissa.*

[3] *Anna Austriaca.*

[4] *Legati Sigismundi III regis, Hieronymus Rozrażewski et Albertus Radziwiłł, Praga Vindobonam die 23 et 24 aprilis profecti sunt (Schweizer: Nuntiaturberichte 514).*

N. 31

Card. Georgius Radziwiłł Clementi VIII, pontifici maximo

Vindobonae, 2 V 1592

Adventum Annae archiducissae matrisque eius Vindobonam describit et magnificum apparatum, quo ab Ernesto et Matthia archiducibus nobilibusque Austriacis exceptae sunt. Addit legatos Sigismundi III regis et Georgium Ludovicum, landgravium in Leuchtenberg, qui Rudolphi II imperatoris et reliquorum Annae archiducissae tutorum partes sustinet, ibi pervenisse. Notum facit se Sebastiano et Valerio Montelupi mandatum iam misisse, ut praefato regi 25.000 scutos in caerimoniam nuptiarum impendendos persolverent.

Or.: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 78–78v, in dorso (f. 90v) in summario in secretariatu pontificio confecto: parla delli 25 mila scudi, grossi 40 per scudo, prestati al re per bisogno delle sue nozze.
Cop.: B. PAN Kr. 8410 (TR 70) f. 14–15.

Hiersera verso 21 hora[1] arrivò qua la regina sposa[2], con l'arciduchessa madre[3], essendo stata incontrata da l'arciduca Ernesto fin a Sadvien[4] et qui vicino da l'arciduca Matthias venuto qua da Lintz a questo effetto. L'incontro fu honorato, essendo andati fin a Naistot[5] 500 cavalli de la nobiltà d'Austria di qua del Danubio, et usciti poi hiermattina da questa città 100 altri nobili con 1.500 fanti in circa. Et la regina con la madre haveva seco da 300 cavalli, fatti ne' stati di Stiria et provincie vicine, le quali la accompagnaranno fin a Cracovia. Gl'ambasciatori[6] de la M^{tà} del re oggi solamente hanno fatto l'entrata, et sono stati incontrati per nome de l'arciduca Ernesto con molto honore, dal quale saranno anco spesati mentre staranno qui. Con Lor Signorie Ill^{me} si stabilirà dimane il giorno di far lo sponsalitio per nome del re, con la ceremonia de l'annello, che si rinoverà poi in Cracovia. La M^{tà} de l'imperatore con gl'altri tutori Ser^{mi}[7] hanno fatto venir qua il lantgrof di Leichtenberg[8] con la moglie[9],

---

[1] *Secundum horologium integrum, videlicet ab occasu solis horas computans, i.e. ca horam 16^{30}.*

[2] *Anna Austriaca.*

[3] *Maria archiducissa.*

[4] *Schottwien, oppidulum ad meridiem et occidentem ab oppidum Neunkirchen situm.*

[5] *Nova Civitas Austriae (Wiener Neustadt).*

[6] *Hieronymus Rozrażewski et Albertus Radziwiłł.*

[7] *I.e. Rudolphus II imperator una cum Maria archiducissa, Ferdinando archiduce, comite Tirolis, et Gulielmo V, Bavariae duce.*

[8] *Georgius Ludovicus, landgravius in Leuchtenberg, 1567 – 24 V 1613, filius Ludovici Henrici et Mathildis, Roberti, comitis in Mark et Aremberg, filiae; fervidus catholicus; anno 1587 Rudolpho II imperatore rogante electionis novi regis causa Varsaviam venit, ubi pro Maximiliano archiduce*

uno de quattro conti de l'Imperio, per accompagnar la sposa Ser[ma] in Polonia; è cattolico et nel ragionamento che io ho havuto seco con l'occasione che egli mi venne a visitare, mostra una particolare osservanza verso la Sede Apostolica.

Io esequendo il commandamento di V.S[tà], quando la sposa si mise in viaggio, mandai l'ordine a li Montelupi[10] di pagare a la M[tà] del re li 25 mila scudi, li quali saranno impiegati nel presente bisogno, conforme a la volontà di V.B[ne][11], a la quale humilissimamente bascio i santissimi piedi.

N. 32

Card. Georgius Radziwiłł Cinthio Aldobrandini

Vindobonae, 2 V 1592

Tres eius litteras et breve ad facultates legationis suae pertinens se accepisse confirmat. Excusat se, quod nimis molestus hac in re cum summo pontifice fuit. Sperat illum opinionem suam in negotiis Polonicis per Gasparum Biglia sibi expositurum esse.

Or.: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 79, dorsum f. 89v.
Cop.: B. PAN Kr. 8411 (TR 71) f. 91.

Tengo tre lettere di V.S.Ill[ma] con questo ultimo ordinario, una de li 11 et l'altre due de li 18 del passato, et ho ricevuto anco nel medesimo tempo il breve

---

ad coronam Polonam aspirante rem gerebat; anno 1592 Annam Austriacam comitans rursum in Poloniam est profectus, ubi iuxta instructionem die 30 aprilis ab imperatore sibi datam etiam de vi atque inceptis singularum in Republica factionum atque de Sigismundi III regis propositis se edocere debuit (Wittmann 487–508).

[9] *Maria Salomea de domo marchionum Badenianorum, ob. 30 IV 1600, Georgii Ludovici landgravii uxor ab a. 1584 (ib. 491, 500, 533).*

[10] *Sebastianus et Valerius Montelupi, origine Etrusci mercatores Cracovienses, argentarii et negotiorum cursus publici Polonici curatores; Sebastianus, 1516 – 18 VIII 1600, Cracoviam circa saeculo XVI medio venit, Valerius, 1548 – 6 XII 1613, sororis illius filius (primum cognomine Tamburini utens), prope ante a. 1570 sedem ac domicilium suum hic instituit (Danuta Quirini-Popławska, PSB XXI 668–671).*

[11] *Mense februario a. 1592 mandatu Clementis VIII Nicolaus et Franciscus Capponi, argentarii Florentini, qui aerarium mercatorium etiam Romae fecerunt, obligati sunt, ut Sebastiano et Valerio Montelupi litteras fidei ad supradictam summam 25.000 scutorum pertinentes Cracoviam mitterent; quae pecunia solum post indicia a card. Georgio Radziwiłł allata de condicionibus matrimonii regii constitutis et de profectione Annae Austriacae in Poloniam Sigismundo III persolvenda erat (ASV F. Borgh. III 67 A f. 155, 156, 158v, cop.; cf. Lepszy: Rzeczpospolita 326 ann. 2; Quirini-Popławska: Działalność 88). De subsidio vel pecunia mutua a summo pontifice concedenda et in caerimoniam nuptiarum regis impendenda iam tempore pontificatus Gregorii XIV et Innocentii IX card. Georgio Radziwiłł interveniente Romae agebatur (vide p. XL ann. 167; Sigismundus III card. Georgio Radziwiłł, Ex Wiślica 4 I 1592, BR 79 n. 36 f. 54–54v, 55v, or.).*

che s'è degnato mandarmi N.S. in materia de le facoltà de la legatione[1]. Per occasione di che prego V.S.Illma ad iscusarmi appresso S.B^ne^ se io ho havuto troppo ardire in darle molestia per questa causa, ché veramente non è stato fatto per altro che per conservar la dignità de la legatione. Per il Biglia, il quale spedii di Gratz a la S^tà^ di N.S., spero d'intender la volontà di S.B^ne^ intorno a le cose di Polonia[2]. Et in questo mentre, ricordandomi in gratia di V.S.Illma, le prego dal Signor Dio ogni felicità et grandezza.

N. 33

Claudius Acquaviva, praepositus generalis Societatis Iesu, card. Georgio Radziwiłł

[Romae], 2 V 1592

Asserit se Mariae archiducissae precibus minus satisfacere posse, sperat tamen alia occasione se magis utilem demonstraturum.

Ps. Mentionem de morte patris Ioannis Pauli Campani facit.

***Reg.**: ARSI Epp. NN. 2 f. 18-18v, s.l., ante textum in margine inscriptio cursualis:* Gratz.

Ho visto[1] quanto V.S.Illma mi scrive intorno al pio desiderio della Ser^ma^ arciduchessa[2], nel che ho visto il santo zelo di S.A., ma come dissi a V.S.Illma qua in Roma, [a-]a me non conviene far altro[b] offitio in contrario, perché altrimenti io mancarei alla parola et al debito mio[-a]; et[c] spero che la molta prudenza d'amendue mi scuseranno, offerendomele con ogni humiltà et prontezza[d] a servirle in altre occasioni che si degneranno commandarmi. Et con fare a V.S.Illma humilissima reverenza, le priego da N.S. compimento di celesti gratie.

[Ps.] [e-]N.S. è stato servito di pigliarsi al cielo il nostro buon padre Campano[3], con quel dolore et danno mio et della Compagnia che V.S.Illma può pensa-

---

[1] *Vide N. 27; cf. N. 23 et 24.*

[2] *Cf. N. 28 p. 62-63.*

[1] *Claudius Acquaviva (Aquaviva), 14 IX 1543 - 31 I 1615, origine Neapolitanus, Societatem Iesu die 22 VII 1567 ingressus est, provinciae Neapolitanae ab a. 1576 et Romanae ab a. 1579 praepositus, generalis Societatis Iesu praepositus ab a. 1581 (EWJ 15; Bronisław Natoński, EK I col. 845-846).*

[2] *Maria archiducissa.*

[3] *Ioannes Paulus Campani (Campana, Campano), 25 I 1540 - 27 IV 1592, e Regio Lepidi (Reggio nell'Emilia) oriundus, Societatem Iesu die 15 IX 1563 ingressus est, collegii Pragensis ab a. 1574 et domus probationis Brunensis ab a. 1580 rector, post adventum una cum Antonio Possevino in Poloniam (a. 1581) praepositus provinciae Polonae factus est, a. 1591 Romam est profectus, ubi munere assistentis Germaniae fungebatur (Stanisław Bednarski, PSB III 196-197; EWJ 84; Ludwik Grzebień, EK II col. 1300; Lukács: Catalogi 5* sq., 641).*

re, ma mi consolo che essendo morto come sempre è vissuto, potrà dal cielo aiutarci più efficacemente[a-e].

[a-a] *fragmentum semiuncis quadratis signatum, in margine ascriptum* non posso far altro offitio per la parola [b] *suprascriptum* [c] *sequitur expunctum* poiché [d] *ascriptum supra expunctum* reverenza [e-e] *praecessum annotatione* di mano di nostro padre, *in margine* complimento per morte

N. 34

Card. Georgius Radziwiłł Clementi VIII, pontifici maximo

Vindobonae, 7 V 1592

Caerimoniam matrimonii inter Sigismundum III regem et Annam archiducissam per procuratorem dicti regis contracti describit et significat se postero die a regina sponsa esse exceptum et breve pontificium illi porrexisse. Certiorem eum facit reginam sponsam sine mora in Poloniam proficisci constituisse et se in animo habere illam in itinere usque ad Olomucium comitari. Alia sua proposita maxime e difficultatibus in sua missione superandis pendere affirmat.

Or.: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 80–80v, in dorso (f. 88v) stylo cerussato alia manu: A mons. Aldobrandini[1] che risponda.
Cop.: B. PAN Kr. 8410 (TR 70) f. 16–17.

Hier l'altro, dopo 'l vespero, si fece il matrimonio in nome del re per verba de' presenti, havendo la M^{tà} S. fatto la procura amplissima nella persona del sig. marescial, mio fratello[2]. Fu letta la dispensa di V.B^{ne} et il mandato del re, et dopo io benedissi gl'annelli, et gli congiunsi in matrimonio con la solita benedittione et solennità requisite secondo il costume di questi paesi; et si trovarono presenti la Ser^{ma} arciduchessa madre[3] et gl'arciduchi Ernesto et Matthias.

Io hieri visitai la regina[4], et gli presentai il breve di V.S^{tà}[5] col far testimonianza a S.M^{tà} che V.B^{ne} sentiva tanto contento di questo matrimonio quanto di cosa che ella potesse desiderare maggiormente, et le offersi la protettione di V.S^{tà} in ogni occasione che potesse nascere. Rese humilissime gratie S.M^{tà} a la S^{tà} V. de la molta benignità che lei s'era degnata mostrargli, et particolarmente co l'honorarla con la presenza d'un suo legato, et disse che la S^{tà} V. haveva

---

[1] *Cinthius Aldobrandini.*
[2] *Albertus Radziwiłł.*
[3] *Maria archiducissa.*
[4] *Anna Austriaca.*
[5] *Vide N. 7.*

causa di rallegrarsi di questo matrimonio come di cosa propria, poiché riceveva questa consolatione da la mano di V.B^ne^ assolutamente, con l'auttorità de la quale s'era incominciata et stabilita. S'offerse devotissima sempre de la Sede Apostolica, et poi che non poteva con altro mostrar l'obligo che tiene a la S^tà^ V., soggiunse che havrebbe pregato continuamente il Signor Dio per il felice stato di V.B^ne^.

Oggi, dopo pranso, partirà S.M^tà^ per la volta di Polonia con l'arciduchessa madre, et sarà accompagnata dagl'arciduchi due giornate solamente, per quanto intendo. Io anderò con la M^tà^ S. fin a Olmuzzo[6], di dove fo pensiero poi di passare in diligenza a Cracovia se io intederò che siano acquettati que' rumori per causa di questa mia legatione, havendo aviso che la M^tà^ del re andava disponendo gli animi d'alcuni et che sperava di superare ogni difficoltà, essendo desiderosissima di ricevermi con quello honore che si deve a ministro di V.B^ne^. Se io sarò accettato nel Regno come conviene, comparirò come legato, et se continuaranno le difficoltà, esequirò l'ordine che s'è degnata darmi la S^tà^ V. per il Biglia, il quale arrivò qua hieri[7]. Et a la S^tà^ V. bascio humilissimamente i santissimi piedi.

N. 35

Card. Georgius Radziwiłł Clementi VIII, pontifici maximo

Ex Lipník[a], 13 V 1592

Significat a cursore suo ad Sigismundum III regem misso se nuntium felicem accepisse adversarios suae legationis atque matrimonii regis cum Anna Austriaca mitiore iam animo esse; Mariam archiducissam denuo morbo affectam esse, sperandum tamen esse illam laetis nuntiis de Polonia provenientibus cognitis salutem recuperaturam esse.

Or.: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 81–81v, in dorso (f. 87v) alia manu: A mons. Aldobrandino[1] che risponda.
Cop.: B. PAN Kr. 8410 (TR 70) f. 18–19.

In questo punto che io sono arrivato qua in Lipnich[2] con la regina[3], ho ricevuto lettere dal gentilhuomo che io spedii a la M^tà^ del re per trattar de la legatione, per le quali mi avisa che quelli che procuravano d'opporsi non solo

---

[6] *Olomucium (Olmütz, Olomouc), civitas.*

[7] *Cf. N. 25, N. 28 p. 62–63, N. 32.*

[1] *Cinthius Aldobrandini.*

[2] *Lipník (Leipnik), oppidum ad Bečva flumen orientem versus ab Olomucio situm.*

[3] *Anna Austriaca.*

a me come legato[4], ma anco a la regina stessa perché non entrasse nel Regno, si sono già acquettati, et che si faranno le nozze quietamente et io sarò ricevuto con quell'honore che conviene a ministro di V.S^{tà}. Il sudetto, che è già in viaggio per questa volta, mi scrive ancora che mi porta lettere del re in questo medesimo tenore. Onde, se bene io non le ho havute, ho giudicato nientedimeno debito mio il dar subito conto a la S^{tà} V. di questo particolare, sapendo con quanto contento ella si degnerà intenderlo.

A la Ser^{ma} arciduchessa madre[5] è ritornata la sua terzana, et la ha havuta fin hora due volte; si spera però che habbia a cessare, massime con queste buone nuove di Polonia, le quali doveranno rallegrar S.A., altrettanto che la travagliavano poco fa certe voci, intese per camino, che nel Regno s'unissero molti per escluder la regina. Darò minutamente ragguaglio a la S^{tà} V. di quanto succederà a la giornata, et in questo mentre con humilissima riverenza le bascio i santissimi piedi.

[a] Lipnich *or.*

N. 36

Albertus Radziwiłł, marescalcus Magni Ducatus Lithuaniae, card. Georgio Radziwiłł

Cracoviae, [17 V] 1592

Refert de singulis rebus pertinentibus ad ordinem caerimoniarum observandum in eius Cracoviam ingressu, salutatione Mariae archiducissae et filiae eius Annae, sed quoque tempore huius nuptiarum legatique apud Sigismundum III regem audientiae. Asserit secundum opinionem regis eiusque consiliariorum cardinalem ad legationem renuntiare non debere.

Ps. Excusat se, quod ob affectam valetudinem ipse negotia cardinalis curare non potuit rogatque, ut se de eius Cracoviam ingressu certiorem faciat.

Or.: BR 78 n. 53 f. 112–112v, cum dato: dnia świątecznygo *(die festo, scilicet die Pentecostes, qui anno 1592 fuit dies 17 mensis maii), dorsum f. 113v.*

W.Ks.M. już raczysz wiedzieć z strony swej intraty, że się tak zgodzili, iż K.J.M. z Crac[owa] wyjedzie, kiedy W.Ks.M. wjechać do Crac[owa] będziesz raczył. W kościele tedy też miesce W.Ks.M. przeciwko K.J.M. będzie i baldekin nad W.Ks.M. będzie. Z strony wyjechania przeciwko arcyksiężnie Jej M.[1]

---

[4] *Cf. N. 25, N. 28 p. 63, N. 34.*

[5] *Maria archiducissa.*

[1] *Maria archiducissa.*

i przeciwko K.Jej M. przyszłej[2], tedy uchodząc inwidyi, i dla K.J.M., i dla W.Ks.M. tak się zdało Ich M., żebyś W.Ks.M. nie raczył wyjeżdżać, a w kościele, albo gdzie się zdać W.Ks.M. będzie, czekał albo był natenczas, kiedy się oni witać i intratę czynić będą. Z kościoła W.Ks.M. ście będzie po prawej ręce K.J.M. Siedzenie u stołu to też tak zostało, jako już W.Ks.M. wiedzieć raczysz, i rozumiem, że się kontentować będziesz mógł. To tylko zostawa z strony audiencyjej, tedy i ta privata być ma; ten fawor i Ich M. panowie uczynią, że wynidą, i K.J.M. przeciwko W.Ks.M. wynidzie. Tak się też to było puściło tanio, że W.Ks.M. chcesz i gotoweś porzucić tę legacyją, a przyjechać tanquam privatus jako biskup etc. Nie zdało się to K.J.M., który wszytko chętnie gotów by uczynić i nic na nim nie schodzi; także i Ich M. panom niektórym, z kt[ó[a]]rymi się porozumiewał o tym, jedno żebyś W.Ks.M. jako legatus wjechać raczył, ukazując że już nierychło i lepiej tak będzie. Z tym służby moje w łaskę W.Ks.M. zalecam.

[Ps.] [b-]Odpuść W.Ks.M., że sam nie piszę, bo się niedobrze mam, ale faktor W.Ks.M. d[nus] Andreas te wszystkie sprawy W.Ks.M. odprawia, tenże i w tej u K.J.M. był, bom ja nie mógł być, ipse testimonium perhibebit, quia vidit et audivit; a proszę, niech pewnie wjazd W.Ks.M. wiem, bo z takowych kurserów, jako ten był, obiecuję, że się żaden nie sprawi, własn[i]e by go do Turek z tajemnicami posyłać[-b].

[a] *evulsum* [b-b] *manu propria*

N. 37

Clemens VIII, pontifex maximus, Annae Austriacae, reginae Poloniae

Romae, 28 V 1592

Nuntiat se dono rosam auream mittere, quam una cum his litteris Maximilianus de Pernštejn, cubicularius suus secretus, ei porrecturus sit. Omnibus, qui illi sacrificio interfuerint, indulgentiam concedit.

Min.: ASV Arm. XLIV 37f. 142, dorsum f. 143v (commune brevibus in f. 142–143).
Cop.: ARSI F. Ges. 1537/9 n. 4.
Ed.: Theiner: Vetera 209–210, secundum min.

Carissima in Christo filia, salutem etc. Iudicavimus magnopere convenire aliquid muneris mitti M[ti] T. his primis diebus nuptiarum[a]. Mittimus igitur rosam auream, quam vetere pontificum Romanorum more, solenni ritu, adhibito balsamo, thure, aqua benedicta, consecravimus quarto Sanctae Quadragesimae domi-

---

[2] *Anna Austriaca.*

nico die[1], quo die Ecclesia in sacrosancto Missae sacrificio invitat fideles omnes ad laetitiam illis verbis: „Laetare Ierusalem et conventum facite omnes, qui diligitis eam; gaudete cum laetitia, qui in tristitia fuistis; ut exultetis et satiemini ab uberibus consolationis vestrae. Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus"[2]. Quae autem precati tum sumus[b] universe, precamur nunc etiam nominatim M[ti] T., ut Deus et Dominus noster[c] crimina deleat, fide repleat, indulgentia foveat, misericordia protegat, adversa destruat, prospera cuncta[d] concedat. Affert[e] rosam[f] hanc[g] dilectus filius Maximilianus Pernestainus, cubicularius noster secretus, vir praestanti generis atque animi nobilitate et in primis nobis carus. Accipies eam peracto [h-]in ea, quam malueris, ecclesia[-h] ab aliquo in ecclesiastica dignitate constituto Missae sacrificio[i]. Nos autem omnibus, qui ei sacrificio interfuerint, quindecim annorum et totidem quadragenarum indulgentiam concedimus in forma Ecclesiae consueta. Datum Romae apud S. Petrum etc., die 28 maii 1592, anno primo.

Ant[onius] Buccapad[uliu]s

[a] *sequitur expunctum* tuarum [b] *sequitur expunctum* a Domino [c] *sequitur expunctum* peccata d[eleat] [d] *ascriptum supra expunctum* omnia [e] *sequitur expunctum* hanc ipsam [f] *sequitur expunctum* Maximilianus [g] *suprascriptum* [h-h] *ascriptum in margine* [i] *sequitur expunctum* in ea, quam malueris

N. 38

Clemens VIII, pontifex maximus, Annae Iagellonicae, Poloniae reginae viduae

Romae, 28 V 1592

Eam certiorem facit Maximiliano de Pernštejn, qui has litteras ei redditurus sit, commissum esse, ut rosam auream Annae Austriacae reginae porrigeret. Benedictionem suam ei concedit.

Min.: ASV Arm. XLIV 37 f. 142.
Cop.: ARSI F. Ges. 1537/9 n. 4.

Carissima in Christo filia nostra, salutem etc. Reddet M[ti] T. has literas dilectus filius Maximilianus Pernestanus[a], cubicularius noster secretus, vir praestanti generis atque animi nobilitate et nobis in primis carus, cui etiam[b] dedimus rosam auream Annae reginae[1] afferendam. Libenter autem usi sumus hac opor-

---

[1] *Quarta dominica Quadragesimae (Laetare Hierusalem), a. 1592 in diem 8 martii incidebat.*

[2] *Cf. Graduale 118.*

[1] *Anna Austriaca.*

tunitate tibi per has literas benedicendi, quia id tibi pro tua praestanti pietate optatum esse intelligebamus. Deus benedictus tueatur te semper sua gratia et cumulet omnibus bonis. Datum ut supra[2].

Ant[onius] Buccapad[uliu]s

[a] *ascriptum in margine* [b] *suprascriptum*

N. 39

Clemens VIII, pontifex maximus, Sigismundo III, regi Poloniae

Romae, 28 V 1592

Nuntiat se per Maximilianum de Pernštejn rosam auream Annae reginae, uxori eius, mittere. Utrique benedictionem suam dat.

Min.: ASV Arm. XLIV 37 f. 142v.
Cop.: ARSI F. Ges. 1537/9 n. 4.

Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Dedimus has literas ad M^tem^ T. dilecto filio Maximiliano Pernestano, cubiculario nostro secreto nobisque in primis caro propter praestantem generis atque animi nobilitatem, cui etiam dedimus rosam auream afferendam Annae coniugi tuae[1]. Utrique vestrum benedicimus precamurque vobis divinae gratiae atque omnium bonorum cumulum. Datum ut supra[2].

Ant[onius] Buccapad[uliu]s

N. 40

Clemens VIII, pontifex maximus, card. Georgio Radziwiłł

Romae, 28 V 1592

Per Maximilianum de Pernštejn, cum rosa aurea ad Annam Austriacam reginam missum, salutationem ei reddit.

---

[2] *Vide N. 37.*

[1] *Anna Austriaca.*

[2] *Vide N. 37.*

Or.: AGAD Dok. Perg. 8006.
Min.: ASV Arm. XLIV 37 f. 142v.
Cop.: ARSI F. Ges. 1537/9 n. 4.
Nota: Brevia commendantia Maximilianum de Pernštejn et munus ei assignatum nuntiantia missa sunt praeterea ad Rudolphum II imperatorem (ASV Arm. XLIV 37 f. 143, min.; ARSI F. Ges. 1537/9 n. 4, cop.), Gulielmum de Rožmberk[1], Hieronymum Rozrażewski, epum Cuiaviensem, et Mariam Maximilianam de Pernštejn[2], Maximiliani matrem (ASV Arm. XLIV 37 f. 143, min.; breve ad epum Rozrażewski scriptum ed. Czaplewski n. 1081 p. 418).

Clemens papa VIII. Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Non putavimus omittendum esse hanc oportunitatem ad te scribendi teque salutandi per dilectum filium Maximilianum Pernestanum, cubicularium nostrum secretum nobisque ob egregias virtutes in primis carum, per quem etiam mittimus Annae, Poloniae reginae[3], rosam auream vetere, ut scis, Romanorum pontificum instituto consecratam. Et quanquam nihil habebamus, quod privatim ad te scriberemus, tamen hoc satis causae scribendi esse putavimus, ut te salutaremus et quasi tecum loqueremur, quod semper libentissime fecimus[a]. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die 28 maii 1592, pontificatus nostri anno primo.

Ant[onius] Buccapadulius

[a] *sequitur* Deus benedictus cumulet pietatem tuam omni felicitate *min.*

N. 41

Clemens VIII, pontifex maximus, archiduci Ferdinando, comiti Tirolis

Romae, 28 V 1592

Eum hortatur, ut conatibus „haereticorum" omnibus viribus se opponat et candidatum catholicum ad episcopatum Argentoratensem obtinendum promoveat.

---

[1] *Gulielmus de Rožmberk, 1535 – 31 VIII 1592, dominii gentilicii ab a. 1551 gubernator, supremus camerarius ab a. 1560 et ab a. 1570 itidem supremus Regni Bohemiae burggravius, Maximiliani II imperatoris in Polonia annis 1572–1573 annoque 1576 orator et ad coronam Polonam obtinendam tempore secundi interregni candidatus, Rudolphi II imperatoris intimus consiliarius ab a. 1577, cum eiusdem imperatoris mandatis ad condiciones pacis Bytomiae et Bendzini cum commissariis Polonis constituendas a. 1589 missus (Dworzaczek: Genealogia tab. 59; Orzelski passim; Pánek: Osobowość; Pánek: Poslední Rožmberkové; Slach; Sobieski).*

[2] *Maria Maximiliana de Pernštejn, nata Manriques de Lara, ob. Pragae 16 II 1608, vide p. LI.*

[3] *Anna Austriaca.*

Notum facit se Germanicum Malaspina, epum S. Severi, nuntium suum, ad eum mittere, cui hac de re agendi potestatem dat.

Min.: ASV Arm. XLIV 37 f. 158, dorsum f. 161v (commune brevibus in f. 158–159, 161).

Ed.: Schweizer: Nuntiaturberichte 541 ann. 1.

Nota: Breve nuntians munus Malaspinae datum missum est etiam ad card. Andream, Ferdinandi archiducis filium (ASV Arm. XLIV 37 f. 158v).

N. 42

Card. Georgius Radziwiłł Clementi VIII, pontifici maximo

Cracoviae, 30 V 1592

Nuntiat Sigismundum III regem exoptare, ut nonnullis obstantibus legati munere functus ingressum Cracoviam faciat, ipsum tamen in rebus praeparandis ad Annam reginam sponsam digne salutandam occupatum sibi obviam ire non posse. Significat Ioannem Tarnowski, vicecancellarium Regni, se salutatum in Balice venisse. Describit suum Cracoviam adventum, audientiam apud regem et reginam Annam Iagellonicam sibi concessam atque caerimoniam salutationis Annae Austriacae et eius in urbem ingressum. Eum edocet, cur ad posterum solum diem caerimonia confirmationis matrimonii et actus coronationis reginae postpositus est. Dicit se, quamquam impetu febris debilitatum, a rege maxime petitum cenae nuptiali interfuturum esse. Verbum facit de conventu a regis adversariis Andreoviae facto, de proposito comitia convocandi, necnon de desiderio a rege atque episcopis expresso, ut eorum tempore in Polonia nuntius apostolicus iam adsit.

Or.: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 82–83v, 86–86v (ordo rectus f. 82–82v, 86–86v, 83–83v), in dorso (f. 84v) alia manu: A mons. Aldobrandino[1] che risponda.

Cop.: B. PAN Kr. 8410 (TR 70) f. 20–24.

Conforme a quanto scrissi a la S[tà] V. di Lipnich con le mie precedenti[2], hebbi lettere da la M[tà] del re in viaggio, per le quali mi avisava che nonostante che alcuni sentissero malvolentieri questa mia legatione[3], egli nientedimeno voleva che io entrassi in Cracovia come legato et che sarei stato ricevuto con quello honore che conveniva. Si scusava però et sentiva dispiacer grande di non potere egli stesso incontrarmi come desiderava, essendo che era astretto a fer-

---

[1] *Cinthius Aldobrandini.*

[2] *Vide N. 35.*

[3] *Cf. N. 25, N. 28 p. 63, N. 34.*

marsi in un loco[4] meza lega fuori de la città per mettere ordine a l'incontro de la regina sposa[5], et che la brevità del tempo non gli permetteva che partisse da là, non havendo ancora ordinate le cose come bisognava, oltre che essendo occupata la nobiltà ne l'apparecchio che si faceva per la sposa Ser^ma^, non poteva uscire in campagna con quel seguito che se gli conveniva. Perciò vedendo io desiderio che haveva S.M^tà^ che io assistessi a le nozze come ministro de la S^tà^ V., et parendomi che la scusa de la M^tà^ S. fosse giusta in questa occasione, feci risolutione d'entrar come legato.

Essendo io, dunque, arrivato sabbato passato, 23 del corrente, in un loco qui vicino una lega[6], venne subito il sig. vicecancelliere del Regno[7] a visitarmi per nome di S.M^tà^, et repplicò il medesimo che mi haveva scritto il re pregandomi instantemente che io volessi entrar ne la città col titolo di legato solennemente, assicurandomi che conoscendo V.B^ne^ la riverenza che egli le porta, haverebbe accettata benignamente la sua scusa di non havermi potuto honorar con la presenza in questo mio ingresso come conveniva, et che mi havrebbe fatto incontrar con quel maggiore honore che fosse stato possibile, come fece anco la mattina seguente che io feci l'entrata, essendo usciti in campagna in nome di S.M^tà^ l'arcivescovo di Leopoli[8] et il gran marescial del Regno[9], li quali mi ricevettero con molto honore, essendo venuti con essi li più principali signori de la corte del re, et poco avanti anco erano venuti ad incontrarmi li vescovi di Plozca[10], Luceoria[11] et Premislia[12] con li palatini di Sandomiria[13] et Lencic[ia][14]. A l'ingresso de la città fui ricevuto dal clero con le solite ceremonie; et passando dirittamente a la mia chiesa cathedrale[15], presi il possesso del

---

[4] *Lobsovia (Łobzów), pagus ad Cracoviam situs, nunc partem urbis constituit.*

[5] *Anna Austriaca.*

[6] *Balice ad Cracoviam.*

[7] *Ioannes Tarnowski.*

[8] *Ioannes Demetrius Solikowski.*

[9] *Andreas Opaliński.*

[10] *Adalbertus Baranowski, 1548 - 23 IX 1615, secretarius regius, secretarius maior a 29 XI 1581, epus Premisliensis nom. 7 VI 1584, prov. 11 II 1585, vicecancellarius Regni 17 I 1585 - I 1591, epus Plocensis nom. 1590, prov. 30 I 1591, epus Cuiaviensis nom. 1606, prov. 14 V 1607, aepus Gnesnensis nom. 18 V 1608, prov. 28 VII 1608 (Fokciński 96-98, 120-122; HC III 276, 280, IV 195, 372; Adam Strzelecki, PSB I 286-289; UDR X n. 646, 935).*

[11] *Bernardus Maciejowski.*

[12] *Laurentius Goślicki.*

[13] *Georgius Mniszech.*

[14] *Stanislaus Miński, ca 1561 - 21 VII 1607, castellanus Livensis, postea Zakrocimensis ab a. 1588, palatinus Lanciciensis a 26 IV 1590, orator Sigismundi III regis ad oboedientam Clementi VIII praestandam Romam missus (quam oboedientiam die 27 I 1594 praestitit), vicecancellarius Regni a 1 IV 1606 (Stefan Gruszecki, PSB XXI 320-322; Jarmiński: Trudne starania 169-175; UDR II/2 n. 627, X n. 650; Banaszak 2 p. 236-245).*

[15] *Ecclesia cathedralis SS. Venceslao et Stanislao epo dicata, annis 1320-1364 in arce Wawel erecta (asservatae sunt quoque partes quaedam arte Romanica saeculis XI-XII exstructae), cum capellis saeculis XVI-XVIII aedificatis.*

vescovato.

Il dì seguente, essendo ritornato il re a la città, visitai la M^tà S., la quale mi honorò col venirmi incontro ne la sala publica et darmi la man dritta con molta cortesia. A S.M^tà presentai allhora il breve di V.B^ne[16], accompagnandolo con quelle parole che mi parevano convenire a l'affetto paterno di lei verso la M^tà S. Restò consolatissima S.M^tà de la benignità che V.S^tà mostra verso la persona sua, et particolarmente de l'honore che s'è degnata farle hora con questa mia legatione, offerendosi sempre obedientissimo figliolo de la S^tà V. sopra ogn'altro prencipe di christianità, che così precisamente mi disse. Licentiatomi poi da S.M^tà, visitai la regina vedova[17], et le diedi il breve di V.B^ne[18], che fu ricevuto da lei con quella riverenza che conviene et con parole di molta osservanza verso la S^tà V.

Martedì[19], dopo pranso, fece l'entrata la regina sposa, essendo stata prima ricevuta dal re in campagna sotto un baldochino posto fra tre padiglioni, che erano apparecchiati per il re, regina sposa con la madre[20] et regina vedova con l'infanta di Svetia[21], che erano uscite ad incontrar S.M^tà. Io visitai privatamente la sposa prima che partisse da Balizza[22], dove s'era fermata la notte, lontano di qua una lega, et ritornai subito a dietro per ricever le MM^tà Loro ne la mia chiesa cathedrale, come feci, essendo stato cantato il „Te Deum" con molto applauso di tutti.

L'ingresso fu honorato con belle livree et buona comitiva, arrivando la cavalleria che andava in ordenanza al numero di 2.500, oltre più di mill'altri che erano concorsi per vedere, et li fanti archibusieri erano da 3 mila in circa.

Dimane si farà di nuovo da me la benedittione de li sposi, et sarà coronata la regina dal vescovo di Cuiavia[23] per l'absenza di mons. arcivescovo di Gnesna[24] causata da l'indispositione sopragiuntale in effetto, se ben si credeva prima che fosse artificio o altro rispetto. Questa ceremonia, volevano molti che fosse fatta giovedì passato[25], ma perché si diceva che 'l gran cancelliere voleva trovarsi presente a questa solennità et che sarebbe venuto qua oggi (se ben fin hora non c'è aviso alcuno) per reconciliarsi col re, come altri giudicavano, o pur per altro fine, secondo il giudicio d'alcuni, giudicò S.M^tà più conveniente il differirle a dimane per non parer di temer questa sua venuta, massime che la solennità del giorno era di maggior consolatione a la M^tà S., la quale co l'acce-

---

[16] *Vide N. 6.*

[17] *Anna Iagellonica.*

[18] *Vide N. 9.*

[19] *Die 26 maii.*

[20] *Maria archiducissa.*

[21] *Anna Vasa.*

[22] *Vide supra, ann. 6.*

[23] *Hieronymus Rozrażewski.*

[24] *Stanislaus Karnkowski.*

[25] *Die 28 maii.*

lerar lo sponsalitio non voleva dare occasione ad alcuni di credere che egli lo volesse celebrar quasi furtivamente, confidandosi massime che essendo fatto con quel fine che ha havuto sempre del servitio publico et benefitio de la christianità, habbia ad esser favorito principalmente da la M^{tà} Divina. Sopra che havendo S.M^{tà} ricercato anco il mio parere, dissi che conveniva a la dignità de la M^{tà} S. il far così.

Hieri havendomi S.M^{tà} mandato a visitare, mi fece far grande instanza perché io dopo la benedittione del matrimonio andassi a desinar con le MM^{tà} Loro, altrimenti che se le scemarebbe il contento che riceve, quando in questa attione non havesse occasione d'honorar la S^{tà} V. ne la persona d'un suo ministro. Onde io farò il possibile per andarvi per sodisfare a S.M^{tà}, se bene io mi trovo in letto da quattro giorni in qua per un termine di febre, che mi durò 40 hore; da la quale con tutto che io sia libero hora per gratia del Signor Dio, mi sento nientedimeno molto debole.

Il convento intimato in Andreovia[26] si fa tuttavia, né si sa che risolutione siano per pigliare que' signori ragionandosi diversamente.

La M^{tà} del re s'è contentata che si faccia la dieta ricercata d'alcuni con molta instanza, et s'incominciarà a li 6 di settembre[27]; per il qual tempo è molto desiderato qui, e da la M^{tà} del re et da li vescovi, il nuntio per poter con l'auttorità de la S^{tà} V. aiutare le cose publiche contra chi le volesse turbar, come si dubita. Et con humilissima riverenza bascio i santissimi piedi di V.B^{ne}.

N. 43

Card. Georgius Radziwiłł Cinthio Aldobrandini

Cracoviae, 30 V 1592

Ad eius litteras respondens declarat se brevibus pontificiis receptis maxime ad Mariae archiducissae desiderium conformatis R^{dum} D^{num} Formentinum petiturum esse, ut de negotiis illius punctualiter sibi referat. Causam Bartholomaei Powsiński se promoturum esse pollicetur. De rebus Polonicis in litteris ad summum pontificem datis narrat.

Or.: *ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 34, dorsum f. 34'v.*
Summ., Exc.: *B. PAN Kr. 8410 (TR 70) f. 25.*

---

[26] *Conventus factionis adversae Andreoviae (quod est oppidum ad meridionem et occidentem a Kielce situm) convocatus consilium diebus 1-5 VI 1592 tenens (Lepszy: Rzeczpospolita 346 sqq.).*

[27] *Praefata comitia, inquisitionis dicta, revera die 7 septembris consilium habere inceperunt (Barwiński: Diariusze 1591-1592 p. 206).*

Tengo tre lettere di V.S.Illma con questo ultimo ordinario sotto 'l primo et 2 del corrente, in risposta de le quali mi occorre dirle che io havuto i brevi per la Ser^ma^ arciduchessa madre[1] conformi al desiderio di S.A., farò sapere a mons. Formentino[2] che dia minutamente conto del suo negotio, poiché la S^tà^ di N.S. si mostra inclinata in fargli la^a^ gratia se si potrà.

De la raccommandatione di V.S.Illma ne la persona del sig. Bart[olome]o Ponsinski[3] *[s]* terrò quel conto che si deve, et procurarò di farle conoscere il desiderio mio di servirla in ogni occasione che mi si presenterà.

De le cose di qua do conto a la S^tà^ di N.S. con una mia[4] che presenterà a S.B^ne^ l'abbate Campani. Et pregando V.S.Illma a conservarmi la gratia di N.S. et tenermi ancor lei per servitore, le bascio le mani.

[a] *ascriptum in versu*

N. 44

Minutius Minucci[1] *card. Ludovico Madruzzo*

---

[1] *Maria archiducissa.*

[2] *Fortassis Leonardus Formentin, ob. 1596, Caroli II archiducis consiliarius, ordinis Equitum Theutonicorum in Styria commendator simulque commendator Labacensis (Kohlbach: Die gotischen Kirchen 87).*

[3] *Bartholomaeus Powsiński, ca 1568 - 21 X 1622, Valentini, aurificis Cracoviensis, filius, qui cum card. Hippolyto Aldobrandini post eius legationem in Polonia expletam a. 1589 Romam profectus est; cubicularius secretus pontificius a m. februario a. 1592, una cum Valentino fratre ordini equestri in comitiis Varsaviensibus die 12 X 1592 ascriptus, provisionem pontificiam in canonicatum Gnesnensem die 1 II 1593 accepit, protonotarius apostolicus; comes sacri palatii apostolici et aulae Lateranensis, eques auratae militiae atque nobilis Romanus a 12 III 1593; canonicus Cracoviensis e provisione card. Georgii Radziwiłł de 4 VI 1593 atque e confirmatione et dispensatione pontificia de 1 V 1593; m. augusto ineunte a. 1593 a Clemente VIII ad Sigismundum III expeditus cum missione ad illius iter in Sueciam faciendum pertinente, Romam initio m. ianuarii a. 1594 rediit; canonicus basilicae S. Ioannis in Laterano a 5 V 1600, abbas commendatarius Andreoviensis e provisione pontificia de 11 IX 1600 designatus, a. 1602 munere a Clemente VIII commisso in Gallia functus est, negotiorum Sigismundi III curator Romae ab a. 1605 et deinde Neapoli ab a. 1609 (BAV Ruoli 110 f. 4, 22 II 1592; ASV Sec. Brev. 367 f. 77–78v, 1 II 1593; ib. f. 105–119v, 12 III 1593; ASV Sec. Brev. 203 f. 10–10v, min., AKKK LA 7 f. 181v–182, cop., 1 V 1593; AKKK LA 7 f. 181–181v, cop., 4 VI 1593; ASV Sec. Brev. 376 f. 102–103v, 5 V 1600; ASV Sec. Brev. 377 f. 198–200v, 11 IX 1600; Jolanta Choińska-Mika, PSB XXVIII 286 sq.; Chrzanowski, Kornecki 85 sq.; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CCXXXVII sqq.; Pärnänen: L'ambassade; Wdowiszewski 45).*

[4] *Vide N. 42.*

[1] *Minutius Minucci, 17 I 1551 - 7 III 1604, i.u.d., secretarius comitis Bartholomaei de Porcia, nuntii apostolici in Germania meridionali, Coloniae Agrippinae et in aula imperiali annis 1573–1578; post exspectatum adventum Horatii Malaspina nuntii, successoris illius, a. 1578 exeunte card. Ludovico Madruzzo, protectori Germaniae, inservire coepit, quem a. 1582 in itinere ad comitia Imperii Augustae Vindelicorum indicta comitatus est; anno consequente, post apostasiam a principe electore Gebhardo Truhsess de Waldburg publice declaratam, commissarius pontificius Coloniam Agrippinam novi archiepiscopi eligendi causa missus; annis 1584–1586 officia sua apud*

Romae, 30 V 1592

Nuntiat se observationes eius ad episcopatum Argentoratensem post obitum epi Ioannis a Manderscheid vacantem pertinentes summo pontifici retulisse; quem ipsius hac in re consilio Germanicum Malaspina, epum S. Severi, Oenipontem mittere constituisse, qui Ferdinando archiduci persuaderet, ut ad supradictum episcopatum personam catholicam eligendam curaret; summum pontificem eadem sententia esse ad hoc munus obtinendum archiducem Andream, card. Austriae, candidatum longe idoneum esse vel — eo recusante — unum e filiis Gulielmi V, Bavariae ducis; ad opinionem Rudolphi II imperatoris hac in re cognoscendam Camillum Caetani, Pragae nuntium, teneri; summum pontificem optare, ut card. Madruzzo instructionem pro Malaspina daturam praeparet, Roma autem litteras credentiales opportunas mitti; cardinali statuere concedi, utrum cursor ad canonicos catholicos Argentoratenses mittatur an non; ab illo atque a Malaspina nuntia de ulteriore rerum progressu exspectari.

***Reg.**: DHI 1 f. 284v–285v.*

N. 45

Minutius Minucci Germanico Malaspina

Romae, 30 V 1592

Confirmat summum pontificem ei mandavisse ut, secundum ea, quae pridie, antequam Malaspina Romam reliquerit, dixisset, cum Ferdinando archiduce, comite Tirolis, de episcopatu Argentoratensi ageret; rem melius card. Ludovicum Madruzzo ei expositurum esse. Eum adhortatur, ut proficiscatur nulla mora interposita. Post relationem de colloquiis Oeniponte habitis factam eum iter pergere posse dicit.

***Reg.**: 1. ASV F. Borgh. III 18 f. 3–3v, nomen auctoris deest. — 2. DHI 1 f. 286. — 3. ib. f. 293.*

Gulielmum V, ducem Bavariae, qui eum consiliarium primarium fecit, explebat, deinde negotiorum illius curator Romae erat; in pontificatu Innocentii IX, inde ab initio m. novembris a. 1591, negotia Germanica in secretariatu pontificio administrabat, nova divisione munerum in eo initio pontificatus Clementis VIII perpetrata cura negotiorum Polonorum ei est addita; a m. septembri a. 1592, cum summus pontifex ambos nepotes suos supremos secretarios fecisset, Minutius Minucci in dicione Cinthii Aldobrandini fuit; die 7 II 1596 aepus Iadrenis est deputatus et brevi post ministerium suum in curia Romana reliquit (Hansen: Kampf 737 sqq.; HC IV 207; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. XLIII–XLIV, LII sqq.; Marani p. IX sqq.).

N. 46

Facultates generales a Clemente VIII, pontifice maximo, Germanico Malaspina concessae

Romae, 1 VI 1592

Summus pontifex Germanico Malaspina, nuntio ad regem Sigismundum III designato, facultates sequentes in Regno Poloniae atque in aliis terris dicto regi subiectis concedit: omnes institutiones et personas ecclesiasticas visitandi et reformandi; abusus tollendi atque disciplinam ecclesiasticam restituendi; decreta Concilii Tridentini introducendi et ad honestum vitae modum personas delinquentes revocandi; contra inoboedientes et criminosos procedendi eosque puniendi; omnes reatus in causis criminalibus, civilibus, matrimonialibus et beneficialibus iurisdictioni ecclesiasticae subiectis — exceptis causis ad iudicia primae instantiae pertinentibus — iudicandi atque quoscumque citandi; poenas ecclesiasticas apponendi et relaxandi, ad auxilium brachii saecularis recurrendi causasque iudicandas committendi; quoscumque adversus sententias atque contractus in integrum restituendi iuramentaque relaxandi; homicidas, sacrilegos, simoniacos, periuros, eos, qui bellis interfuerint, personarum ecclesiasticarum percussores, eos, qui horas canonicas non dixerint et qui intra tempus a iure statutum se ad sacerdotium promoveri non fecerint vel illud sine dispensatione praescriptis violatis obtinuerint, eos, qui beneficia ecclesiastica indebite detinuerint eorumque fructus illicite perceperint, adulteros, incestos, fornicatores, documentorum apostolicorum falsarios, usurarios, raptores, incendiarios et alios vitiosos absolvendi; super omnibus irregularitatibus ad ordines sacros et beneficia ecclesiastica dispensandi; apostatas (in sinum Ecclesiae reditos) et alios in omnibus aliis casibus, etiam Sedi Apostolicae reservatis (non tamen in bulla „In Coena Domini" nominatis), absolvendi; sacros ordines, etiam extra tempora a iure statuta et ab alio antistite ac personis defectu corporis laborantibus, suscipere permittendi; graduatis beneficia accipere concedendi; ab impedimentis matrimonialibus dispensandi prolemque illegitimam legitimandi; beneficia vacantia in mensibus Sedi Apostolicae reservatis conferendi; litteras monitoriales contra reos latentes directas proferendi; bona ecclesiastica permutari licentiam concedendi; in locis interdicto appositis Missas celebrari permittendi; indulgentias 7 annorum et 7 quadragenarum omnibus, qui pia opera patraverint, die festo ecclesiam visitaverint ac pro unione regnantium et fidei propagatione praecaverint, impartiendi; vota (exceptis votis peregrinationis ultramarinae, visitationis liminum beatorum Petri et Pauli apostolorum, S. Mariae Lauretanae, S. Iacobi de Compostella, castitatis et religionis) in alia pietatis opera commutandi; ecclesiasticis saecularibus, ut in studiis iuris civilis usque ad quinque annos versentur et ad gradus academicos promoveantur, concedendi; personis ecclesiasticis permittendi, ut bonis ecclesiasticis libere disponant; ad praefatarum gratiarum effectum consequendum quascumque personas a poenis ecclesiasticis absolvendi; commissarios pro decretorum nuntii exsecutione delegandi et mandata pronuntiandi.

Min.: ASV Sec. Brev. 192 f. 326–334; in f. 326 in angulo laevo supero: Tax[atio] iulii n° 80. Nuntiatura Poloniae, *in angulo dextro supero:* Iunii 1592, *in angulo laevo inferiore:* Iulii 92; *in dorso (f. 335v) alia manu:* Carta da scudi *[?]* 50, *alia manu:* est simile expeditum pro archiepiscopo Neap[olitano][1], decembris 1586 per bullam[2].

Exc.: ASV Arm. XLV 43 f. 76–76v, in f. 76 alia manu: Nunciatura Poloniae pro episcopo S. Severi 1592 a Clem[en]te VIII deputato, *in f. 76v eadem manu:* Sub hac forma sunt de caetero expeditae facultates generales omnium horum nunciorum mutatis mutandis aliquibus paucis verbis etc., ut infra videbitur.

Summ.: BO 503 f. 19–22v, titulus: Summarium facultatum D^ni^ Malaspinae, episcopi S. Severi, nuntii Poloniae, expeditarum in mense iulii 1592, *in f. 24v alia manu:* Pro Germanico, episcopo Sanctae Severae *[s]*, S^tis^ V. in Regno Poloniae nuncio, facultates.

Venerabili fratri Germanico, episcopo S. Severi, apud Charissimum in Christo filium nostrum Sigismundum, Poloniae regem Ill^rem^, nostro et Apostolicae Sedis nuncio.

Clemens papa VIII. Venerabilis frater, salutem etc. Romanum decet pontificem suos ad remota regna[a] nuncios privilegiis apostolicis, quantum fert temporis et locorum ratio, cumulate prosequi, ut et ipsi illis suffulti possint in functione muneris sui benignitatem huius sedis erga eius fideles et devotos, cum venerit usus, liberaliter impartiri. Cum igitur te, generis nobilitate clarum, ob fidem, doctrinam, industriam et in rebus gerendis dexteritatem aliasque praeclaras animi tui dotes, nostrum et Apostolicae Sedis nuncium ad Charissimum in Christo filium nostrum Sigismundum[b], Poloniae regem Ill^rem^, cum potestate legati de latere destinaverimus, ut[c] mandatis consiliisque nostris instructus S.R.E. et nostra orthodoxaeque fidei negotia ad totius Reipublicae Christianae salutem pro viribus exequi[d] valeas[e], nos quoque, ut eius regni locorum a nobis longinquorum ac personarum earundem saluti et statui opera tua consulatur, hoc tuum munus spetialibus facultatibus prosequendum censuimus, ut illis suffultus iuxta datam tibi a Domino sapientiam ibi[f] utaris moderate et prudenter, prout[g] ad Dei gloriam, populorum salutem[h] et aedificationem ipsiusque sedis decorem videris expedire.

Itaque ut tu locis et personis praedicti regni, necnon[i] Lithuaniae, Prussiae, Massoviae caeterorumque omnium ducatuum, comitatuum, provinciarum, civitatum, terrarum et dominiorum dicto[j] Sigismundo[k] regi quomodolibet subiectorum opportune consulere, teque erga illos utilem et benignum exhibere possis[l]:

1[m]. Ut legatione tua huiusmodi durante et intra illius fines atque erga eius personas et loca ibi existentia, dumtaxat per te ipsum vel alium seu alios viros probos et idoneos[n], primatiales, metropolitanas et alias cathedrales ac collegiatas et parrocchiales ecclesias, necnon monasteria tam virorum quam mulierum, prioratus, praeposituras, praepositatus et loca saecularia et quorumvis ordinum, etiam mendicantium, regularia, necnon hospitalia, etiam exempta, dictae sedi imediate subiecta vel quocunque alio privilegio suffulta, eorumque capitula,

---

[1] *Hannibal de Capua.*

[2] *Vide N. 2 ann. 17.*

conventus, universitates, collegia et personas tam saeculares quam regulares, etiam, ut praefertur, exemptas et subiectas, quoties tibi videbitur, [o-]iuxta sacros canones et decreta Concilii Tridentini[-o] apostolica auctoritate visitandi ac in illorum statum, formam, regulas, instituta, regimen, statuta, consuetudines, vitam, ritus, mores et disciplinam, tam coniunctim quam divisim ac tam in capite quam in membris, diligenter inquirendi. Necnon evangelicae et apostolicae doctrinae sacrorumque canonum et generalium conciliorum decretis et sanctorum patrum traditionibus atque institutis inhaerendo, et prout occasio rerumque qualitas exegerit, quaecunque mutatione, correctione, emendatione, revocatione, renovatione ac etiam ex integro editione idigere cognoveris, reformandi, mutandi, corrigendi ac etiam de novo condendi, condita sacris canonibus [p-]et eiusdem Concilii Tridentini decretis[-p] non repugnantia confirmandi, [o-]publicandi et executioni demandari faciendi[-o].

2. Abusus quoscunque tollendi; regulas, institutiones, observationes et ecclesiasticam disciplinam, ubicunque illae exciderint, modis congruis restituendi et reintegrandi.

3. Praedicti Concilii Tridentini decreta, ubi nondum introducta sunt, proponendi et custodiri praecipiendi; ipsasque personas tam saeculares quam regulares, etiam exemptas [o-]et privilegiatas, male viventes seu relaxatas atque ab earum institutis deviantes, seu alias quomodolibet delinquentes diligenter inquirendi, corrigendi, emendandi, coercendi et puniendi vel[-o] ad debitum et honestum vitae modum revocandi, [p-]prout iustitia suaserit et ordo dictaverit rationis[-p], ac quicquid inde statueris et ordinaveris, perpetuo observari faciendi.

4. Contra inoboedientes[q], falsarios, usurarios, raptores, incendiarios et alios criminosos et delinquentes quoscunque, etiam exemptos, eorumque fautores et receptatores, cuiuscunque dignitatis, ordinis vel conditionis fuerint, per viam accusationis vel denuntiationis aut ex officio, etiam summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, similiter[r] inquirendi et procedendi.

5. Eosque, prout canonicae requirunt sanctiones et alias tibi videbitur expedire, puniendi.

6. [s-]Insuper praedictorum[-s] criminum ac [o-]alias quascunque criminales, civiles, matrimoniales et[-o] beneficiales[t], [p-]meras et[-p] mixtas[u], [o-]ecclesiasticas et prophanas, seu alias[-o] ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes [v-]causas, praeterquam in prima instantia, nisi per appellationem ab irreparabili gravamine vel sententia vim diffinitivae habente, tam per viam recursus[-vw] [x-]vel simplicis querelae, quam etiam quarumcunque appellationum a quibuscunque iudicibus ordinariis ac etiam a sede praefata delegatis interpositarum et dicta durante legatione interponendarum vigore ac alias quomodolibet pro tempore devolutas, motas et movendas cum omnibus earum incidentibus, dependentibus, emergentibus annexis et connexis, etiam summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii[-x], sola veritate inspecta terminisque substantialibus, etiam[r] unico contextu servatis[r], vel etiam [y-]illorum loco[-y] praefixo termino, arbitrio tuo procedendi[z], audiendi et fine debito, [o-]prout iuris fuerit[-o], terminandi. Et ad hunc caeterorumque omnium contingentium effectum quoscunque etiam per edictum publicum, constito prius etiam summarie et extraiudicialiter de non tuto accessu,

citandi et monendi eisque ac etiam quibusvis iudicibus caeterisque personis, quibus et quoties opus fuerit, etiam per simile edictum ac etiam sub censuris et poenis ecclesiasticis, tuo vel delegatorum tuorum arbitrio moderandis et applicandis inhibendi; ac contra inoboedientes et rebelles quoslibet censuras et poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravandi, interdictum ecclesiasticum apponendi et relaxandi auxiliumque brachii saecularis invocandi, seu causas ipsas alii vel aliis idoneis °personis in ecclesiastica dignitate constitutis° modo et forma praedictis ac cum simili vel limitata potestate, °praeterquam in eadem prima instantia ut supra°, pariter audiendas et terminandas delegandi.

7. Quascunque personas adversus sententias, res iudicatas et contractus quoscunque, prout iuris fuerit, in integrum restituendi; iuramenta quaecunque, ad effectum agendi dumtaxat ^aa^ex causa^aa^, quibuslibet relaxandi.

8. Quoscunque a quibusvis caensuris et poenis simpliciter vel ad cautelam, °si et postquam congrue, prout debent, tam partibus quam iudicibus satisfecerint°, prout iuris fuerit, absolvendi^ab^.

9. ^ac^Praeterea quoscunque ad te recurrentes, qui homicidium, etiam voluntarium, sacrilegium, symoniam et periurii reatum quomodocunque commiserint, qui bellis interfuerint, qui manus violentas in clericos et praesbiteros (non tamen episcopos vel superiores praelatos, nec in favorem haeresis aut haereticorum) iniecerint, necnon qui ratione beneficiorum ecclesiasticorum per eos obtentorum horas canonicas non recitaverint, vel qui infra tempus a iure statutum vel in fundatione aut alias requisitum se ad sacros ordines promoveri non fecerint, et qui ante legitimam aetatem ad sacros ordines sine dispensatione apostolica vel sine dimissoriis sui ordinarii, aut extra tempora a iure statuta, aut per saltum aut alias ex quavis causa male promoveri se fecerint, quique beneficia ecclesiastica incompatibilia, etiam contra constitutionem felicis recordationis Ioannis papae XXII, praedecessoris nostri, quae incipit Execrabilis[3], aut alias indebite detinuerint, etiam si ipsi ac etiam alii quicunque ex aliis quibuscunque causis fructus ecclesiasticos indebite quomodocunque perceperint, et praeterea eos, qui adulterium, incestum, fornicationem et aliud quodcunque peccatum carnis perpetraverint. Necnon literarum et supplicationum apostolicarum falsarios, usurarios, raptores, incendiarios et aliorum quorumcunque criminum ad forum ecclesiasticum pertinentium reos, tam clericos quam laycos, si hoc a te humiliter petierint; homicidas voluntarios videlicet ac in susceptis ordinibus symoniacos clericos, eis ab altaris ministerio perpetuo ante aetatem vere legitimam promotos tamdiu ab executione suorum ordinum, quanto ante aetatem promoti fuerunt et amplius, arbitrio tuo suspensis, alios vero symoniae labe occasione beneficiorum infectos beneficiis ipsis prius realiter et cum effectu dimissis, et qui beneficia contra dictam constitutionem Execrabilis aut alias indebite detinuerint, illis pariter dimissis, necnon qui fructus ecclesiasticos indebite perceperint, illis pro facultate impetrantium arbitrio tuo ecclesiis et locis, unde profecti sunt, restitutis vel in pauperes erogatis, vel etiam ipsis impetrantibus in toto vel in parte remissis;

---

[3] *Vide N. 16 ann. 3.*

usurarios vero facta primum debita usurarum restitutione, falsarios autem, incendiarios et raptores facta condigna satisfactione, aliosque iniunctis poenitentiis salutaribus aliisque iniungendis in utroque foro absolvendi. Necnon cum omnibus et singulis praefatis super irregularitate per eos praemissorum occasione, vel alias quomodolibet, praeterquam ex causa homicidii voluntarii, symoniae realis, bigamiae et defectus natalium contracta, sive ex eo quod huiusmodi sententiis, censuris et poenis ligati divinis, non tamen in contemptum clavium, se immiscuerint; quodque ea non obstante, nisi aliud canonicum impedimentum obsistat, promoveri possint ad reliquos sacros, etiam praesbiteratus, ordines, servata forma Concilii Tridentini, et in illis promoti in altaris ministerio ministrare ac quaecunque alia beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, obtinere et retinere, dummodo plura non sint, quam quae iuxta Concilii Tridentini decreta permittuntur, dispensandi, inhabilitatis et infamiae maculam, sive notam contra eos insurgentem abolendi, et eos in pristinum ac eum, in quo antea erant, statum restituendi[-ac].

10. [ad-]Necnon apostatas[ae] ab ordine seu religione, postquam ad ovile redierint, vel, si necessitas aut utilitas postulaverit, ad alios ordines pares vel strictiores transierint, ac prorsus quoscunque alios[-ad] in omnibus et quibuscunque aliis casibus, [o-]tam ordinariis locorum quam[-o] etiam dictae sedi reservatis, non tamen contentis in literis die Coenae Domini legi consuetis[4], necnon excommunicationis aliisque sententiis, caensuris et poenis ecclesiasticis ac temporalibus, quas propterea quomodolibet incurrerunt, [o-]salutaribus poenitentiis iniunctis et aliis iniungendis[-o], etiam in utroque foro, [p-]per te vel alium[-p] absolvendi[af].

11. Ac quibusvis in aetate legitima constitutis et alias idoneis [p-]clericis et[-p] sacerdotali militiae ascribi volentibus, qui competenter beneficiati et adeo[r] arctati[ag] [o-]fuerint ratione beneficiorum per eos obtentorum, ut si tempora a iure statuta expectarent, beneficia ipsa propter eorum non promotionem vacarent, ut ad titulum beneficii huiusmodi ac[-o] ad omnes sacros, etiam presbyteratus, ordines a suo in unitate fidei et dictae sedis oboedientia perseverante[ah], alioquin a quocunque alio maluerint catholico antistite, gratiam et communionem dictae sedis habente, extra Romanam curiam et in propria diocesi residente, quibusvis tribus dominicis vel aliis festis [p-]de praecepto Ecclesiae servari solitis[-p] diebus extra tempora a iure statuta ac etiam quibusvis aliis iuxta canonicas sanctiones qualificatis, necnon civitatum et diocesium, in quibus similes antistites non fuerint, ut pariter [p-]cum eiusdem dimissoriis literis[-p] a quocunque alio voluerint catholico antistite clericali caracthere insigniri et ad omnes etiam sacros et praesbyteratus ordines promoveri et in illis sic promoti etiam in altaris ministerio ministrare possint, licentiam tribuendi.

12. Insuper cum corpore vitiatis, dummodo non sit tanta deformitas, quae scandalum in populo generare censeatur, ut pariter ad omnes etiam sacros et presbyteratus ordines promoveri; ac cum graduatis, quae centum, cum aliis vero quae quinquaginta ducatorum auri de camera, secundum communem extimatio-

---

[4] *Vide N. 16 ann. 4.*

nem, valorem annuum illorum fructus, redditus et proventus non excedant, quaecunque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, etiamsi canonicatus et praebendae, dignitates, personatus, administrationes vel officia in cathedralibus, etiam metropolitanis, et dignitates ipsae post pontificales maiores, vel collegiatis ecclesiis huiusmodi principales, aut parrochiales ecclesiae vel earum perpetuae vicariae fuerint, si sibi alias canonice conferantur, praesententur vel adsumantur ad ea et instituantur in eis, recipere et, dummodo plura simul non sint, retinere.

13. Et simili modo super impedimento publicae honestatis iusticiae, ubi solum sponsalia intercesserint, ac cum iis, qui per fornicationem seu adulterium se polluerint, dummodo in mortem defuncti coniugis quicquam machinati non fuerint, ut matrimonium inter se contrahere et in facie Ecclesiae solemnizare, ac postquam contractum fuerit, in eo remanere; ac pariter cum illis, qui huiusmodi impedimentis non obstantibus illud alias, tamen rite, iam contraxerint et carnali copula consumaverint ac prolem exinde susceperint, ipsos ab incestu et adulterii reatu et excommunicationis sententia aliisque ecclesiasticis caensuris absolvendo, ut matrimonium de novo inter se contrahere et, ut praefertur, solemnizare ac pariter in eo remanere libere et licite valeant, dispensandi, prolemque exinde susceptam et suscipiendam legitimam decernendi atque nunciandi.

14. Ad haec quaecunque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, saecularia et quorumvis ordinum regularia in regno, ducatibus, comitatibus, provinciis, civitatibus, terris, locis et dominiis praedictis consistentia, etiamsi saecularia canonicatus et praebendae, dignitates, personatus, administrationes, officia, parrochiales ecclesiae vel earum perpetuae vicariae, capellae aut perpetuae capellaniae, regularia vero beneficia huiusmodi, prioratus, praepositurae, praepositatus, dignitates, personatus, administrationes vel officia fuerint et ad prioratus, praeposituras, praepositatus, dignitates, personatus, administrationes vel officia huiusmodi consueverint, qui per electionem assumi eisque cura immineat animarum, dummodo saecularia canonicatus et praebendae seu dignitates in metropolitanis vel aliis cathedralibus aut in collegiatis ecclesiis principales, regularia vero beneficia huiusmodi, conventuales dignitates aut monasteria non sint, ac nulla beneficia praedicta dispositioni apostolicae aliter quam ratione vacationis illorum in mensibus, in quibus vacantium beneficiorum ecclesiasticorum dispositio nobis et Apostolicae Sedi reservata extitit vel pro tempore erit reservata, aut affecta existant, per obitum illorum possessorum aut alias quibusvis modis et ex quorumcunque personis extra Romanam curiam et infra limites tuae legationis vacantia et vacatura, personis idoneis, iuxta dicti Concilii Tridentini aut alias canonicas sanctiones qualificatis ac servata in parrochialibus ecclesiis praedicti concilii forma, conferendi et de illis etiam providendi.

15. Ac quascunque monitorias poenalesque literas in forma significavit consueta contra occultos et ignotos malefactores et malefacta revelare differentes,

servata forma eiusdem concilii et constitutionis felicis recordationis Pii papae V[5], praedecessoris nostri, in Cancellaria Apostolica publicatae, concedendi.

16. Necnon permutationes rerum et bonorum ecclesiasticorum quorumcunque, quorum valor annuus summam quinque ducatorum auri non excedat, cum aliis similibus vel dissimilibus fundo et fructu melioribus bonis in evidentem ecclesiarum et locorum ecclesiasticorum utilitatem, servata forma literarum piae memoriae Pauli papae II[6], etiam praedecessoris nostri, super hoc editarum[7], et alias in forma solita confirmandi, et ut aliae simili modo fiant, licentiam tribuendi.

17. Postremo quibuscunque utriusque sexus personis ecclesiasticis et saecularibus, quas ad loca ecclesiastico interdicto, etiam apostolica auctoritate supposita, migrare contigerit, ut in eis, ianuis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis et interdictis prorsus exclusis, dummodo ipsi causam non dederint huiusmodi interdicto, in sua domesticorumque et familiarium suorum praesentia celebrare et celebrari facere licite possint, facultatem concedendi.

18. Item omnibus utriusque sexus christifidelibus ad pia et salutaria opera exercenda centum aut plures dies citra annum, necnon vere poenitentibus et confessis, qui quascunque saeculares vel regulares ecclesias seu capellas in una vel duabus anni festivitatibus, dumtaxat a primis vesperis usque ad secundas vesperas et occasum cuiusque diei festi, visitaverint et pro unione principum ac fidei catholicae propagatione preces Altissimo effuderint, quo die festo id fecerint, septem annos et septem quadragenas aut infra de iniunctis eis poenitentiis, seu quae merito iniungi deberent, misericorditer in Domino relaxandi, ita quod relaxatio huiusmodi semel tantum pro una ecclesia vel capella fiat, et si pro duobus diebus festis concedatur triennium, pro uno vero festo concessa quinquennium tantummodo debeat perdurare.

19. Necnon vota quaecunque, ultramarino, visitationis liminum beatorum Petri et Pauli apostolorum de Urbe, Beatae Mariae de Laureto, S. Iacobi in Compostella, castitatis et religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutandi. Ac quaecunque iuramenta, ad effectum agendi dumtaxat, relaxandi.

20. Insuper quibusvis personis ecclesiasticis saecularibus, etiam presbyteris, leges et iura civilia ad quinquennium audire et in illis studere, quoscunque actus scolasticos exercere et in eis, postquam idonei fuerint, gradus consuetos suscipere. Denique omnibus ac quibuscunque personis ecclesiasticis, etiam presbyteris, ut de bonis et rebus ecclesiasticis iuxta formam in quinterno Cancellariae Apostolicae annotatam testari et disponere libere et licite possint, facultatem conce-

---

[5] *Pius V (Antonius Michael Ghislieri), 17 I 1504 - 1 V 1572, cardinalis a 15 III 1557, summus pontifex a 7 I 1566, in sanctorum numerum relatus 22 V 1712.*

[6] *Paulus II (Petrus Barbo), 1417 - 26 VII 1471, summus pontifex a 30 VIII 1464.*

[7] *Bulla Pauli II* (Ambitiosae cupiditati) *die 1 III 1468 edita* (anno incarnationis dominicae 1467, kalendis martii, pontificatus nostri anno IV), *Bullarium Romanum V 194–195, ubi datum annuum 1467 erronee ascriptum est.*

dendi. Et ut concessiones, gratiae et literae per te vigore praesentium concedendae sublatis obstaculis suum sortiantur effectum, quascunque personas, ad effectum dumtaxat omnium et singulorum praemissorum consequendum, ab omnibus et quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, caensuris et poenis, a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati fuerint, dummodo in eis per annum non insorduerint, absolvendi et absolutos fore censendi, vicesque tuas in praemissis sive in toto sive in parte committendi[ai]. Iudices, assistentes, commissarios et executores pro praedictorum et literarum tuarum executione et observatione delegandi; mandata, prohibitiones et monitoria, etiam sub censuris et aliis poenis praedictis caeterisque bene visis remediis et etiam appellatione postposita, decernendi; ac omnia et quaecunque alia in praemissis et circa ea neccessaria et opportuna faciendi, decernendi et exequendi, etiam per alium seu alios, auctoritate apostolica praedicta tenore praesentium plenam et liberam facultatem et auctoritatem concedimus.

Decernentes omnibus facultatibus et concessionibus praedictis, etiam cum derogationibus, suspensionibus indultisque irritantibus aliisque decretis et clausulis necessariis et opportunis ac in literis apostolicis concedi et extendi solitis, in quibuscunque partibus legationis praedictae, libere et licite te uti posse, ac in concessionibus, gratiis et aliis per te auctoritate praesentium tuaeque legationis faciendis, soli narrativae tuae ac etiam solis concessionibus et literis tuis, absque alia praesentium insertione seu exhibitione aut notarii testiumve adhibitione, testari, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, sicque per quoscunque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores ac S.R.E. cardinales, in quavis causa et instantia, sublata eis et eorum cuilibet aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, ubique iudicari et diffiniri debere; necnon irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit, attentari.

Non obstantibus literis recolendae memoriae Sixti papae IV[8], similiter praedecessoris nostri, quibus inter alia cavetur expresse, quod nuncii dictae sedis, etiam cum potestate legati de latere, tam quoad beneficia conferenda quam dispensationes et alias gratias concedendas, facultatibus uti non possint, nec quaevis clausulae in literis facultatum huiusmodi appositae adversus dictas literas quicquam suffragentur; necnon defectibus et aliis praedictis, et quorumcunque aliorum conciliorum universalium, provincialium et synodalium, necnon sanctae memoriae Bonifacii papae VIII, pariter praedecessoris nostri, etiam de una et duabus dietis[9], aliisque apostolicis ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel spetialibus constitutionibus et ordinationibus, necnon cancellariae praedictae regulis, nullis prorsus exceptis, et quae sigillatim in quaque re exprimi et extendi possint, statutisque et consuetudinibus ecclesiarum, monasteriorum, capitulorum, universitatum, collegiorum, civitatum et locorum huius-

---

[8] *Sixtus IV (Franciscus de Rovere), 1414 - 12 VIII 1484, summus pontifex a 9 VIII 1471.*

[9] *Vide N. 16 ann. 8.*

modi, necnon ordinum quorumcunque, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, etiamsi de illis servandis et non impetrandis literis apostolicis contra illa, et illis, etiam ab alio vel aliis, impetratis seu alias quovismodo concessis non utendo, personae praestiterint eatenus, vel imposterum praestare contigerit iuramentum; ac quibusvis aliis privilegiis et indultis apostolicis generalibus vel spetialibus quorumcunque, etiam Cisterciensis et Cluniacensis, ordinum, et ipsorum superioribus et personis, sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis clausulis et decretis per quoscunque ac quotiescunque concessis, confirmatis et innovatis, quae quoad hoc nullatenus cuiquam in aliquo suffragari volumus. Quibus omnibus ceterisque contrariis quibuscunque, ubi et quando expediet, secundum rei et casus exigentiam, in genere et spetie ac tam coniunctim quam divisim, prout tibi placuerit, valeas derogare ac super hiis *[s]* indulgere.

Quodque aliqui super provisionibus sibi faciendis de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus spetiales vel generales dictae sedis vel legatorum eius literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum. Quibus omnibus personas, in quarum favorem per te de beneficiis praedictis providebitur aut alias disponetur, in eorum assecutione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum praeiudicium generari. Seu si locorum ordinariis et collatoribus vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint. Quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis, ad illorum collationem, provisionem, praesentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis et literis apostolicis generalibus vel spetialibus, quorumcunque tenorum existant, per quae praesentibus, necnoc literis per te earundem vigore concedendis, non expraessa vel omnino non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in eisdem literis mentio spetialis.

Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis manu regentis cancellariae tuae ac sigillo tuo obsignatis, eadem illa prorsus fides in iudicio et extra illud ubique locorum adhibeatur, quae adhiberetur eisdem praesentibus, si essent exhibitae vel ostensae. Datum Romae in Monte Quirinali etc., die[aj] prima iunii 1592, anno primo.

M[arcellus] Vestrius Barbianus

[a] *ascriptum manu M. Vestri supra expunctum* procul [b] *ascriptum supra expunctum* Stephanum [c] *ascriptum supra expunctum* qui [d] *correctum ex* exequare [e] *suprascriptum manu M. Vestri iuxta expunctum* possis [f] *sequitur expunctum* tum *et suprascriptum, pariter expunctum* et [g] *ascriptum manu M. Vestri supra expunctum* cum [h] *ascriptum supra expunctum* solamen [i] *sequitur expunctum* Transilvaniae [j] *sequitur expunctum* Stephano [k] *as-*

criptum manu M. Vestri in margine [l] *sequitur expunctum* non derogando sacri Concilii Tridentini in decretis [m] *hic et numeri, qui sequuntur, facultatum ascripti in margine* [n] *sequitur expunctum* patriarchales [o–o] *ascriptum manu M. Vestri in margine* [p–p] *suprascriptum manu M. Vestri* [q] *sequitur expunctum* ac etiam contra [r] *suprascriptum manu M. Vestri* [s–s] *ascriptum manu M. Vestri supra expunctum* Necnon horum [t] *sequitur expunctum* matrimonialesque et quascunque alias ecclesiasticas, prophanas, civiles, criminales et [u] *sequitur expunctum* causas [v–v] *ascriptum manu M. Vestri supra expunctum* sine praeiuditio ordinariorum quoad causas huiusmodi in prima instantia coram eis [w] *sequitur ascriptum manu M. Vestri inter lineas et expunctum* quam alias quomodolibet [x–x] *ascriptum manu M. Vestri in margine iuxta expunctum in textu* iuxta praedicti Concilii Tridentini decretum cognoscendas, tam per viam simplicis querelae, quam etiam quarumcunque appellationum a quibuscunque iudicibus ordinariis et etiam a sede praedicta delegatis interpositarum et dicta durante legatione interponendarum motas et inchoatas ac interim movendas cum e[a]rum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus annexis et connexis, etiam summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii [y–y] *ascriptum manu M. Vestri supra expunctum* non servatis, sed illorum loco [z] *correctum ex* procedendo [aa–aa] *suprascriptum* [ab] *sequitur annotatio, quae tamen ad textum non pertinet, manu M. Vestri* Scribatur prout in facultatibus cardinalis Placentini, n° 8[10] [ac–ac] *ascriptum alia manu in margine iuxta expunctum in textu* Praeterea quoscunque ad te recurrentes, qui homicidium, etiam voluntarium, necnon sacrilegium, symoniam et periurii reatum quomodocunque commiserint, qui bellis interfuerint, qui manus violentas in clericos et praesbyteros, non tamen episcopos, iniecerint, qui apostasiam incurrerint, qui ad ordines etiam sacros per salt[u]m aut [furtive] vel alias minus rite promoti fuerint, et qui ratione beneficiorum ecclesiasticorum, etiam curatorum, per eos obtentorum horas non dixerint et intra tempus a iure statutum vel fundatione aut alias requisitum se ad sacerdotium promoveri non fecerint, etiam si post ipsum lapsum tempus beneficia huiusmodi retinuerint, fructus tamen ecclesiasticos indebite non perceperint. Et praeterea eos, qui adulterium, incestum, fornicationem et aliud quodcunque flagitium carnis perpetraverint, necnon usurarios, raptores, incendiarios et aliorum quorumcunque criminum ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentium [r]eos, si hoc a te humiliter petierint; homicidas voluntarios ac in susceptis ordinibus symoniacos, eis ab altaris ministerio perpetuo suspensis, alios vero symoniae labe occasione beneficiorum infectos beneficiis ipsis prius realiter dimissis [ad–ad] *ascriptum manu M. Vestri inter lineas pro expuncto* Necnon apostatas, postquam ad ovile redierint, seu, si necessitas vel utilitas postulaverit, ad alios ordines [pares] vel strictiores translati fuerint, et prorsus quoscunque alios [ae] *sequitur expunctum* postquam ad ovile redierint, seu si [af] *sequitur expunctum* Ac cum eis et prorsus cum quibusvis aliis clericis et personis ecclesiasticis saecularibus et regularibus super quacunque irregularitate per eos, non tamen occasione homicidii voluntarii, haeresis, laesae maiestatis vel bigamiae, contracta, etiamsi ipsi caensuris huiusmodi sic ligati Missas et alia divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebraverint vel alias divinis sese immiscuerint, ita quod nondum promoti omnes etiam sacros et presbyteratus ordines suscipere et tam ipsi quam alii in susceptis, etiam in altaris ministerio ministrare ac quaecunque et qualiacunque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura invicem compatientia, recipere ac illa, et de quibus fructus indebite non perceperint, per eos obtenta retinere libere et licite valeant, dispensandi [ag] *sequitur*

---

[10] *Philippus Sega, 1537 - 29 V 1596, epus Ripanus (Ripatransone) a 20 V 1575, munere nuntii extraordinarii in Flandria a. 1577 fungebatur, deinde nuntius ordinarius in Hispania ad a. 1581, epus Placentinus (Piacenza) a 3 X 1578, nuntius penes aulam imperialem Pragensem I 1586 - V 1587, vicelegatus in Gallia ab a. 1589, cardinalis a 18 XII 1591, legatus a latere in Gallia annis 1592–1594 (Biaudet 286; HC III 55, 275, 285; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CCXLVI sqq.).* Minuta bullae facultatum Ill^{mi} et R^{mi} cardinalis Placentini, in Regno Franciae de latere legati, *Romae 15 IV (17 kalendas maii) 1592, ASV Misc. Arm. XI 74 f. 17–33; suprafatus n. 8 facultatum eius (f. 21v–23) in facultates Germanici Malaspina sub n. 9 est inclusus.*

expunctum ac alias idonei fuerint, ut [ah] severante *ascriptum manu M. Vestri supra expunctum* sistenti [ai] commictendi *min.* [aj] *sequitur expunctum* 8

N. 47

[Card. Ludovicus Madruzzo Minutio Minucci]

s.l., [30 V - in. VI 1592]

Certiorem eum facit de adventu cursoris, de se Fulginium profecturo et de instructione pro Germanico Malaspina nuntio praeparanda. Sperat Ferdinandum archiducem, comitem Tirolis, non solum in negotio epum Argentoratensem eligendi auxilium suum recusaturum non esse, verum etiam pro utilitate fidei catholicae atque securitate suorum ipsius dominiorum, quae terris episcopatus adiacent, assensurum esse, ut id munus card. Andreae, filio eius, vel quidem uni e filiis Gulielmi V, ducis Bavariae, conferatur. Confirmat epum S. Severi quamprimum expeditum iri; huius arbitrio permittit, ut cursorem ad canonicos catholicos Argentoratenses, si opus fuerit, mittat. Se denique dolere protestantismi fautores maiorem quam catholicos animum fervoremque habere.

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 6v-7v, nomen auctoris et destinatarii deest, s.l.d. — 2. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 6-7v. — 3. ASV F. Pio 133 f. 86-86v.

Nota: Nomen auctoris et destinatarii atque datum verisimile coniciuntur ex N. 44 et ex hac epistula, quod responsum est ad illas litteras.

N. 48

Instructio [card. Ludovici Madruzzo] pro Germanico Malaspina cum archiduce Ferdinando, comite Tirolis, de episcopatu Argentoratensi collocuturo data

s.l., [30 V - in. VI 1592]

Summus pontifex exspectat Ferdinandum archiducem operam suam pro canonicis catholicis interpositurum esse, adeo ut reformationi adhaerentium proposita ad electionem epi Argentoratensis pertinentia ad vanum redigi possint. Argumenta ad illum persuadendum utilia adducit: bonum fidei catholicae, pacis religiosae atque Rudolphi II imperatoris auctoritatis confirmationem, securam possessionem dominiorum archiducis in Alsatia et Brisgovia sitorum, spem controversiae Argentoratensi finem ponendi solum illo partem canonicorum catholicorum amplexo, gaudium et voluptatem summo pontifici atque toti clero factam. Deinde explicat, quare necesse sit card. Andream de Austria ad dictum episcopatum promovere; si in hoc negotio expediendo in difficultatem incurrerit, Ferdinando archiduci persuadere conetur, ut ille ad dictam dignitatem unum e filiis Gulielmi

V, ducis Bavariae, promoveat. Mandata reliqua Germanico Malaspina data attinent ad nuntium apostolicum penes aulam imperialem[1] *certiorem faciendum, si Ferdinandus archidux minime proclivis ad concorditer agendum sit, cursorem ad canonicos catholicos Argentoratenses mittendum, denique ad rationem et modum de supradictis negotiis agendi.*

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 4–6, nomen auctoris et destinatarii deest, s.l.d., titulus: Instruttione. — *2. BAV Urb. Lat. 837 f. 512v–516, nomen auctoris deest, s.l.d., titulus:* Instruttione al nuntio Malaspina mandato in Polonia, di quanto nel passare per Ispruc ha da trattare con l'arciduca Ferdinando*; textus mendis et verbis omissis scatet. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 2–5v. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 1–3. — 5. AS Torino Racc. Mong. 116 f. 153, 154–157v. — 6. ASV F. Pio 133 f. 84–85v.*

Nota: Nomen auctoris instructionis et datum verisimile coniciuntur ex N. 47.

N. 49

Instructio a Francisco Mucante, caerimoniarum pontificiarum magistro, Maximiliano de Pernštejn data

[Romae, ante 6] VI 1592

Eum late edocet de particularibus rebus pertinentibus ad rationem caerimoniarum observandam in suo ingressu usque ad locum, ubi Anna Austriaca regina commoratur, in actu ei rosam auream tradendi tempore Missae sollemnis, necnon in caerimonia reginam in palatium deducendi. Significationem quartae dominicae Quadragesimae, quae Laetare dicitur, et istius rosae explicat.

Cop.: BAV Ottob. Lat. 2415 f. 350–351, s.d.d., titulus: Instructio pro Illmo D^no^ Maximiliano Pernestan, cubicolario secreto S.D^ni^ N. Clementis papae Octavi, ab eodem S^mo^ nuntio deputato ad portandum rosam Ser^mae^ reginae Poloniae[1] anno 1592 men[sis] iunii, *sub textu eadem manu:* Franc[iscus] Mucantius, cappellae S.D^ni^ N. papae caeremoniarum magister[2]*; propter chartam corruptam textus locis quibusdam vix legi potest.*

Nota: Terminus ante quem huius instructionis confectae conicitur ex nuntio in novitatibus de 6 VI 1592 contento, quo edocemur Maximilianum de Pernštejn muneris sui explendi causa iam Roma profectum esse, cf. p. LII.

---

[1] *Nuntius noviter apud Rudolphum II imperatorem nominatus Caesar Speciano fuit, tamen Camillus Caetani, praedecessor eius, illo tempore etiam tum Pragae commorabatur, Romam vero m. augusto a. 1592 est revertus, cf. N. 94 ann. 3 et N. 155 ann. 5.*

[1] *Anna Austriaca.*

[2] *Franciscus Mucante, 11 XI 1533 – 6 X 1592, Romanus, Fabii, causarum patroni, filius; i.u.d. a. 1558 promotus, caerimoniarum pontificiarum magister prov. 16 V 1573, ecclesiae SS. Celsi et Iuliani Romanae capellanus et canonicus ab a. 1574, sepultus in ecclesia S. Mariae in Vallicella (*Diariorum caerimonialium Ioannis Pauli Mucantii Romani, i.u.d. et caerimoniarum magistri, t. 2, *BAV Vat. Lat. 12317 f. 305v–310; Woś: Itinerario 9–10, 81, 86–87).*

Cum nuntius apostolicus proximus erit civitati vel oppido, ubi moratur Ser^ma^ regina Poloniae, cui tradenda est rosa, intervallo itineris unius diei nunciabit ei adventum suum, quae debet mittere obviam nuntio nobiles suos et alios pro eius libito usque ad primum vel secundum milliarium, qui nomine reginae ipsum recipiant et ad hospitium praeparatum deducant; eritque, medius equitando inter duos digniores ex illis, rosam ex capsa extractam manibus publice gerens, indutus habitu rosaceo cum capucio pellibus albis suffulto, prout portant cubicularii coram papa, cum ipse sit ex numero cubiculariorum secretorum, sed nulla processio religiosorum pro hoc actu fieri debet.

Deinde si S.D^nus^ N. deputavit aliquem comissarium praelatum (prout solet), qui rosam reginae tradere debeat, praesentabit ei breve apostolicum[3], et regina statuet diem et locum, ubi actus consignationis fieri debeat, et erit dies dominica vel alia solemnis et festiva, et in ecclesia cathedrali sive ex principalioribus illius loci. Ubi hora competenti praeparetur et hornetur altare maius dictae ecclesiae, ad quam nuncius accedet summo mane praeveniens reginam, secum afferens dictam rosam secreto, quam collocabit super altare in eius medio, ita ut non impediat corporalia vel celebrationem Missae. Vel etiam poterit venire ad ecclesiam simul cum regina, et eo casu debet esse indutus habitu supradicto et rosam publice deferre immediate ante reginam. Cum qua etiam veniet praelatus ille comissarius apostolicus, qui pro maiori solemnitate Missam solemnem celebrabit. Vel si nolit celebrare, finita Missa per alium parabitur sacris vestimentis, videlicet amictu, stola, alba et plu[v]iali tempori congruentibus, acceptaque mitra sedebit in faldistorio vel sede pontificali ante medium altaris.

Tunc nuncius legi faciet alte[a] breve apostolicum, quo lecto per aliquem cappellanum regina accedet ad altare et genuflectet in supremo eius gradu ante comissarium sedentem; et nuncius accipiet rosaam *[s]* de altari, dans illam comissario cum debitis reverentiis altari et comissario, qui illam tradet reginae genuflexae dicens: „Accipe rosam de manibus nostris, quam ex speciali comissione S^mi^ in Christo Patris et D^ni^ N. D^ni^ Clementis divina providentia papae Octavi nobis facta tibi tradimus, per quam designatur gaudium utriusque Hierusalem, triumphantis scilicet et militantis Ecclesiae; per quam omnibus christifidelibus manifestatur Flos ipse speciosissimus, qui est gaudium et corona sanctorum omnium. Suscipe hanc tu, Ser^ma^ regina, quae secundum saeculum illustris et potens ac singulari virtute praedita es, ut amplius omni virtute in Christo Domino nobiliteris tamquam rosa plantata super rivos aquarum multarum; quam gratiam ex sua uberanti clementia tibi concedere dignetur, qui est trinus et unus in saecula saeculorum. Amen. In nomine Patris et Filii, et Spiritus Sancti. Amen"[4].

Tunc regina osculatur manum comissarii, qui rursus ad altare et aliquantulum retrocedente dabit [solem[b]]nem benedictionem dicens „Sit nomen Domini"

---

[3] *Vide N. 37.*

[4] *Cf. Marcello, Catalani 270 (*§. De ritu donandi vel mittendi alicui magno principi auream rosam*).*

etc.[5] Et publicabit seu publicare faciet indulgentiam plenariam, quae a S.D^no^ N. erit concessa.

Benedictione data comissarius dimittet ibi paramenta sacra et associabit simul cum nuntio reginam usque ad palatium suum populo et nobilibus praecedentibus ac subsequentibus iuxta morem loci, regina autem rosam ambabus manibus portabit, et cum fuerit in palatio suo, reponat illam super altare cappellae suae privatae, sive in alio honesto loco, eamque in honorem Sanctae Sedis Apostolicae reverenter custodiet.

Si vero nullus erit praelatus comissarius, sed ipsemet nuncius rosam traditurus sit, poterit (si erit sacerdos) Missam solemnem celebrare, qua finita et lecto brevi apostolico, ut supra stans cum planeta ac capite detecto, capiet ipsemet rosam de altari, illamque dabit reginae ante se genuflexae, dicens verba supradicta, vel memoriter vel ex libro per aliquem cappellanum tento, et demum dabit benedictionem more sac[e^b^]rdotali, et publicabit ipsemet indulgentiam et alia faciet ut supra.

Ut autem Ill^mus^ D^nus^ nuncius sciat et intelligat aliquid de misteriis et significatione istius rosae, subnectam pauca, quae pro brevitate temporis potui colligere. Sacrosancta Romana Ecclesia, volens recreare seu confovere filios suos, id est christifideles, qui in tempore Quadragesimali laborarunt in abstinentiis et ieiuniis et multis vigiliis, ut libentius possent perseverare, in quarta dominica, quae Laetare[6] dicitur, profert florem rosae acquisitum ex tot bonis operibus, id est Christum, qui est gloria nostra et per quem ducimur ad caelestem Hierusalem. Hic est „flos campi et lilium convallium", de quo cecidit propheta Salomon in Canticis Canticorum cap. 2[7]. Laetatur igitur Ecclesia tali tempore et invitat christifideles ad laetitiam supernae Hierusalem.

Figurantur per hoc misterium duo potissimum tempora. Primum videlicet deviationis, quod causatum fuit a primis nostris parentibus propter inoboedientiam, et deiectionis illorum a paradiso in desertum mundi ad poenitentiam peragendam, quod totum designatur a Septuagesima[8], quod est tempus luctus usque ad Pascha Resurrectionis, quod est gloriae resurgentium, quia per septenarium numerum dierum et annorum resolvitur tempus et omnes aetates huius mundi terminantur, quod esset nimis longum explicare; et secundum hanc significationem praedicta dominica Laetare est sexta a dominica Septuagesimae, quia in sexta aetate Christus missus a Patre ad salvandum populum et liberandum eum a diabolo.

Secundum tempus est septuaginta annorum Babilonicae servitutis, in quibus populus Hebraeus captivatus fuit a pharaone, quia tali tempore revolutis annis

---

[5] *Vide Pontificale Romanum f. 35* (Benedictio episcopalis „Sit nomen Domini benedictum" cum suo cantu).

[6] *Vide N. 37 ann. 1.*

[7] *Cant. 2, 1.*

[8] *Tertia dominica ante Quadragesimam.*

fuit licentiatus populus et permissus reduci per Moysem[9] in Terram Promissionis. Ideo laetatur Ecclesia et profert nobis verum Moysen et Iosue[10], id est Christum filium Dei, liberatorem nostrum de manibus diaboli, maxime in medio Quadragesimae, quo tempore servitus populi ab Egipto sublata est. Tum quia in medio temporis et in medio templi Deus operatus est nobis misericordiam suam.

Ostenditur autem in flore, quia ex virga Iesse[11] et de radice eius flos illius per prophetam Is[ai[b]]am cap. 10[12] *[s]*. Quare potius in rosa quam in lilio, quare in auro cum balsamo et musco, et de [qui[b]]busdam aliis, non me extendam circumventus brevitate temporis, quae poterit Ill[mus] D[nus] nuncius per se ipsum videre apud Guglielmum Durantem speculatorem[13] in suo Rationali divinorum officiorum, libro 6, cap. 53, col. antepaenultima[14]. Videantur in caeremoniali ordinario verba benedictionis sanctissimae rosae[15].

[a] *ex parte exstinctum, lectio incerta* [b] *lacuna*

N. 50

Card. Georgius Radziwiłł Clementi VIII, pontifici maximo

Cracoviae, 6 VI 1592

Refert de caerimonia nuptiarum Sigismundi III regis et Annae Austriacae, de actu coronationis reginae, necnon de ludis atque conviviis, quibus rege petente interfuit. Significat etiam pridie eius diei se munus legati deposuisse, regem in Niepołomice profecturum esse, sibi in animo esse in negotia episcopatus Cracoviensis incumbere. Litteras cifratas adiungit.

Or.: *ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 35–35v, in dorso (f. 44v) stylo cerussato alia manu:* A mons. Aldob[randin]o[1].

Summ., Exc.: *B. PAN Kr. 8410 (TR 70) f. 26.*

---

[9] *Moyses, patriarcha et conditor legum Israelitarum.*

[10] *Iosue, dux Israelitarum, Moysis adiutor et successor.*

[11] *Iesse, pater Davidis, regis Israelitarum.*

[12] *Is. 11, 1.*

[13] *Gulielmus Durand (Durantis), 1230 (1231) – 1 XI 1296, ex Provincia (Provence) oriundus, epus Mimatensis (Mende) ab a. 1285, iuris canonici atque sacrorum rituum et caerimoniarum peritus (Edmund Przekop, EK IV col. 368 sq.).*

[14] *Durantis f. 207–207v.*

[15] *Vide Marcello, Catalani 268–269 (*§. De loco, in quo rosa ipsa benedicitur, et de oratione ad benedictionem illius*).*

[1] *Cinthius Aldobrandini.*

L'ultimo del passato si fece il matrimonio fra li Ser^mi sposi, havendogli io benedetti secondo l'ordine di V.S^tà, et nel medesimo tempo fu coronata la regina[2] dal vescovo di Cuiavia[3], poiché l'arcivescovo di Gnesna[4] non haveva potuto trovarsi presente a questa ceremonia per l'indispositione sopragiuntale.

Questi giorni sono stati dispensati da S.M^tà in feste et allegrezze con molta quiete, et io sono stato sforzato ad intervenire a convitti per dar sodisfattione al re, che si reputava molto honorato in questa occasione con la presenza d'un ministro di V.B^ne, havendomi S.M^tà dato sempre la man dritta in ogni loco.

Io deposi hieri la legatione con buona gratia del re, il quale mi repplicò che teneva particolare obligo a V.S^tà, perché s'era degnata d'honorarlo tanto in questa occorrenza.

Fra tre giorni disegna S.M^tà di ritirarsi a Gnepolomicz[5], et io intanto haverò tempo d'incominciare a ordinar le cose de la mia chiesa et del vescovato, come procurarò di fare con ogni possibil diligenza.

Da l'alligata cifra[6] si degnerà la S^tà V. d'intendere alcuni particolari pertinenti al servitio del Signor Dio, di che devo darne conto a V.B^ne per essere aiutato da la gratia et benignità sua in quel che sarà necessario. Et pregando la Divina M^tà per la conservatione de la S^tà V., le bascio humilissimamente i santissimi piedi.

N. 51

Card. Georgius Radziwiłł [Cinthio Aldobrandini]

[Cracoviae, prob. 6 VI] 1592

Notum facit Ioannem Zamoyski cancellarium conventui Andreoviae tum habito interesse, in quo Sigismundus III rex accusatus est de pactionibus cum Ernesto archiduce factis ad thronum Regni Poloniae obtinendum spectantibus. Senatores, huius conventus participes, enumerat.

C.: BAV Chigi M III 64 f. 7, nomen destinatarii deest, s.l., s.d.d., s.d.m., in f. 7v manu Matthaei Argenti: [a]-Di Polonia. Il sig. cardinal-[a] Radivil ..... 1592. Dicifrato 17 luglio, consegnato a S.S^tà, non ho tenuto copia.

Nota: Ex eis, quae in hac epistula de conventu Andreoviensi leguntur, conici potest eam primis mensis iunii diebus confectam esse; verisimile videtur card. Georgium Radziwiłł misisse eam una cum N. 50, in quo cifrae adiunctae mentionem fecit.

---

[2] *Anna Austriaca.*

[3] *Hieronymus Rozrażewski.*

[4] *Stanislaus Karnkowski.*

[5] *Niepołomice, residentia aestiva regum Poloniae orientem versus a Cracovia sita.*

[6] *Vide N. 51.*

Il gran canceliere non venne qua sabato pasato[1], come s'aspetava[2], esendosi fermato in Andreovia al convento[3], dove fa ogni posibil ofitio [b-]per solevar[-b] la nobiltà contra 'l re, et si t[r[c]]ata di dichiararlo ditatore[d], con ampla autorità, soto pretesto di difender la libertà publica, esendo che mostrano letere de l'arciduca Ernesto, per le quali si vede che tratava col re di eser introdoto in questo regno in evento che S.M[tà] se ne ritornase in Svetia, se ben si crede che le habino haute in bianco et scritovi poi tuto quel che è piaciuto loro. A questo convento sono concorsi cinque senatori solamente, cioè li palatini di Cracovia[4] et di Lublino[5] et li castelani [b-]di Sandomiria[-b6], Podlachia[7] et Leopolo[8], li quali tuti si most[r[c]]ano molto esacerbati contra 'l re. Stiamo aspetando l'esito, et di quanto sucederà, ne darò conto a la S[tà] S.

[a-a] *aspectabile in f. 5* [b-b] *subducta linea signatum* [c] *omissum* [d] *subducta linea signatum*

N. 52

Clemens VIII, pontifex maximus, Sigismundo III, regi Poloniae

Romae, 6 VI 1592

Significat se Germanicum Malaspina, epum S. Severi, ad eum mittere, qui munere nuntii ordinarii fungatur. Dotes atque virtutes eius maxime extollit eumque commendat et rogat, ut rex ei confidere velit.

---

[1] *Die 30 maii.*

[2] *Cf. N. 42 p. 79.*

[3] *Vide N. 42 ann. 26.*

[4] *Nicolaus Firlej.*

[5] *Nicolaus Zebrzydowski, 1553 - 17 VI 1620, capitaneus Cracoviensis a 24 IX 1585, aulicae militiae praefectus ab a. 1588, palatinus Lublinensis 23 IV 1589 - 1597, marescalcus Regni a 9 III 1596, die 30 XII 1600 magistratum palatini Cracoviensis iniit (Dworzaczek: Genealogia tab. 134; UDR IV/2 n. 351, 412, IV/4 n. 373, X n. 411; Sokołowski 378 ann. 2; Andreas Rzeczycki, succamerarius Lublinensis, Christophoro Radziwiłł, palatino Vilnensi, Lublini 7 I 1601, AGAD AR V 13620).*

[6] *Stanislaus Tarnowski, ante 1541 - XI vel XII 1618, gladifer Regni a 25 V 1565, castellanus Czechoviensis a. 1569 primum commemoratus, deinde castellanus Radomiensis a 7 XI 1576, denique Sandomiriensis a 27 III 1582 (Dworzaczek: Hetman 394–430; UDR IV/2 n. 168, IV/3 n. 117, 443, 638, X n. 479).*

[7] *Martinus Leśniowolski, ob. 16 vel 17 I 1593, castellanus Podlachiae a 24 XI 1581 (Halina Kowalska, PSB XVII 181–184; UDR VIII n. 1185).*

[8] *Stanislaus Żółkiewski, prob. 1547 - 7 X 1620, campestris exercituum Regni capitaneus a 7 XI 1588, castellanus Leopoliensis a 30 IV 1590, palatinus Kioviensis a 28 III 1608, generalis exercituum Regni capitaneus a 6 II 1618, cancellarius Regni a 6 III 1618 (Besala: Stanisław Żółkiewski; Prochaska; UDR III/1 n. 846, X n. 125, 145, 217).*

Min.: ASV Arm. XLIV 37 f. 178, dorsum f. 183v (commune brevibus in f. 178–183).
Ed.: Theiner: Vetera 209.

Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Summa Catholicae Ecclesiae[a] cura nobis a Deo imposita efficit, ut[b] catholicis principibus omnibus[c] auctoritate atque opera praesto nos[d] esse oportere intelligamus omnibus in rebus, quae ad Dei gloriam pertinere possunt; [e-]quod autem attinet ad M[tem] T., quo paratiora a nobis habeas omnia[-e] paternae caritatis officia[f], mittimus venerabilem fratrem Germanicum episcopum S. Severi, qui nostri et Sedis Apostolicae apud te nuntii ordinarii auctoritate et munere fungetur. Communicabit tecum, quae nos ei mandavimus, cum hinc discederet, quaeque ei postea committemus[g], curabitque summa fide[h] [i-]atque integritate, quibus virtutibus excellit[-i], omnia, quae ad te atque ad tuos pertinere intelliget, quantum quidem facultatis a nobis acceptae ratio et modus feret. Si quid gravius acciderit, aut si quid per eius literas nobis significandum putaveris, perscribet ad nos diligentissime. Omnia igitur ei quam tutissime committes, eiusque verbis tum in adventu ipso, tum in posterum fidem tribues, ut nunciis nostris solet. Quod eum M[ti] T. commendemus, nihil est, speramus enim hoc ipso[j] nuntii nostri nomine fore commendatissimuum. Datum Romae apud S. Petrum etc., die 6 iunii 1592, anno primo.

Ant[onius] Buccapad[uliu]s

[a] *suprascriptum* [b] *sequitur expunctum* cum [c] *sequitur expunctum* nos [d] *ascriptum supra expunctum* oportere [e-e] *ascriptum supra expunctum* tum imprimis M[ti] T. Quo autem omnia a nobis atque ab hac Sancta Sede [f] *sequitur expunctum* paratiora habeas [g] *sequitur expunctum: inter lineas ascriptum* exponetque *et in versu* curabitque omnia summa fide et diligentia, quae ei mandavimus, cum hinc discederet, quaeque in poste[rum], quaeque ad te atque ad tuos pertinere intelliget [h] *sequitur expunctum* ac diligentia [i-i] *ascriptum in margine* [j] *sequitur expunctum* fratris et

N. 53

Clemens VIII, pontifex maximus, Annae Iagellonicae, Poloniae reginae viduae

Romae, 6 VI 1592

Eam certiorem facit de Germanico Malaspina, epo S. Severi, nuntio ordinario apud Sigismundum III regem nominato, asseritque illum in munere sibi commisso ei inservire esse paratissimum.

Min.: ASV Arm. XLIV 37 f. 178v.

Carissima in Christo filia nostra, salutem etc. Decrevimus usi apud regem opera venerabilis fratris Germanici episcopi S. Severi, [a-]cuius prudentiam atque integritatem perspectam habemus[-a], fecimus igitur illum istic nostrum et Sedis

Apostolicae nuntium ordinarium. Is has literas reddet M[ti] T. Erit eius opera in munere sibi commisso tibi paratissima. Si quid praeterea a nobis tua causa agi oportebit, intelliges nos plurimi facere eximiam nobisque iam diu perspectam pietatem tuam. Caetera ex nuntio cognosces. Datum ut supra[1].

Ant[onius] Buccapadulius

[a-a] *ascriptum in margine*

N. 54

Clemens VIII, pontifex maximus, Annae Austriacae, reginae Poloniae

Romae, 6 VI 1592

Significat se Germanicum Malaspina, epum S. Severi, nuntium ordinarium ad Sigismundum III regem, sponsum eius, mittere, qui summo studio regi eique inserviat. Benedictionem suam utrique concedit.

Min.: ASV Arm. XLIV 37 f. 182v.

Carissima in Christo filia, salutem etc. Mittimus ad regem, virum tuum[a], venerabilem fratrem Germanicum episcopum S. Severi, virum cum aliis virtutibus, tum praestanti fide atque integritate praeditum, quem volumus esse apud regem nostrum nuntium ordinarium, quo ille in munere omnibus in rebus, quoad poterit auctoritate a nobis accepta[b], summo studio ut regi, sic T.M[ti] inserviet. Deus benedictus cumulet vos omni felicitate. Datum ut supra[1].

Ant[onius] Buccapadulius

[a] *suprascriptum* [b] *sequitur expunctum* inserviet summo studio M[ti] T. Deus benedictus cumulet te et regem

N. 55

Clemens VIII, pontifex maximus, Stanislao Karnkowski, aepo Gnesnensi

Romae, 6 VI 1592

---

[1] *Vide N. 52.*

[1] *Vide N. 52.*

Eum certiorem facit se Germanicum Malaspina, epum S. Severi, nuntium ordinarium in Regno Poloniae designavisse. Non dubitat, quin primas novum nuntium, cuius virtutes laudabiles sunt, auctoritate sua sit sustenturus.

Min.: ASV Arm. XLIV 37 f. 178v.

Venerabilis frater, salutem etc. Fecimus nostrum et Sedis Apostolicae nuntium[a] in isto Poloniae Regno venerabilem fratrem Germanicum episcopum S. Severi. Causae, in quibus illius opera maxime versabitur, perspectae tibi sunt. Sanctae huius Sedis et regni istius negotia, in quibus vel nos regis opera vel ille nostra indigebit, [b-]quae res[-b] maxime[c] ad catholicam religionem pertinebunt, in quibus saepe etiam tua praestanti auctoritate opus erit. His rebus nihil tuae pietati magis cordi esse certo scimus, itaque nihil est, quod tibi eas commendemus. Nuncii verbis omnem fidem tribues, [d-]nos enim illius prudentiam atque integritatem perspectam habemus[-d], is vicissim praesto erit auctoritate atque opera, siquando ea indigebis. Datum ut supra[1].

Ant[onius] Buccapad[uliu]s

[a] *suprascriptum* [b-b] *lectio incerta, ascriptum supra expunctum* in iis [c] *sequitur expunctum* quae [d-d] *ascriptum in margine*

N. 56

Clemens VIII, pontifex maximus, Ioanni Zamoyski, cancellario Regni

Romae, 6 VI 1592

Ei significat Germanicum Malaspina, epum S. Severi, nuntium ordinarium apud Sigismundum III regem a se nominatum esse. Eius virtutes magnopere extollit. Non dubitat, quin cancellarius auxilio illi affuturus sit. Novi nuntii officia offert.

Min.: ASV Arm. XLIV 37 f. 182v.

Nota: *Brevia similis tenoris missa sunt ad: epum Cracoviensem card. Georgium Radziwiłł, epum Cuiaviensem Hieronymum Rozrażewski, epum Posnaniensem Lucam Kościelecki, epum Plocensem Adalbertum Baranowski, epum Varmiensem card. Andream Báthory, epum Luceoriensem Bernardum Maciejowski, epum Premisliensem Laurentium Goślicki, epum Culmensem Petrum Kostka, epum Chelmensem Stanislaum Gomoliński, palatinum Cracoviensem Nicolaum Firlej, palatinum Sandomiriensem Georgium Mniszech, palatinum Trocensem Nicolaum Christophorum Radziwiłł, palatinum Siradiensem Albertum Łaski, palatinum Lanciciensem Stanislaum Miński, capitaneum Samogitiae*

[1] *Vide N. 52.*

Georgium Chodkiewicz, palatinum Lublinensem Nicolaum Zebrzydowski, castellanum Sandomiriensem Stanislaum Tarnowski, marescalcum Regni Andream Opaliński, marescalcum M.D.L. Albertum Radziwiłł, cancellarium M.D.L. Leonem Sapieha, vicecancellarium Regni Ioannem Tarnowski, thesaurarium Regni Ioannem Firlej, thesaurarium M.D.L. Demetrium Chalecki, pocillatorem Regni Ioannem Ostroróg et pocillatorem M.D.L. Andream Sapieha. Praeterea conscriptae sunt trinae epistulae commendaticiae in blanco, ut vocant, nobili *et* episcopo. *Deletae sunt minutae brevium scriptorum ad: palatinum Plocensem Gregorium Zieliński, palatinum Masoviae Stanislaum Kryski, palatinum Culmensem Nicolaum Działyński, palatinum Braclaviensem Ianussium Zbaraski, palatinum Pomeraniae Christophorum Kostka et castellanum Wojnicensem Ioannem Tęczyński (ASV Arm. XLIV 37 f. 179–183, min.; or. brevis ad Nicolaum Christophorum Radziwiłł servatur in AGAD Dok. Perg. 8007; breve ad epum Rozrażewski ed. Czaplewski n. 1082 p. 418–419).*

Dilecte fili nobilis vir, salutem etc. Fecimus nostrum nuntium ordinarium apud regem venerabilem fratrem Germanicum episcopum S. Severi[a], virum praestanti fide atque integritate [praeditum[b]]. Oportebit illum pro suo munere multis de rebus tecum agere, quas res afferet temporum ratio. Non dubitamus te, ubi opus fuerit, auctoritate atque opera[c] adiumento futurum, id enim pollicetur pietas tua. Habebis vicissim eius operam paratissimam ad omnia, quaecunque poterit efficere tua causa. Datum ut supra[1].

Ant[onius] Buccapadulius

[a] *sequitur expunctum* Oportebit [b] *omissum* [c] *ascriptum in margine*

N. 57

Germanicus Malaspina Clementi VIII, pontifici maximo

Oeniponte, 15 VI 1592

De sua infirma valetudine atque de suo Oenipontem adventu die 12 iunii eum edocet. De decursu audientiae sibi ab archiduce Ferdinando subsequente die concessae refert dicitque fines legationis suae se ei illustravisse, illum vero notum sibi fecisse Ioannem Georgium Hohenzollern, marchionem Brandenburgensem, epum Argentoratensem a canonicis reformationi adhaerentibus iam electum esse, sperandum tamen esse canonicos catholicos unum e filiis Caroli III, ducis Lotharingiae, vel Gulielmi V, ducis Bavariae, contrelecturos esse; archiducem hac de re ad Rudolphum II imperatorem scripsisse; dicit se ab archiduce petivisse, ut controversiam Argentoratensem componere adiuvet, et postulationem filii eius, card. Andreae, ad dictum episcopatum proposuisse; archiducem tamen timorem expressisse, ne cardinalis recusationem suam hac in re porrigat.

---

[1] *Vide N. 52.*

Significat deinde de adventu Oenipontem Caesaris Speciano, nuntii apostolici apud imperatorem nominati, necnon de suo cum cancellario archiducis (fortassis Iustiniano Moser, aulae cancellario) congressu, qui opinionem Rudolphi II imperatoris de electione Argentorati facta retulit et nuntiavit archiducem promisisse se card. Andreae persuasurum esse, ut postulationi attendat, si modo summus pontifex subsidium necessarium ad canonicos protestantes debellandos ei concedat; refert praeterea commissarios ad episcopatum Argentoratensem missum iri; opinionem archiducis de brevibus pontificiis canonicis catholicis Argentoratensibus et duci Bavariae porrigendis notam facit. Observationes suas ad candidatos catholicos ad supradictum episcopatum promovendos pertinentes iterum breviter exponit.

Or.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 4–5, dorsum f. 5v.
Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 8–10, s.l.d. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 2–6v, cum die 12 iunii. — 3. BAV Urb. Lat. 837 f. 516v–520v, cum die 12 iunii. — 4. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 8–11v. — 5. BAV Barb. Lat. 5783 f. 3–5v. — 6. ASV F. Pio 133 f. 87–89.

N. 58

Germanicus Malaspina Clementi VIII, pontifici maximo

Oeniponte, 15 VI 1592

Certiorem eum facit canonicos catholicos card. Carolum a Lotharingia epum Argentoratensem elegisse illumque actionem defensoriam suscepisse; Ferdinandum archiducem hoc cursu eventuum contentum fuisse.

Or.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 3, dorsum f. 6v.

N. 59

Card. Georgius Radziwiłł Clementi VIII, pontifici maximo

[Cracoviae, paulo post 16 VI] 1592

Ei significat Ioannem Zamoyski cancellarium ceterosque conventus Andreoviensis participes ob tarditatem sui congressus non potuisse impedire, quominus Anna Austriaca intra fines Regni ingrederetur, nuntium tamen divulgavisse a Maximiliano archiduce datum de pactionibus a Sigismundo III rege cum Ernesto archiduce factis ad cessionem regni Poloni pertinentibus; regem de aliis quoque iniuriis accusavisse et cardinalem ipsum atque Hieronymum Rozrażewski, epum Cuiaviensem, in crimen vocavisse. Narrat deinde de legatione ad regem a hominibus rerum novarum cupidis suscepta, de eius suoque responso, de machinatio-

nibus a regis adversariis praeparatis, de matrimonio inter cancellarium et Barbaram Tarnowska contracto, de timoribus undique diffusis, ne proxime futura comitia violentem ac tempestuosum decursum habeant, denique de impatientia, quacum adventus nuntii apostolici in Poloniam exspectatur.

C.: BAV Chigi M III 64 f. 5-6v, s.l., s.d.d., s.d.m., in f. 6v manu Matthaei Argenti: Di Polonia dal sig. cardinal Radivil ..... 1592. Dicifrata 17 luglio, consegnata a N.S.
Nota: Dies verisimilis, qua haec epistula scripta est, conicitur ex mentione responsi, quod Sigismundus III legatis conventus Andreoviensis die 16 iunii dedit.

Il convento d'Andreovia[a1] non ha hauto quel fine che credeva il gran cancelliere, per ciò che egli pensava che la s[p[b]]osa Ser[ma2] non dovese entrar nel Regno così tosto et che in questo mentre esi radunati là potesero armata manu venire a' confini a prohibirgli l'ingreso[a]; onde esendo stato intimato tardi quel convento et havendo il re solecitato la venuta de la regina, non hano potuto oporsegli. Vedendo però esi di non poter impedire il matrimonio, per tener la nobiltà tutavia alterata hano publicato che 'l re ha tratato con l'arciduca Ernesto, col mezo del conte Gustavo[a3], di voler fav[o[b]]rir S.A. a questa corona in evento che eso pasase in Svetia, et mo[s[b]]trano letere de l'arciduca Massimiliano[4], il quale havendo inteso questo particolare dal medesimo arciduca Ernesto, lo ha fato subito penetrare a l'orechie del gran canceliere et fatione sua. Hano ancora tratato degl'ecesi[a] del re contra le legi, racogliendo molti particolari a modo loro, et contra la persona mia ancora, perché io habia tratato il matrimonio, acetato la legatione[5] et concluso, apreso che io deba eser privato del vescovato. Hano tocato ancora il vescovo di Cuiavia[6], come quelo che ha coronato la regina in pregiuditio, come esi dicono, de l'arcivescovo di Gnesna[7]. Con questi capi, sotoscriti da cento et quaranta nobili et dal gran canceliere, che ne l'altre cose publiche non si è mai voluto sotoscrivere, hano mandato ambasciatori a S.M[tà], protestando contra la coronatione de la regina particolarmente, la quale nominano semplicemente moglie di S.M[tà], et rimetendosi a la dieta per rispo-

---

[1] *Cf. N. 42 p. 80, N. 51.*

[2] *Anna Austriaca.*

[3] *Gustavus Brahe, 8 III 1558 - 10 I 1615, comes in Visingsborg, cum Sigismundo III rege cognatione coniunctus per Margaritam, Gustavi I Vasa sororem, quae a. 1516 Ioachimo Brahe nupsit; a. 1587 una cum rege electo in Poloniam advenit, eius consiliorum secretorum particeps, a m. iulio a. 1593 arcis regiae Stocholmiensis administrator, postea campester marescalcus fuit (Dworzaczek: Genealogia tab. 37; Garstein 50, 155, 342; Lepszy: Rzeczpospolita 47 sq., 411 ann. 2; Pärnänen: Sigismond 13, 75).*

[4] *Maximilianus archidux ad conventum Andreoviensem praecipue suum scriptum* ad commissarios Bendzinenses *in Nova Civitate Austriae (Wiener Neustadt) die 20 V 1592 datum per Ioannem Ducker praebuit (Mayer add. n. 34 p. 463-466; Lepszy: Rzeczpospolita 347 sq.).*

[5] *Cf. N. 25, N. 28 p. 63, N. 34, N. 35, N. 42 p. 77.*

[6] *Hieronymus Rozrażewski.*

[7] *Stanislaus Karnkowski. Cf. N. 50.*

sta[8]. Di che dise la M[tà] S. che ne la dieta a punto voleva che si tratase di questo, dove s'haverebe conosciuto la buona intentione sua verso questo regno et il fine che moveva loro a far questi tumulti[9]. Et il medesimo dissi ancor io per risposta di quel che tocava a me, agiungendo che le legi del Regno ben intese non mi prohibivano la legatione, né meno mi escludono dal vescovato, ma che ne la dieta si conoscerebono gli ecesi, et queli a punto che li più principali di loro havevano fato et fano tutavia a la giornata contra le legi.

Hora si fano pratiche gagliardisime dagl'adversarii contra S.M[tà] per persuadere l'intento loro ne' conventi privati de le provincie, et S.M[tà] ancora difende la sua causa intrepidamente. Il gran canceliere intanto per apogiarsi meglio ha preso per moglie in questo convento d'Andreovia la figliola del conte di Tarnoff, castelano di Sandomiria[a], giovine di anni dicioto[10], et a le noze si è parlato del re con poco rispeto. Onde si dubita grandemente che li comitii non habino ad eser turbulenti, però esendo di tanta autorità la S[tà] V. in questi paesi, potrà ela giovar principalmente col mezo del suo nuntio, il quale è desiderato per quel tempo da la M[tà] del re, dal clero et da tutti quelli che procurano la quiete di questo regno.

[a] *subducta linea notatum* [b] *omissum*

N. 60

Germanicus Malaspina Clementi VIII, pontifici maximo

Oeniponte, 22 VI 1592

Refert de praesenti rerum statu in dioecesi Argentoratensi: enumerat arces atque oppida, quae sub potestate card. Caroli a Lotharingia et Ioannis Georgii, marchionis Brandenburgensis, remanent; mentionem facit de subsidio militari cardinali a fratre eius Henrico, marchione Mussipontis, concedendo, necnon de factioni catholicae opportuna mutatione animi Argentoratensium. Laudat deinde Ferdinandum archiducem pro opera suscepta, ut controversiae Argentoratensi finem ponat, qui nomine Rudolphi II imperatoris commissarios iam ad utramque partem mittendos curaverit. Se Oeniponte commorari pergere exspectantem, ut valetudine melius se habeat et dicti commissarii operam conciliationis ad speratum effectum perducant.

---

[8] *Vide N. 89 ann. 5.*

[9] *Responsum Sigismundi III regis legatis conventus Andreoviensis Cracoviae die 16 iunii concessum, ed. Barwiński: Diariusze 1591-1592 p. 85-86.*

[10] *Barbara Tarnowska, nata ca a. 1574 (secundum Vladimirum Dworzaczek ca a. 1566), ob. 27 IV 1610, Stanislai, castellani Sandomiriensis, filia, quarta uxor Ioannis Zamoyski cancellarii; nuptiarum sollemnia in oppidulo Stopnica die 14 iunii celebrata sunt, iam post conventum Andreoviensem conclusum (Dworzaczek: Hetman 412, 428, 429).*

Or.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 8-8v, dorsum f. 15v.

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 10v-11, s.l.d. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 9-10v, s.l.d. — 3. BAV Urb. Lat. 837 f. 520v-522, s.l.d. — 4. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 12-13. — 5. BAV Barb. Lat. 5783 f. 5v-6. — 6. ASV F. Pio 133 f. 89-89v. — 7. B. PAN Kr. 8378 (TR 37) f. 208v.

N. 61

Germanicus Malaspina Minutio Minucci

Oeniponte, 22 VI 1592

Nuntiat Ferdinandum, Gulielmi V, ducis Bavariae, filium, Oeniponte postridie exspectari; se paulatim ad sanitatem reverti et responsum marchionis Ioannis Georgii praestolari ad propositum, ut arma deponantur et bona episcopatus Argentoratensis sequestro ponantur; se in animo habere in Poloniam ad nuntiaturam ineundam proficisci.

Or.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 9, in dorso (f. 14v) sub annotatione de epistulae argumento alia manu: ancora bona da legere.

N. 62

Germanicus Malaspina Clementi VIII, pontifici maximo

Oeniponte, 27 VI 1592

Voces sequens ex Alsatia provenientes ei significat commissarios a Ferdinando archiduce Rudolphi II imperatoris auctoritate subdelegatos congressos esse cum card. Carolo a Lotharingia, qui se propensum esse edixit ad conflictum militarem intermittendum ac bona episcopatus Argentoratensis sequestranda; consilium a Ioanne Georgio marchione hac in re captum exspectari. Deinde scribit cardinalem curare oppidum Benfeld a militibus occupandum et spem exprimit fore, ut Argentoratenses causam Ioannis Georgii marchionis diutius non amplectantur.

Or.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 10, dorsum f. 13v.

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 20v-21, ubi dies 26 iunii est ascripta. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 7-8v, ubi dies 26 iunii est ascripta. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 26v-27v. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 8-9. — 5. ASV F. Pio 133 f. 97v-98.

N. 63

Minutius Minucci card. Ludovico Madruzzo

[Romae, 27 VI 1592]

Eum certiorem facit se, paulo ante responsum pontificium card. Andreae de Austria missum ad illius proposita in negotio Argentoratensi, nuntium accepisse card. Carolum a Lotharingia epum Argentoratensem electum esse. Quam rem eo magis summo pontifici iucundam fuisse, quod ex epistula Germanici Malaspina nuntii, epi S. Severi, cognovisset card. Andream parum inclinatum esse ad hoc munus obeundum (cf. N. 57). Subiungit summum pontificem a quaestione Argentoratensi in consistorio pridie deliberanda destitisse.

***Reg.**: DHI 1 f. 291v, s.l.d., non est asservatum nisi initium textus.*

***Nota**: Datum coniectum est ex brevibus Clementis VIII die 26 VI 1592 confectis ad card. Andream archiducem et Ferdinandum Tirolensem archiducem, ubi mentio legitur nuntium nuper allatum esse de card. Carolo a Lotharingia ad episcopatum Argentoratensem elato (ASV Arm. XLIV 37 f. 212–212v, min.; breve ad card. Andream ed. Schweizer: Nuntiaturberichte 558 ann. 2.), necnon ex mentione in hac epistula obvia de sessione consistorii die proximo habita, quod in diem 26 iunii quoque est convocatum (ASV Arch. Consist. Acta Vicecanc. 13 f. 36–37v, or.).*

N. 64

Germanicus Malaspina Clementi VIII, pontifici maximo

Oeniponte, 29 VI 1592

Eum docet se consilium cepisse ad Gulielmum V, ducem Bavariae, nondum plane recuperata valetudine postero die proficisci, quocum de quaestione Argentoratensi loquatur. Ferdinandi archiducis opinione spem exsistere hanc rem bene versaturam esse, metuendum tamen esse, ne collegium Imperii se opponat card. Carolo a Lotharingia, principi Gallico, in Germania episcopatum obtenturo. Deinde significat archiducem partem adversam timore affecturum ministris suis in Alsatia imperavisse, ut sibi de numero militum pedestrium atque equestrium, quos conscribere possint, referant et eos ad manum habeant. Archiducem laudibus extollit et eius nomine affirmat suam erga summum pontificem deditionem constantem esse.

***Or.**: ASV F. Borgh. III 96 D f. 11–11v, dorsum f. 12v.*

***Cop.**: 1. ASV SS Pol. 35 f. 11v–12, s.l.d. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 11–12v, s.l.d. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 13v–14v. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 6–7. — 5. ASV F. Pio 133 f. 89v–90v.*

N. 65

Germanicus Malaspina Minutio Minucci

Oeniponte, 29 VI 1592

Eum certiorem facit adhuc aliquantum aegrotantem postero die Monachium versus ad Gulielmum V ducem se conferre in animo habere, ubi eius mandata accurate explere putat. Excusat se, quod ob affectam valetudinem non satis diligentem in negotio Argentoratensi se demonstravit. Addit brevi Monachio se in Poloniam profecturum esse.

Ps. Rogat, ut sibi ignoscere velit, si suae litterae ob infirmam valetudinem defectibus liberae non sint.

Or.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 7, dorsum f. 16v.

N. 66

Clemens VIII, pontifex maximus, Germanico Malaspina

Romae, 1 VII 1592

Preces Christophori Kliński, abbatis Pelplinensis electi, exaudire in animo habens, qui contra minime sibi opportunam sententiam Hannibalis de Capua, nuntii olim apostolici in Polonia, in materia litis, quam de validitate dictae electionis cum Ioanne Bieńkowski, instigatore curiae episcopalis Vladislaviensis, habet, ad Sedem Apostolicam se revocavit, dispensationem ab omnibus poenis ecclesiasticis illi concedit et novo nuntio hoc negotium iterum diiudicandum committit.

Cop.: ADWł ABKP Ac. ep. 9 (28) f. 448–449, textus repetitus in copia brevis Clementis VIII ad epum Hieronymum Rozrażewski Romae die 21 IV 1594 dati, ib. f. 448–450.
Summ.: Czaplewski n. 1116 p. 453, ubi per errorem dies 1 augusti est ascripta.

Clemens papa VIII. Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Christophorus Klinsky[1], Vladislaviensis sive alterius civitatis vel dioecesis, quod lite et causa in partibus coram venera-

---

[1] *Christophorus Kliński, coadiutor Pelplinensis die 14 IV 1585 a Leonardo Rembowski abbate deputatus, cuius post mortem mandata Sigismundi III regis illum hominem ingratum habentia et reclamationes Hieronymi Rozrażewski, epi Cuiaviensis, necnon monachorum Pelplinensium neglegens cum armis monasterium die 29 XI 1590 occupavit, tamen brevi post ab ipsis monachis abbas Pelplinensis est agnitus (Boniecki X 140; Niesiecki V 112; Aleksander Klemp, PSB XXXI 95; Halina Kowalska, PSB XXXII 360–361; Czaplewski 303, 396 sqq.; Frydrychowicz 94 sq.; Kujot 252 sq.).*

bili fratre Annibale de Capua, archiepiscopo Neapolitano[a] ac tunc temporis in Regno Poloniae Sedis Apostolicae cum potestate legati de latere nuntio, inter dictum Christophorum, rite (ut asserit) electum et confirmatum abbatem monasterii Peplinensis Cisterciensis ordinis[2], Vladislavienis dioecesis, ex una, et dilectum filium Ioan[n]em Bienkowski[3], instigatorem curiae episcopalis dictae Vladislaviensis, de et super possessione vel quasi regiminis et administrationis ipsius monasterii et illius bonorum, atque validitate electionis et confirmationis de persona ipsius Christophori praedicto monasterio factarum rebusque aliis in actis causae et causarum huiusmodi latius deductis, et illorum occasione in prima seu alia veriori pendente instantia, partibus ex altera, praefatus Hannibal archiepiscopus in causa huiusmodi nulliter procedens ac dicto adversario nimium favens assertum, in praedicti adversarii favorem et contra praedictum Christophorum ac in illius contumatiam sententiam tulit et promulgavit diffinitivam[4]. A qua pro ipsius Christophori parte ad nos et sedem praefatam appellatum et de nullitate dictum et deinde nobis humiliter supplicatum extitit, quattenus in praemissis de opportuno iustitiae remedio providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur unicuique iustitiam, ut decet, ministrari cupientes ac statum et merita causae et causarum huiusmodi et aliorum hic forsan de necessitate exprimendorum tenores et compendia praesentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, ipsumque Christophorum a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuae per praesentes committimus et mandamus, quattenus vocatis ad id, qui fuerint vocandi, causam et causas appellationis et appellationum huiusmodi et aliarum quarumcunque pro eiusdem Christophori parte interpositae et interpositarum nullitatisque et nullitatum iniquitatis et iniustitiae ac attentatorum et innovatorum quorumcunque una cum toto negotio principali ac suis et ipsarum inciden[tibus], dependen[tibus], emergen[tibus] annexis et connexis auctoritate nostra audias, cognoscas, decidas ac fine debito termines, faciens, quod decreveris, per censuras ecclesiasticas firmiter observari.

---

[2] *Abbatia Cisterciensium in Prussia Regali a. 1276 condita.*

[3] *Ioannes Bieńkowski, i.u.d., canonicus Vladislaviensis, Hieronymi Rozrażewski epi atque curiae episcopalis Vladislaviensis annis 1588–1592 notarius et annis 1598–1600 cancellarius (Librowski 213 ann. 70–71).*

[4] *Iam die 18 XII 1590 Hannibal de Capua nuntius precibus Hieronymi Rozrażewski epi attendens edidit* Literae monitoriae cum citatione et illarum debita executione contra Christophorum Klinski, violentem occupatorem monasterii Pelplinensis, *die autem 3 IV 1591 sententiam pronuntiavit, e qua Christophorus Kliński abbatiam Pelplinensem duarum hebdomadarum temporis spatio reddere debuit et Hieronymus Rozrażewski plenam potestatem illum e monasterio tollendi obtinuit (Czaplewski 400 ann. 2, 404).*

Nos enim tibi omnes et singulos sua quomodolibet interesse putantes et in decreto sive executione cittationis praesentium vigore ad easdem partes decernendae nominan[dos] et cognominan[dos], etiam per edictum publicum constito summarie et extraiudicialiter de non tuto accessu cittandi; ac quibus et quoties inhiben[dum] erit, etiam per simile edictum, quo ad archiepiscopos et episcopos sub suspensionis a divinis, quo vero ad alios inferiores sub excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, etiam peccuniariis, tuo arbitrio imponen[dis], applican[dis] et moderan[dis], inhibendi; ac contradictores, inoboedientes et rebelles quoscunque sententias, censuras et poenas praedictas incurrisse et in illas incidisse servata forma Concilii Tridentini declarandi, aggravandi, reaggravandi et interdicendi ac auxilium brachii saecularis, si opus fuerit, invocandi; ac ipsum Christophorum in integrum et adversus quamcunque rem iudicatam ob praedictae appellationis forsan non prosecutionem restituendi, illumque in possessione seu quasi regiminis et administrationis ac bonorum praedictorum manu tenen[do], necnon mandata quaecunque de manu tenendo necessaria et opportuna, quae perinde arctent ac si sub plumbo expedita[b] forent, decernendi et relaxandi; caeteraque alia omnia et singula faciendi, dicendi, gerendi et exequendi, quae in praemissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, apostolica auctoritate tenore earundem praesentium facultatem concedimus.

Non obstantibus praemissis ac foelicis recordationis Bonifacii papae VIII, praedecessoris nostri, de una et concilii generalis de duabus dietis[5], dummodo ultra tres dietas quis vigore praesentium extra suam civitatem vel dioecesim ad iudicium non trahatur, ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die prima iulii 1592, pontificatus nostri anno primo.

[a] Neapolitanen[si] *cop.* [b] expeditae *cop.*

N. 67

Germanicus Malaspina Minutio Minucci

Monachii, 5 VII 1592

Significat se nondum litteras Ferdinandi archiducis, comitis Tirolis, accepisse responsum continentes, quod Ioannes Georgius marchio commissariis subdelegatis dedit de armis relinquendis et bonis episcopatus Argentoratensis sequestrandis; ob suum Monachio discessum archiducem petere voluisse, ut de hac re summum pontificem certiorem recta faceret. Mentionem facit de incertis rumoribus ad Gulielmum V, ducem Bavariae, affluentibus; se postero die Vindobonam

[5] *Vide N. 16 ann. 8.*

profecturum esse; de magna hospitalitate, quacum Monachii receptus fuit; de pietate ducis Bavariae et ei subiectorum, necnon de sua ex morbo convalescentia.

Aut.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 17-17v, dorsum f. 26v.

N. 68

Germanicus Malaspina Petro Aldobrandini

Vindobonae, 10 VII 1592

Eum certiorem facit se Roma proficiscentem nullam clavem notarum arcanarum recepisse, itaque ad secretiora indicia tradenda clave ad privatum litterarum cum eo commercium destinata uti deliberavisse; rogat, ut summo pontifici ea, quae litteris cifratis additis (vide N. 69) contineantur, communicare velit. Significat se Vindobonae Ernestum archiducem non invenisse, sperat tamen de negotiis Austriae Interioris persolvendis Caesarem Speciano nuntium cum eo collocutum esse. Mentionem facit de Ferdinando archiduce, comite Tirolis, et Gulielmo V, duce Bavariae, proponentibus, ut Christophorus Andreas de Spaur, epus Gurcensis, nuntius apostolicus in Austria Interiore sit destinatus.

Or.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 18, in dorso (f. 25v) additum manu Minutii Minucci: viste.

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 13v-14. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 15-16v. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 16v-17v. — 4. ASV F. Pio 133 f. 91v-92.

N. 69

Germanicus Malaspina Petro Aldobrandini

Vindobonae, 10 VII 1592

Opinionem Ferdinandi archiducis, comitis Tirolis, patefacit, ut ad Lupum Theodoricum de Raitenau, aepum Salisburgensem, persuadendum, quo amatricem suam repudiet, persona quaedam clericalis dignitatis plena, non tamen Societatis Iesu sodalis, sine clamore mittatur. Significat Melchiorem Klesl, dioecesis Novae Civitatis Austriae administratorem, publice accusari se duabus cum mulieribus commercium habere; igitur confirmationem pontificiam ei dare non oportere, priusquam in vitam castam atque honestam ingrediatur.

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 12-13v, in praescriptione: Cifra. — *2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 13-15, in praescriptione:* Cifra. — *3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 14v-16v. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 7-8. — 5. ASV F. Pio 133 f. 90v-91v.*

N. 70

Minutius Minucci Germanico Malaspina

Romae, 11 VII 1592

In responso ad duas eius epistulas 27 et 29 iunii datas (vide N. 62 et 64) nomine summi pontificis sollicitudinem eius in rebus sibi relatis probat atque gaudet eum se melius iam habere. Quod ad sequestrationem bonorum episcopatus Argentoratensis pertinet, se timere dicit, ne card. Carolus a Lotharingia magis se huic rei opponat quam pars adversa. Sperat eius in Bavariam iter bonos fructus esse daturum eumque felicem adventum Cracoviam facturum, quo haec epistula mittitur.

***Reg.**: 1. ASV F. Borgh. III 18 f. 3v–4, nomen auctoris deest. — 2. DHI 1 f. 293v–294.*

N. 71

Minutius Minucci Germanico Malaspina

Romae, 11 VII 1592

Nomine summi pontificis eum obligat, ut apud Sigismundum III regem causam Ioannis Caroli, marchionis Badeniani, promoveat, quo commendas sibi ab Hugone Loubeux de Verdala, magno ordinis Equitum Melitensium magistro, in Regno Poloniae concessas habere possit.

***Reg.**: 1. ASV F. Borgh. III 18 f. 4–5, nomen auctoris deest. — 2. DHI 1 f. 294–295.*

Il marchese Francesco Giovanni Carlo di Bada, prossimo parente del re di Polonia[1], fu proveduto dal gran maestro di Malta[2] di certe commende in cotesto[a] regno, le quali negl'abusi de' passati tempi erano tenute da huomini non qualificati[3], ma perché si spera che la giustitia et la pietà di S.M[tà] vorrà che le

---

[1] *Ioannes Carolus de Zähringen, 1572 - 29 I 1599, marchio Badenianus, eques Melitensis, filius Christophori II, 26 II 1537 - 2 VIII 1575, marchionis Badeniani Aureliae Aquensis, qui Caeciliam Vasa, Ioannis III sororem ac Sigismundi III amitam die 11 XI 1564 in matrimonium duxit (Isenburg I 84).*

[2] *Hugo Loubeux de Verdala, ob. 4 V 1595, magnus ordinis Equitum Melitensium magister a 12 I 1582, cardinalis a 18 XII 1587 (HC III 52).*

[3] *De commendis Melitensium in Regno Poloniae deferendis revera controversia ad tempus quoddam versabatur. Annis 1589–1600 commendam Posnaniensem Nicolaus Wolski, gladifer Regni, a Sigismundo III rege concessam tenebat, sed demum successor eius Felix Wojanowski a rege die 20 V 1600 nominatus a Ludovico de Vignacourt magno magistro comprobatus est (Karwowski 52–54; Lange 110).*

cose caminino hora per i suoi ordini, massime nell'interesse di chi tanto le appartiene, questa par buona occasione per ricuperare anco le ragioni della religione hierosolimitana, la quale sendo sotto protettione particolare di questa Santa Sede, N.S. ancora desidera vedere mantenuta ne' privilegii et preeminenze sue; però incarica V.S.R^{ma} a fine che presso S.M^{tà} tanto nel particolare accennato di sopra del marchese di Bada, quanto in ogn'altro interesse d'essa religione, ella pigli gagliardamente a favorirla presso S.M^{tà}, conforme a quello che o dal medesimo marchese o dall'ambasciatore residente in corte cesarea[4] le sarà soggerito. Né sendo questa per altro, finisco baciando a V.S.R^{ma} la mano.

[a] quel *reg. 2*

N. 72

Attilius Amalteo Clementi VIII, pontifici maximo

Ex Kolozsmonostor[a1], *11 VII 1592*

Nuntium refert Muradum III, Turcarum imperatorem, de motibus in Polonia atque praeparationibus militaribus a Rudolpho II imperatore ordinatis sollicitum czaussium suum ad Sigismundum Báthory, principem Transilvaniae, misisse dictum exercitus Turcicos contra Regnum Poloniae atque Hungariae profecturos esse, si ad candidatum Austriacum regia potestas in Polonia delata fuerit, suumque dominum nullius nisi eiusdem principis causam hac in re promoturum esse; responsum affert ab Ioanne Zamoyski cancellario huic principi per nuntium eius datum. Significat deinde card. Andream Báthory, qui in Poloniam vult proficisci, queri se a Sigismundo III rege et card. Georgio Radziwiłł iniuria in negotio episcopatus Cracoviensis affectum esse. Enumerat rationes, quibus adductus card. Báthory recusavit, ne Romam se conferret. Explicat, quare Alba Iulia proficisci voluerit, et dicit Somlium sese conferre decrevisse, dehinc viam in Poloniam ingredi Romamque reverti nullo cum cancellario colloquio habito.

---

[4] *Philippus Riedesel, magni ordinis Equitum Melitensium magistri orator penes aulam imperialem ab a. 1589 residens atque prior provinciae Germanicae ab a. 1590 (confirmationem Gregorii papae XIV die 20 IV 1591 obtinuit), a Rudolpho II imperatore* generale delle galeotte del Danubio *m. septembri a. 1592 est deputatus, a m. novembri eiusdem anni etiam Gulielmo V, duci Bavariae,* per governo d'alcuni luochi importanti *inserviebat (Schweizer: Nuntiaturberichte 91, 177, 303; B. Ambr. D. 124 suss. f. 311–311v, 326v, 328, novitates Pragae diebus 22 IX, 17 XI, 24 XI 1592 datae; B. Ambr. D. 125 suss. f. 568'v, novitates Pragae die 16 XI 1593 datae).*

[1] *Kolozsmonostor (Cluj-Mănăştur), tunc pagus occidentem versus a Claudiopoli (Cluj, Klausenburg, Kolozsvár) situs, hodie autem partem huius civitatis constituit. Qui pagus una cum abbatia olim ordinis S. Benedicti a Christophoro Báthory, principe Transilvaniae, Iesuitis in victum ac in locum residentiae collegii fundandi a. 1579 assignatus est (Lukács: Monumenta I n. 317 p. 835 sq.).*

Min.: BAV Ottob. Lat. 2419 f. 90v-92, nomen auctoris deest, correcta et addita manu Attilii Amalteo, dorsum f. 93v.
Cop.: B. Vallic. N 33 f. 227-228v, ubi dies 12 iulii est ascripta.
Exc.: B. Cz. 95 n. 88.
Ed.: Veress: Erdélyországi n. 13 p. 27-29, non sine erroribus.

Actionibus suis tempore, quo Albae Iuliae commoratus est, expositis nuntius significat: Se ben son sicuro che la S[tà] V. deve esser diligentemente avvisata de le cose di Polonia dal sig. legato Radzivillo et da mons. nontio, tuttavia non voglio restar [b-]per ogni buon rispetto[-b] di dirle quello che forsi non si sa in Polonia o almeno non così bene come qui. Saprà dunque la S[tà] V. che 'l Gran Turco[2] essendo stato avvisato de li movimenti che sono in quel regno, de la dissensione che è fra il re et il cancelliero, et de la preparatione d'arme che dicono farsi per ordine de l'imperatore in Germania et ne l'Ongaria, mandò [c-]un altro chiausso[-c] a li giorni passati a questo principe[3], con fargli intendere che 'l suo signore era risoluto di non permetter in modo alcuno che nissuno di casa d'Austria conseguisca il Regno di Polonia, et che quando li Polacchi venissero a elettione di alcun principe austriaco, saria ito con tutte le forze sue a danno loro in Polonia et in Ongaria a quello de l'imperatore, soggiongendo insieme ch'esso Gran Signore non voleva che fusse altri che S.A. re di Polonia, et che perciò sariano state pronte tutte le forze sue che per tal effetto fossero bisognate. S.A. diede per persona espressa[4] raguaglio di questa ambasciata al detto cancelliere, il qual ha poi risposto che quanto a l'imperatore, le arme todesche havranno da passar per mezo del suo petto prima che consentire che la corona di quel regno sia posta in capo a nessuno di casa d'Austria, et quanto al Turco, che neanco esso saria entrato in Polonia così facilmente come s'arrogava; che S.A. stesse di buon animo et facesse provisione di gente et di danari per esser pronta a moversi quando sarà il tempo, poich'esso tiene per fermo che 'l re sia per lasciar il Regno et tornarsene in Svetia. [d-]Ma perché spesse volte gl'huomini facilmente credono ciò che desiderano, non so quanto ben fondata sia questa opinione del cancelliere, ma presto ce ne dovremo chiarire[-d].

Il sig. cardinal Battori [c-]ancora [e-]ha la medesima speranza[-e], et così[f-c] affretta il suo viaggio per Polonia principalmente per questo fine[g] et per le pretensioni sue sopra il vescovato di Cracovia; nel qual proposito s'è più volte gravemente doluto meco del torto che pretende esserli stato fatto dal re, et altretanto si lamenta del sig. cardinale Radzivillo. Et[h] con tutto ch'io mi sia ingegnato di persuaderli ch'esso sig. cardinale non solo non ha tenuti li mezi[i] illeciti et indegni che[j] gli oppone [c-]et de' quali [k-]dice d'haver[-k] altre volte avvisata[l] V.S[tà] ancora[-c], ma che non ha neanco mai procurato d'haver quella chiesa, non ho però mai potuto rimoverlo da la sua opinione. Mi è parso di avvisar V.B[ne] di tutto ciò affinch'ella con la somma sua prudenza possa tanto meglio, [c-]venendo l'occasio-

---

[2] *Muradus III imperator.*

[3] *Sigismundus Báthory.*

[4] *Stephanus Bodoni, Sigismundi Báthory principis a secretis (Bandura: Jan Zamoyski 391).*

ne[c], far quelli ufficii che giudicherà[m] più convenirsi per il servitio di Dio, [c]per la[c] tranquillità di quel regno et concordia di questi dui cardinali.

Ho più volte parlato al detto sig. cardinal Battori per conto del suo venir a Roma[5] et testificatoli l'amor paterno che V.B[ne] li porta et il piacer[n] grande che sentirebbe[o] di rivederlo, procurando con diverse altre ragioni di farlo risolvere a venirsene quanto prima. Ma esso, se ben veramente ha mostrato di haverne gran pensiero et voglia, si è però scusato di non poter venir per adesso in modo alcuno, così per trovarsi ancora con qualche debito di quelli che contrasse sin al tempo de l'ultimo interregno[6], come[p] per causa de'[q] movimenti di Polonia et anco per rispetto[r] di questo negotio de la religione, dicendo che se fosse a Roma, bisognarebbe che venisse in queste parti per dar con la presentia sua calore et aiuto al buon successo di detto negotio, et perciò si è anco offerto a S.A. di tornarsene in Transilvania ad ogni minimo avviso[s] de l'A.S. Et veramente non è dubbio che non potrà esser se non di gran giovamento s'egli vi si troverà presente, perché oltre che potrà tener più animata S.A., gioverà anco grandemente con le prattiche et auttorità sue appresso questa nobiltà, et perciò mi è parso di non fargliene maggior[t] instanza.

Io conoscendo che 'l mio dimorar più in queste parti saria per apportar senza dubbio più tosto nocumento che utile al negotio de la religione, mi risolsi, col parer et consiglio di S.A. et del padre Alfonso[u7], di partirmi d'Albagiulia[8], et così feci tre giorni sono, essendo stato accompagnato fuor de la città con la medesima cerimonia che fui incontrato. Fra due giorni partirò di questo monastero verso Somlio, antica arce[v] de li signori Battori[9], et poi seguitarò il mio viaggio, facendo la via di Polonia, per fuggir il pericolo de le scorrerie de' Turchi et per presentar a quel re il breve di V.S[tà10]. Et di là poi continuando il mio camino, procurerò di tornarmene, quanto più presto potrò, a Roma, essendomi risoluto di non andar dal cancelliere sì per esser tanto lontano da Cracovia che mi converrebbe perder almeno dodeci giorni di tempo, sì anco per non dar occasione a qualch'uno in questi tempi di suspicare ch'io vi fussi andato per

---

[5] *Quod attinet ad munus Attilio Amalteo commissum card. Andream Báthory inducendi, ut per aliquot annos Romae commoraretur, cf. p. XLVIII–XLIX.*

[6] *Sermo est nimirum de interregno post Stephani Báthory regis mortem.*

[7] *Alfonsus Carillo (Carrillo), XI 1553 - 22 X 1618, Compluti (Alcalá de Henares) in Hispania natus, Societatem Iesu die 11 III 1571 ingressus est; Bartholomaei Viller, provinciae Austriae praepositi, socius et consultor ab a. 1589; missionis Transilvanicae, deinde residentiae Albae Iuliae superior simulque Sigismundo Báthory principi a confessionibus et concionibus Latinis annis 1591–1599; collegii Selliensis (Šal'a, Vágsellye) annis 1599–1600 rector, provinciae Austriae annis 1600–1608 praepositus, collegii Complutensis ab a. 1608 rector, provinciae Castiliae annis 1613–1614 visitator, Hispaniae annis 1615–1618 assistens (Lukács: Catalogi 642 sq. et passim; Szilas).*

[8] *Alba Iulia (Gyulafehérvár), civitas princeps Transilvaniae.*

[9] *Somlium (Şimleul Silvaniei, Somlyó), arx et sedes familiae Báthory ad septentrionem occidentemque a Claudiopoli sita.*

[10] *Vide N. 14.*

altro fine che per quello che V.S^{tà} mi mandava[11]. *Sequitur postscriptum ad res Transilvanas spectans.*

[a] Mon[aste]ro di Claudiopoli *min.* [b-b] *ascriptum supra expunctum* ad abondante cautela [c-c] *suprascriptum* [d-d] *manu propria* [e-e] *ascriptum supra expunctum* è de la medesima opinio[ne] [f] *ascriptum supra expunctum* perciò [g] effetto *cop.* [h] *ascriptum supra expunctum* né [i] *sequitur expunctum* così [j] *ascriptum supra expunctum* come [k-k] *ascriptum supra expunctum* so che *et supra unum verbum illegibile* [l] *ascriptum supra expunctum* scritto a [m] stimarà *cop.* [n] desiderio *cop.* [o] ha *cop.* [p] *ascriptum supra expunctum* sì [q] *sequitur expunctum* questi [r] *ascriptum supra expunctum* servitio [s] cenno *cop.* [t] più *cop.* [u] *sequitur* Cariglia *cop.* [v] *ascriptum supra expunctum* residenza *et* sede

N. 73

Germanicus Malaspina card. Georgio Radziwiłł

Olomucii, 14 VII 1592

Nuntiat mandatis pontificiis in nonnullis terris Germanicis expletis se Poloniam appropinquare; persuasum esse cardinalem, auctorem suae in hoc regno ad dignitatem nuntii apostolici nominationis, auxilium atque protectionem sibi non esse negaturum; aliquos homines praemittere, qui domicilium sibi praeparent.

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 15v-16. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 19v-20v. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 19v-20v. — 4. ASV F. Pio 133 f. 93v-94.

Dopo d'una pericolosa infirmità et dopo d'haver esseguito alcune commissioni che dalla S^{tà} di N.S. mi furono date con alcuni principi di Germania, mi vengo accostando a cotesto nobilissimo et potentissimo regno, dove il ritrovare V.S.Illma m'è veramente d'infinita consolatione, perché mi do fermamente a credere ch'essendo lei stata authore acciò S.B^{ne} habbia fatto elettione della persona mia per cotesta carica, vorrà hora, come buono artifice, perfettionare l'opra delle sue mani, et perciò proteggerà gratiosamente la mia persona et mi porgerà

---

[11] *Ut Attilius Amalteo per Regni Poloniae terras Romam rediret, iam Ioannes Andreas Caligari, epus Brittinoriensis, qui instructionem ei datam confecit, mentem nuntio iniecit:* — — Se poi spedite o tutte o parte di queste cose, qualche accidente di scorrerie de' Turchi o altro paressero sufficienti cause per fare nel ritorno il camino di Polonia, come più sicuro, il che si rimette totalmente a V.S., potrà valersi del breve che si scrive al re per dargli quella parte del negotio che sarà giudicato bene, almeno per animarlo a concorrere ad aiutare in quel che può il progresso de la religione cattolica in Transilvania. Il medesimo farà col sig. canceliero di Polonia *(vide N. 13)*, passando dove egli fosse, o giudicandosi necessario il farlo, il che da' padri della Compagnia in Cracovia o altrove potrà intendere. — — *(B. Vallic. N 16 f. 240-240v, cop.; B. Vallic. N 33 f. 222v, cop.; ed. Jaitner: Die Hauptinstruktionen 19, Veress: Erdélyországi 6).*

il suo aiuto acciò io possa promuovere il servigio di Dio et di S.M^{tà}, et dare quella direttione alli negotii che s'offeriranno che S.S^{tà} desidera et il beneficio del Regno ricerca. Con questo fondamento non mi diffido della[a] debolezza et tenuità del mio ingegno, anzi confido che concorrendo la mia retta intentione con il calore del gratioso suo favore, la mia venuta sia per essere non infruttuosa, ma di qualche edificatione et profitto.

Mando il mio auditore[1] con alcuni miei famigliari acciò ponghino in ordine la casa et basciano[b] humilmente le mani a V.S.Illma in nome mio. Et pregando N.S. Dio che la Illma persona di V.S.Illma aumenti et prosperi in utroque homine, humilmente le faccio riverenza.

[a] *sic cop. 2,* alla *cop. 1* [b] *sic cop. 1 pro* bascino

N. 74

Claudius Acquaviva, praepositus generalis Societatis Iesu, Germanico Malaspina

[Romae], 18 VII 1592

De recuperata eius salute gaudet et diligentiam eius atque operam pro sodalibus Societatis Iesu praestitam laudat.

***Reg.**: ARSI Epp. NN. 2 f. 20v, s.l., ante textum in margine inscriptio cursualis:* Polonia, *infra:* complimento per la sanità.

Havendo io[a] saputo per lettere di nostri che[b] la S.V.Illma è già intieramente risanata dalla grave et pericolosa infermità, che li giorni a dietro ha havuta, [c-]me ne sono molto consolato, poi che da questa[-c] sua sanità, oltre il nostro comune contento, vi è[d] il servitio [e-]della religione et[-e] di Santa Chiesa[f] per il grande zelo di V.S.Illma [g], de cui anco intendo la molta amorevolezza et la[a] protettione che di nostri[h] continovamente tiene. Per il che priego la Divina Bontà che le conservi questa santa mente et le accresca i suoi celesti doni, et con tal[i] fine le faccio humil reverenza.

[a] *suprascriptum* [b] *ascriptum supra expunctum* come [c-c] *ascriptum supra expunctum* con nostro molto particolare dolore et sentimento, ci siamo tutti maggiormente consolati del così

---

[1] *Hieronymus Barboncini, Forosemproniensis (Fossombrone in Umbria), i.u.d., Germanici Malaspina nuntii auditor causarum et secretarius, annis 1593-1594 una cum nuntio in Suecia commorabatur, ex Polonia Romam a. 1598 discessit litteris commendaticiis Sigismundi III regis ad card. Petrum Aldobrandini de 30 martii et Stanislai Karnkowski, aepi Gnesnensis, ad card. Caesarem Baronio de 15 aprilis instructus (vide N. 251; B. Vallic. L 18 f. II; ASV F. Borgh. III 96 AB[1] f. 7, 8v, 30 III 1598; Albericius n. 68 p. 238, 15 IV 1598; Bukowska-Gorgoni n. 83 p. 183).*

desiderato aviso della [d] *sequitur expunctum* anco [e-e] *suprascriptum* [f] *sequitur expunctum* quale intendo da nostri esser molto [g] *sequitur expunctum* de cui i nostri mi scrivono così honoratamente con grande edificatione, con sodisfattione u[niversa]le, quale an[co] [h] *sequitur expunctum* se[mpre] [i] *ascriptum supra expunctum* questo

N. 75

Germanicus Malaspina card. Georgio Radziwiłł

s.l., [14–23 VII 1592]

Eum tristem post mortem fratris Alberti consolatur; mentionem facit de rumoribus diffusis, quasi veneno ille sit interfectus et cardinalis eidem periculo exponatur. Affirmat gloriam honorum, quibuscum Sigismundus III rex se accepturus sit, non sibi, sed summo pontifici attribuendam esse. Gratiam ei facit pro benevolentia in se collata.

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 14v–15v, s.l.d. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 17–19, s.l.d. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 18–19v. — 4. ASV F. Pio 133 f. 92v–93v.

Nota: Terminus post quem et terminus ante quem coniectus ex mentione in N. 73 obvia de Hieronymo Barboncini auditore a Malaspina in Poloniam misso (ex hac epistula cognoscimus eum iam Cracoviam venisse et nuntium certiorem fecisse) et ex fama de nuntio Cracoviam die 23 iulii ingrediente (vide p. XVIII).

Io mi persuado che l'Illmo Sig. marescial[1] di santa memoria sia morto com'è vivuto, et che sì come è lagrimosa la morte sua all'occhi nostri, così sia pretiosa nel cospetto del Signore. Et mi do anco a credere che vivendo V.S.Illma con tanta candidezza di conscienza et con tanto splendore di sante operationi, S.D.M^tà^ sia per concedere a V.S.Illma gratia che dopo una longa et felice vita qua giù sia per essere al fine chiamata in luogo dove non in esilio, né in valle di lagrime et miserie, ma nella nostra natural patria possi godere più perfettamente il suo dolcissimo et amorevolissimo fratello. Et questo mi pare, Illmo Sig., il vero antidoto per sanare la piaga et il dolore suo conceputo per così acerbissimo caso. Non voglio già pretermettere di dire ch'io in un particolare ho sentito maggior di lei, perché nel camino ho da più persone inteso che quella felice et benedetta anima ne era stata levata con veneno, et che V.S.Illma correva l'istesso pericolo, onde io et sapevo esso esser morto, et V.S.Illma in pericolo di seguirlo. Et se bene io mi fosse[a] retto in questo caso con giuditio, haverei potuto comprendere che l'avviso era apografo[b], tuttavia sogliono coloro che amano temere etiamdio dove non è occasione di timore. Hor ch'ho inteso la verità, ho pur ritrovato qualche aleviamento al fastidio d'animo ch'havevo. Piaccia al Signore,

---

[1] *Albertus Radziwiłł.*

ch'è padre di misericordia et Dio d'ogni consolatione, d'essere esso quello che consoli l'Illma persona sua.

Dalla lettera di V.S.Illma et da quello che in nome di lei mi scrive il mio auditore[2] ho inteso l'honore che in questo mio primo ingresso la M^tà^ del re si compiace di voler fare et al grado che sostengo, et alla persona mia. Io, Illmo Sig., se bene ho trattato per servitio di Santa Chiesa con molti principi, et ricevuti molti favori, non ho però posto alla mia partita li debiti fatti, perché non ho modo di poterli sodisfare, ma l'ho tutti collocati al conto di S.S^tà^. Et però hora, non alterando il mio antico instituto, porrò questa partita dell'honori che S.M^tà^ ha ordinato che mi siano fatti nel libro di N.S.; e per non dissimulare totalmente la portione che tocca a me, cercherò di sodisfare con gratitudine d'animo et con pregar Dio che conservi le MM^tà^ Loro con ogni colmo di felicità spirituali, corporali et temporali.

Ho anco inteso dal sopradetto mio famigliare le gratie che V.S.Illma va continuando a fare, e gli ne bacio humilissimamente le mani, assicurandola che ciò ch'io l'ho scritto nell'antecedenti mie[3] porrò, con l'agiuto di Dio, in essecutione. Et con tal fine con ogni sommissione mi raccomando nella buona gratia di V.S.Illma.

[a] *sic cop. 1 pro* fossi [b] *ascriptum supra expunctum* appogriafo *cop. 1,* appocrifo *cop. 2*

N. 76

[Card. Hieronymus Mattei] Germanico Malaspina

Romae, 23 VII 1592

Exemplar libelli Hieronymi Rozrażewski, epi Cuiaviensis, tria postulata continentis huic epistulae adiungit rogatque, ut de iis instructionem sumat et eam una cum sua hac de re opinione quamprimum ad Sacram Congregationem Concilii mittat.

***Reg.**: ASCC LL 8 f. 81-81v, nomen auctoris deest.*

Erit cum his literis exemplum libelli episcopi Wladislaviensis[1] tria postulata continentis, qui a S.D^no^ N. reiectus fuit ad Congregationem cardinalium, qui Tridentino Concilio interpretando praesunt. Congregatio censuit ad Amp^nem^ T. scribendum, quod ego[2] his literis facio, ut de iis postulatis instructionem dili-

---

[2] *Hieronymus Barboncini.*

[3] *Vide N. 73.*

[1] *Hieronymus Rozrażewski.*

[2] *Hieronymus Mattei, 1547 - 8 XII 1603, cardinalis a 16 XI 1586, Sacrae Congregationis*

genter sumat eamque ad Congregationem quamprimum mittat simulque rescribat, quae sua sit hac de re sententia[3]. Id quod Amp^do^ T. sedolo exequatur et bene valeat in Domino, cuius gratiae donis eam cumulari optamus.

N. 77

Minutius Minucci Germanico Malaspina

Romae, 25 VII 1592

Significat se brevia eorumque exempla ad Bartholomaeum Powsiński, cubicularium secretum Clementis papae VIII, eiusdem commendatione in numerum nobilium ascribendum pertinentia ei mittere, mandatque, ut causam illius omni occasione oblata apud Sigismundum III regem promoveat. Scribit deinde de adiunctis exemplis indulgentiarum alumnis quorundam seminariorum a summo pontifice concessarum. Mentionem denique facit de rebus sibi relatis referendisque ad iter eius pertinentibus.

Reg.: 1. ASV F. Borgh. III 18 f. 6–6v, nomen auctoris deest. — 2. DHI 1 f. 295v–296v.

Dalla copia de' brevi che s'inviano a V.S.R^ma^ per il re, la regina[1] et altri[2], li quali ne' prossimi comitii o da lei o dal cardinale Radzivil haveranno ad essere presentati, vederà ella il desiderio di S.S^tà^ intorno alla persona del sig. Bartholameo[a], suo cameriere segreto[3], il quale le fu posto in casa ne' tempi della legatione sua ad intercessione di S.M^tà^[4], et le fu dipinto per nobile, ché altrimenti non l'haveria accettato; perciò conviene che S.M^tà^ suplisca a qualche difetto che vi fosse intervenuto et restituisca nella famiglia il grado di nobiltà, nonostante il pregiudicio che ne le possa essere derivato da qualche mancamento del padre[5]. Il sig. Bartholomeo lo merita per suoi buoni et honorati costumi, et perché è caro et intimo a S.S^tà^, la protettione della quale deve bastarle per otte-

---

Concilii praefectus ab a. 1591 atque protector Hiberniae ab a. 1594 (HC III 51, IV 47; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. XCIV; Wodka 121).

[3] *Cf. decretum Sacrae Congregationis Concilii de litteris Germanico Malaspina dandis de 23 VII 1592, ASCC LD 7 f. 58.*

[1] *Anna Iagellonica.*

[2] *Brevia Clementis VIII ad Sigismundum III, Annam Iagellonicam, card. Georgium Radziwiłł, Hieronymum Rozrażewski, epum Cuiaviensem, Andream Opaliński, marescalcum Regni, et Ioannem Tarnowski, vicecancellarium Regni, Romae 25 VII 1592, ASV Arm. XLIV 37 f. 260–261v, min., ASV F. Borgh. IV 224 f. 20–21v, cop.; originale brevis ad card. Radziwiłł scripti in AGAD Dok. Perg. 8008 asservatur; breve Hieronymo Rozrażewski datum ed. Czaplewski n. 1084 p. 419.*

[3] *Bartholomaeus Powsiński.*

[4] *Vide N. 43 ann. 3.*

[5] *Valentinus Powsiński, aurifex Cracoviensis.*

nere da S.M^{tà} anco altra sorte di gracie, et V.S.R^{ma} l'haverà in ogni occasione a favorire gagliardamenti.

Se le mandano alcune copie d'indulgenze concesse da N.S. agl'alumni de' seminarii suoi et d'altri, quali haverà ella a distribuire conforme al bisogno.

S.S^{tà} ha veduto quel ch'ella scrive di Monaco[6] et l'aviso della partita sua di là, aspettarà [d'^{b}]intendere il passaggio per Vienna et l'arrivo a Craccovia. Né restando altro per hora, finisco baciandole la mano et pregandole ogn'vera felicità.

[a] Bartolomeo *reg. 2* [b] *deest, suppletum ex reg. 2*

N. 78

Claudius Acquaviva, praepositus generalis Societatis Iesu, Maximiliano de Pernštejn

[Romae], 25 VII 1592

Litteras eius adventum Pragam nuntiantes se recepisse significat. Optat ei, ut iter in Poloniam et reditus Romam felicem exitum habeant.

***Reg.**: ARSI Epp. NN. 2 f. 21, s.l., ante textum in margine inscriptio cursualis:* Polonia, *infra:* complimento del viaggio.

Mi sono consolato molto con la lettera di V.S.Illma per haver inteso il felice viaggio c'ha havuto di qua sino a Praga, voglio sperare nella Divina Bontà che migliore sia per haverlo da Praga a Polonia[a]. Noi non mancaremo raccomandarla nelle nostre orationi, acciò N.S. l'accompagni sempre con sue sante gratie et protettione et la reduca a Roma con[b] molta salute et prosperità. Né occorrendomi altro me offero a V.S.Illma con molta bona volontà.

[a] *sequitur expunctum* et non, per il che [b] *sequitur expunctum* ogni

N. 79

Germanicus Malaspina Petro Aldobrandini

Cracoviae, 26 VII 1592

Eum certiorem facit de suo Cracoviam adventu audientiaque sibi a Sigis-

---

[6] *Vide N. 67.*

mundo III rege atque Anna Austriaca regina concessa, de machinationibus Ioannis Zamoyski cancellarii et adhaerentium ei contra regem directis, de conatibus eorum card. Georgium Radziwiłł episcopatu Cracoviensi privandi, de incepto suo cupidos rerum novarum in propositis eorum impediendi, necnon de periculo pestilentiae, quae latius emanaverit, imminente.

Or.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 19-19v, dorsum f. 24v.
Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 16v-17, ubi dies 22 iulii est ascripta. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 21-22v, ubi dies 22 iulii est ascripta. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 20v-21v. — 4. ASV F. Pio 133 f. 94-94v.

Ps. Suum consilium card. Georgii Radziwiłł Romam mittendi explicat.

C.: 1. BAV Chigi M III 64 f. 34–37, ubi dies 15 septembris est ascripta, in f. 37v manu Matthaei Argenti: Dicifrato 3 ottobre in Roma. Non ne tenni copia, perché il sig. Cint[i]o[1] mi disse che la dicifri subito, perché si doveva far la cong[regation[a]]e, che ci torn[ò[b]] da Fraschati a 3 hore[c] di notte. — *2. BAV Chigi M III 64 f. 38–40, in f. 38 dies 19 septembris est ascripta; in f. 41v dies 15 septembris est addita, alia manu:* Dupplicato, *manu Matthaei Argenti:* restituito 29 detto.

***Dec.**: ASV F. Borgh. III 96 D f. 73–74v, dorsum f. 75v.*

***Reg.**: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 3v–5, in praescriptione:* Cifra.

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 38–41. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 61v–67. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 54v–60. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 14v–17. — 5. ASV F. Pio 133 f. 111v–114.

Nota: Mentione de his litteris in N. 119 p. 198 obvia confirmatur datum (die 6 septembris) ex dec. et reg. coniectum.

Insin hora nel promovere il benefitio di questo re et regno son andato edificando sopra il sequente fondamento, cioè che S.M[tà] fosse risoluta di non partire. Onde n'è avenuto che havendo io la sopradetta massima per vera, ho reprobato ciò che da l'ordine ecclesiastico m'era stato detto in questo proposito et tutto quello che li adherenti al cancelliero hanno tentato et tentano; et ho cercato de persuadere che sapendo alcuni che la partita di S.M[tà] sarebbe l'ultima ruina di questo regno, l'hanno però procurato, inventando ch'il re habbia senso di abbandonare il Regno, conoscendo ben loro che non solo l'effetto et essecutione della publicata loro voce[d], ma etiamdio la fama semplice è sufficciente a svegliare le pratiche et passioni antiche. Ma havendo io hieri, fra l'altre cose, tenuto propo-

[1] *Cinthius Aldobrandini.*

sito di questo punto con la M^tà S., significandole che da l'havere S.M^tà procurata di estorquere doi altri decreti, oltre il primo, dalli senatori circa il potersi partire era nata suspitione che tuttavia perseverasse ne la prima sua intentione de non inclinare a fermarsi qua, tanto più che l'ultimo decreto fu decretato del mese di maggio et sottoscritto da pochi senatori[2], et respondendomi S.M^tà che haveva procurato l'ultimo decreto per levare la clausula contenuta nelli altri, cioè che non potesse partire se non in caso che morisse il re suo padre[3], et che li Polacchi volevano che lui per guadagnare questo regno perdesse l'hereditario, cominciai a dubitare che tuttavia perseverasse ne l'antica sua opinione, tanto più che se bene io cercai con ogni industria de suaderlo a fermarsi con efficaci argomenti, tuttavia non hebbi risposta alcuna.

Ma non volendo fidarmi del parer mio, volsi communicare quanto S.M^tà haveva passata meco con il sig. cardinale Razvil; et in effetto scopersi che S.S.Illma haveva ritrovato il re titubante circa il stare et l'andare, et che tanto dice forsi di fermarsi, quanto le mette conto per poterlo fare con utile et sodisfatio[ne^e] sua. Anzi S.S.Illma me sogionse ch'il maresciallo, suo frattello[4], haveva pronosticato al re che tenendo la forma di procedere c'ha tenuto sin hora, coreva pericolo de perdere uno et l'altro regno, dicendo in modo de burla che S.M^tà sapendo depingere, se n'harebbe poi potuto depingere uno a suo modo.

Ho poi inteso da parte assai sicura come il cancelliero per mezzo d'una persona spirituale fece già, alcune settimane sono, intendere a S.M^tà che se ella voleva assicurarlo de non volere ^f-abbandonare il Regno et dare la persona del detto canceliero in mano delli Austriaci-^f, che s'obligava d'oprare in modo che se sarebbon sopite tutte l'altre cose ch'il Regno pretende contra la M^tà S.; et l'huomo mandato non riportò alcuna risposta, de modo che anco per questo capo se fa coniettura della voluntà del re.

Mi è parso di dare parte di questo a V.S.Illma perché lo communichi con N.S., acciò S.B^ne, la quale meglio d'ognuno sa le consequentie pernitiose che son annesse alla sopradetta intentione del re (le quali io per questo non scrivo), possi per tempo ordinarmi nel modo ch'in ogni accidente me devo governare. In questo mentre se terà da me et dal sig. cardinale secreto tutto quello ch'habbiamo penetrato, acciò la dieta habbi, se sarà mai possibile, felice esito, ché altrimenti andarebbe sottosopra ogni cosa et se farebbe il gioco del canceliero, o vero il Turcho[5] ve metterebbe le mani, intendendosi massime ch'il Transilva-

---

[2] *Quamquam iuxta pacta conventa Sigismundo III in Sueciam discedere comitiis solum consentientibus licebat (VL II 247), tamen post electionem ab aliquot senatoribus promissum obtinuit sese sine impedimento in terram patriam visitandi causa futuro tempore conferre posse. Pro hac re ordinanda rex apud senatores m. ianuario a. 1591 operam frustra navabat; in cautione etiam sua die 10 V 1592 una cum responso legatis conventus Lublinensis dato interposita flagitabat, ut quaestio illa in proxime futuris comitiis solveretur (Lepszy: Rzeczpospolita 262, 343, 397).*

[3] *Ioannes III Vasa.*

[4] *Albertus Radziwiłł.*

[5] *Muradus III imperator.*

no[6] ha[g] genti. Nel resto attenderò a negotiare più cautamente che sarà possibile, et cercarò destramente ch'il re, o per mezzo del sig. cardinale, mandandolo a Roma a posta, o per altro mezzo, communichi a S.B[ne] sola i suoi pensieri. Et questo procurarò per evitare scisma et infiniti altri inconvenienti, et acciò dalla communicatione possi S.S[tà] darle salutari documenti et farle conoscere il ben suo.

S.M[tà] dopo si lamentò meco assai acremente del modo de procedere che tiene seco il cardinale Battorio, et me diede la scrittura che mando con questa mia[7], acciò l'inviasse a N.S. et suplicassi la S[tà] S. che se compiacesse de legerla. Mi parve ancora di toccare destramente a S.M[tà] delli tre punti contenuti nella propositione fatta da lei a li conventi privati, dalli quali [si[h]] è tenuto aggravato lo stato ecclesiastico, come scrisse[i] nelle mie delli 31[j] *[s]* d'agosto[8], delle quali ne mandai il duplicato. Et la M[tà] S. mi disse che mi potevo assicurare che non verebbe ad essecutione alcuna senza il consenso et sodisffatione delli vescovi; et quanto al particulare de casa d'Austria, che forsi non se ne sarebbe parlato nelli comitii.

Mi domandò poi che cosa io credevo della dieta. Io le disse[k] c'harei desiderato che S.M[tà] havesse potuta restare vitoriosa et resentirsi contra quelli che l'hanno inquietata, ma che dubitavo che non harebbe potuto fare né l'uno né l'altro assolutamente per mezzo della via regia, et che però, a mio parere, doveva al fine venire a uno de doi inconvenienti: o a dissimulare le ingiurie receute dal canceliero et suoi seguaci, o non volendo far questo, patire che le sia coartata l'autorità maggiormente de quello che sia stato in uso de far con li[l] suoi antecessori; et ch'io collationando insieme l'uno con l'altro, tenevo per peggio l'innovatione del restringimento di autorità per la reputatione ch'il dissimulare a tempo l'ingiuria receuta o perdonarla, essendo atto de virtù et voluntario, et l'altro de diretto contra la ragione di stato, quale insegna[m] che li dominii, et particularmente li elettivi, si reggono in buona parte con l'autorità et reputatione. Me replicò la M[tà] S. ch'egli non se curava che lo restringessero come a loro pareva, nondimeno dimostrò di restare suspeso et di volervi pensare sopra, et credo ch'in secreto desideri che se trovi qualche temperamento che sia con reputatione sua, se bene altri dubitano che la M[tà] S. non s'aiuti, ma lasci correre la piena acciò vadi tant'oltre che habbi pretesto di potere partire, attribuendo la colpa ad altri.

Postscritta. Se S.S[tà] giudicarà essere a proposito ciò che ho scritto circa la persona del sig. cardinal Razvile, potrà la B[ne] S. inviarmi un breve nel quale lo chiami a Roma, perché quando partisse senza tal pretesto, partorirebbe contrario effetto da quello che noi desideriamo.

---

[6] *Sigismundus Báthory princeps.*

[7] *Hic agitur verisimiliter de scripto card. Andreae Báthory in conventu particulari palatinatus Cracoviensis in Proszowice convocato lecto, vide N. 96 ann. 3.*

[8] *Vide N. 107 p. 176-177.*

[a] *solutio abbreviationis incerta* [b] *lectio incerta* [c] *correctioni subiectum* [d] volontà *dec.* [e] *omissum* [f-f] *fragmentum subducta linea atque adeo lineis in margine ductis signatum* [g] fa *(correctum ex* ha*) reg.* [h] *deest c. 1, c. 2, dec., suprascriptum reg.* [i] *sic c. 1 pro* scrissi [j] 28 *reg.* [k] *sic c. 1 pro* dissi [l] *subducta linea notatum* [m] *sic c. 2, reg.;* inggna *c. 1, dec.*

N. 116

Oratio Germanici Malaspina ad episcopos Polonos habita

[Varsaviae, prope ante 7 IX] 1592

Magnis cum laudibus admirationem suam erga Regnum Poloniae exprimit, quod fidei catholicae inimicis undique paene circumdatum fortitudine atque pietate multitudinis virorum suorum antemurale totius mundi christiani sit. Ad huius regni longam prosperitatem imprimis valuisse gratiam atque auctoritatem sacerdotibus praestitam, necnon res sacras saecularibus a maioribus semper praepositas. Religionem christianam ab episcopis Italicis in Poloniam illatam pia deinde opera episcoporum Polonorum sanctitate morum excellentium maximaque reverentia omnium cultorum floruisse. Reges etiam et duces Poloniae, quorum nemo „haereticus" fuerit, pietate integritateque vitae multos superavisse, ut pius ille Vladislaus Iagello rex, qui fertur dogmata atque praecepta verae religionis Vilnae ipse docuisse temporibus fidei christianae in Lithuaniam introducendae et regnum Bohemiae ei ab „haereticis" oblatum recusavisse. Reges aliarum gentium fidem catholicam a maioribus traditam saepe amisisse, quod Polonos numquam fecisse. Eo magis se dolere rebus nunc in Polonia mutatis, scilicet rerum sacrarum auctoritatisque Ecclesiae contemptu, discordiis et nimia diligentia rebus saecularibus data. Itaque summum pontificem Clementem VIII, amore paterno singulari erga Polonos ductum, bonum fidei catholicae, Sigismundi III regis et totius Regni suae curae commisisse. Necesse esse episcopos Polonos, oboedientia summo pontifici vinctos, in proxime futuris comitiis concorditer unanimiterque agere, ut maiestas regia Sigismundi III, concordia et pax intestina servetur et firmetur. Eis praeterea commendat, ut comitiis clausis exemplum summi pontificis sequentes ad visitationem dioecesium eorum accedant.

Reg.: *B. Vallic. L 18 f. 181–184v, 188 (folia 185–187 omissa), s.l., s.d.d., s.d.m., titulus:* Ad Poloniae Regni episcopos et ad alios Polonos oratio 1592.

Nota: *Ex parte prope postrema huius orationis conici potest eam paulo ante habitam esse, quam comitia inquisitionis die 7 septembris haberi coepta sunt. Verisimile videtur nuntium eam apud episcopos congregatos habuisse, qui in N. 119 p. 199 commemorantur.*

Nobilissimum hoc Poloniae Regnum idemque opulentissimum atque potentissimum mecum ipse cogitatione cum amplector, R^mi^ Patres, omnibus sensibus meis merito consentientibus gratulari multum vobis debere censeo, siquidem

fortissimis viris et animosis pietate eximia praedictis abundans, undique fere ferocissimis gentibus cum cingatur, partim ab Ecclesiae communione disociatis, partim apertis et capitalibus christiani nominis hostibus in hoc confinio tanquam in communi quadam arce et propugnaculo ad sustinendam et propulsandam barbarorum immanitatem et ad agendas perpetuas pro christianis omnibus excubias divino consilio ad Dei gloriam Polonorumque virtutis laudem fuisse constitutos pro certo semper habui, ut eorundem Polonorum virtute essent caeteri omnes tuti; quod olim non obscure significabatur inter Missarum solemnia a nobilibus Polonis, dum Sacrum Evangelium recitaretur, strictis cum gladiis astantibus atque se pro catholica fide et christiana religione ad sanguinem effundendum usque ad interitum paratos se esse profitentibus.

Diu vero quod tale regnum floruisset, eo praesertim nomine factum esse putavi, quia maiores vestri nobilissimi quique inter se fuere in rebus agendis, in comunibus[a] totius reipublicae commodis consulendo, ecclesiasticis hominibus ex parte rempublicam ipsam praecipue administrantibus coniuncti, cum sacra prophanis praeesse debeant, quemadmodum terrena videmus a coelestibus regi eorumque infima a supremis, quin orbes supremi quo sunt propinquiores orbi omnium summo, eo minus ab eius motione recedunt minimoque intervallo in diversam partem volvuntur; quodsi licet, quae Deo maxime similiter apropinquant sacris Eius motionibus, quae per sacerdotes in humanum genus derivantur, prae cunctis aliis subiecta existant[b]; quocirca Poloni hac parte in primis excelluerunt et prae reliquis gentibus sacerdotum praesulumque sacrorum primas esse volverunt, ex quo utilitatem Polonorum respublica sacra prophanis praeferendo maximam consecuta est. Quod non obscure ipsi[b] Poloni cum intelligerent, ad Ioannem pontificem XIII[1] non temere olim[b] legatos miserunt[2], ut ab ea Ecclesia, quae caeterarum omnium mater atque magistra est, christiane vivendi leges acciperent et ex eo fonte haurirent, unde nihil non purum atque incorruptum hauriri potest. Quare pontifex misit Italorum episcoporum idoneum numerum, a quibus regi et quae sibi credenda quaeque facienda essent, accuratius cognoscere Poloni possent. Qui episcopi[b] primi novellas illas ac teneras nuper in horto Christi depactas et consitas plantas copiosis sanctorum praeceptorum imbribus ita irrigarunt, ut maximi fructus affluxerint, cum Dei verbum inane redire nunquam soleat. Atque inde Dei cultus atque religio eo pervenit, ut ex episcopis Polonis alii in divorum numerum relati fuerint, alii mira sanctitatis exempla posteris reliquerint regnumque ipsum atque respublicam vere floruerint. Quid enim non fecerunt? Quae quantaque illi passi sunt, ut in dies magis augeretur christiana pietas latiusque propagaretur sancta religio, ut divus Albertus[3], divus Stanislaus[4] et alii? Quapropter iure colebantur omni observantiae genere ab

---

[1] *Ioannes XIII, ob. 6 IX 972, summus pontifex a 1 X 965.*

[2] *Sermo est de legatis Mesconis I ducis Romam missis, qui effecerunt Iordanum primum epum missionarium a. 968 in Poloniam ablegatum esse.*

[3] *Adalbertus (Voitechus), ca 955 - 23 IV 997, epus Pragensis ab a. 983, canonizatus a. 999.*

[4] *Stanislaus, ca 1039 - 11 IV 1079, in pago Szczepanów natus, epus Cracoviensis ab a. 1072,*

omnibus; immo etiam aliorum episcoporum pro tempore existentium, ut optime docent historiae a Polonis hominibus conscriptae, maxima fuit auctoritas, quae ab illorum pietate vitaeque sanctitate proficiscebatur. Siquidem dignitas tanta fuit, ut cum ad aulas principum venirent episcopi (veniebant autem rarius, nec tam sua suorumve quam publicae utilitatis gratia), de via illis decedebatur, assurgebatur omnisque honos haberi solebat, et quasi numinibus quibusdam tantum non ad genua procumbebatur ab ipsis etiam principibus. Porro in consiliis de republica, in iudiciis, in defendendis atque iudicandis bonis et hominibus ecclesiasticis pupillisque, denique in admonendis et corrigendis non modo infimis et mediocribus, verum etiam primoribus liberae erant illorum sententiae; non inhibebat vocem accepti beneficii memoria, non spes futuri, ita ut non solum apud nobilissimos quosque, sed etiam apud reges ipsos summa in existimatione essent, quod quidem in maxima Regni foelicitate poni debet.

Cum altera ex parte ad eandem pertinere videatur habuisse semper reges catholicos summa fide atque sanctimonia praeditos, quod prae caeteris Poloniae Regno contigisse palam est, nam tanto temporis spatio neque dux, neque princeps, neque rex ullus unquam haereticus extitit; immo haereses et haereticos ipsos ita detestati sunt Poloniae reges, ut quondam reperti fuerint, qui ipsa regna sponte oblata repudiaverint, ne viderentur inanem et falsam religionem fovere. Quo quidem in loco praeterire silentio non possum Wladislaum, illum regem praestantissimum Polonorum[5], qui cum Vilnae ab eo essent necati serpentes lucique succisi, quos gens illa aliquando inani quadam religionis opinione colebat, aliquot diebus christianae fidei dogmata, quae symbolum et Dominicam[c] orationem vocamus[d], ipsemet docuit, pioque rege nullum laborem subterfugiente christianis mysteriis de more illa initiata fuit[6]. Nec omittam ab eodem Bohemiae regnum fuisse recusatum, cum offerretur sibi apud haereticos regnare, religiosum esse asserente[7].

Illudque vero in primis insigne huius Polonici Regni est, quod ex quo Poloni Christo se primum devovere, illius aut duces aut principes a catholica pietate nunquam deflexerunt. Inter Ungaricos reges Ladislaus Chunnus[8] a Christi cultu defecit, inter Bohemos Gregorius *[s]* Podebrachius[9]; Danicos, Sueticos (ut omittamus antiqua) videmus Lutheranorum decretis adhaesisse, idem contigit Angli-

---

sanctorum numero a. 1253 ascriptus.

[5] *Vladislaus II Iagello, ca 1351 - 1 VI 1434, magnus dux Lithuaniae annis 1377-1401, postea Lithuaniae princeps supremus, rex Poloniae ab a. 1386.*

[6] *Sermo est de actionibus ad fidem christianam in Lithuaniam introducendam pertinentibus a. 1387 ineunte inchoatis (Zahajkiewicz 39 sqq.).*

[7] *Quamquam Vladislaus II rex condicionem regni Bohemiae obtinendi ab Hussitis sibi a. 1420 oblatam haesitans reiecit, saltem usque ad suum cum Sigismundo Luxemburgensi, tum Romanorum rege, Setoviae (Kežmarok) a. 1423 congressum eis favebat (Nowak 341 sqq.).*

[8] *Vladislaus IV Cumanus (Kun), ob. 1290, rex Hungariae ab a. 1272; initio regni sui multos Cumanos, homines vagos origine Turcicos, in comitatu suo habebat, quorum exemplo cultum paganum sequi cepit (Felczak 50).*

[9] *Georgius de Poděbrady, 1420-1471, rex Bohemiae ab a. 1458, utraquistarum sectator.*

cis et forsan Scoticis. In Gallis Chilpericus[10] Sabellianus[11] factus fuit, quamvis hic non toti Galliae praefuerit, neque illum nobis Galliarum regibus adnumerare soleamus. In Hispanis a principio Visigotthi Arriani fuerunt[12], in Imperio Romano sive orientali sive occidentali scimus olim nonnullos fuisse haereticos. Omnium igitur nationum reges, quorum nobis eventa sint perspecta et scriptis memoriaeque posterorum prodita, abiecerunt aliquando Christi religionem a patribus traditam (non loquimur de regnis, quae sint a christianis principibus fundata, quale verbi gratia Lusitanicum, Germanicum aut aliud eiusmodi); soli hoc Poloni iure vendicare sibi videntur, ut eorum reges ac duces in eodem religionis sensu hucusque perstiterint, ex quo primum cum suis populis Christum sequuti sunt, annos sexcentos viginti duos[13]. Foelix vere Regnum, beata Polonorum respublica poterat appellari.

Sed [e]quanta rerum mutatio consecuta![e] Hisce tempestatibus miserrimis cur fit, ut religio nutet et parvifiat! Ecclesiastica dignitas pessundata iaceat! Impietas triunphet atque exultet, animorum vero coniunctio ex his regionibus ita exulaverit, ut etiam in illis, in quibus maxima esse deberet, non appareat! Hoc quidem a me cogitari sine maximo dolore ac lachrymis non potest. Nemo, R[mi] Patres, laeditur, nisi a se ipso. Conversus est rerum ordo, ita ut sacris praeponantur prophana, et hinc multa mala emanant. Proponite vobis, quaeso, ante oculos, si sine moerore maximo potestis, tempus illud[f] summi pontificis Ioannis XIII et aliorum subsequentium; immo si idem ipse hodie viveret, illius animi laetitia quantum in dolorem commutaretur, quantas effunderet lachrymas beatissimus ille pater? Nonne diceret: ubi fructus ex plantis a me consitis? Ecce vinea, quae, dum expecto, ut uvas ferat, lambruscas iam illa tulit.

Verum enimvero summus pontifex hodie nobis datus est non Io[annes], sed Clemens VIII, qui Polonicus apostolus appellari potest, sicut Gregorius[14] Anglicus alias appellatus est; quique cum vos tanto prosequatur amore, cui tam cari vos estis, qui has oras vestras, negocia rempublicamque omnem paterno affectu cognovit, dum in hoc regno morabatur[15], ut non sine divino numine his temporibus ad pontificatus apicem evectus esse videatur, quo rebus Polonorum auxilium ferat, iacentes erigat, egenos sublevet, pietatem, religionem divinumque

---

[10] *Chilpericus I, 539–584, rex Francorum in Neustria ab a. 561 regnans, auctor quoque dissertationum de theologia trinitaria falsas aestimatarum.*

[11] *Sabelliani, sectatores doctrinae Sabelli, haeresiarchae ex Cyrenaica oriundi, qui saeculis II exeunte et III ineunte spirabat et praedicabat Deum tripliciter agentem unitum esse.*

[12] *Arii haeresiarchae (ob. 336) praecepta a regibus Visigothorum accepta Recaredo I regnante (586–601), qui fidem catholicam est amplexus, reiecta sunt (Jan Szymusiak, EK I col. 915, 920).*

[13] *Itaque secundum Germanicum Malaspina Mesco I dux a. 970 et non, ut communis fert opinio, a. 966 baptizatus est.*

[14] *Gregorius I Magnus, ca 540 – 12 III 604, summus pontifex a 3 IX 590, cuius impulsu Benedictini (Augustini, abbatis monasterii ad ecclesiam S. Andreae ad Clivum Scauri Romae et futuri aepi Cantuariensis, ductu) missioni sacrae in Anglia a. 597 initium dederunt (Henryk Fros, EK I col. 1115).*

[15] *Tempore legationis suae in Polonia annis 1588–1589 expletae.*

cultum revocet et totum denique Poloniae Regnum salvum esse velit. Idemque in memoriam vobis revocat, ut non tam episcopi quam nobiles equites se quasi sacris initiatos esse putent. Immo sicut Poloni divinis privilegiis praeter caeteras omnes nationes fuerunt a Deo ornati, ita caeteros populos pietate et animorum coniunctione praestare eos debere confirmat. [g-]Id vero patet[-g] ex eo tempore, quo praescriptum est Polonis omnibus a pontifice maximo Benedicto VIII[16] vel a Clemente II[17], ut in morem monachorum rotunda capillorum tonsura uterentur, nec infra auriculas quisquam omnino comam promitteret; festis solemnibus, dum sacra peraguntur, ut singuli equites fasciam lineam candidam in modum stolae, qua in sacris utuntur sacerdotes atque diaconi, e collo suspensam ferrent, ob beneficium et votum Cazimiro[18] monacho et diacono relaxatum[b], qui ordinis et sacramenti religione solutus ad maiorum suorum regnum redivit, ut uxorem[19] duceret, liberos procrearet, Regnumque regem talem haberet, quasique dictis sacris initiati Poloni viderentur. Sed revertamur ad pontificem maximum Clementem VIII, quem quidem si loquentem audivissetis, lachrymas aegre continere potuissetis, cum tanto studio tam ex intimo animo mihi mandaverit, ut nihil non faciam, nihil intentatum relinquam, ut regnum hoc eam retineat pietatem quam maiores Poloni tanti semper fecere, ut nunc cum maxime Ecclesiae cultus vigeat, ut maxima sit episcoporum ad Dei causam promovendam inter se coniunctio, ut denique Sigismundus rex Regnumque servetur incolume, sicut sanctus ille pater benedicendo optat.

Quapropter, Patres Optimi, ad vos spectat verbo et exemplo S.D[ni] N., qui semper maximi fecit et facit pietatem, prudentiam et doctrinam vestram, voluntati obsequi, R.M[ti] in his proxime futuris comitiis ita inservientes, ut regia observantia Regia colatur M[tas]. Qui quidem rex cum sit pius, prudens, benevolus et S.D[no] N. charissimus, debemus pro illius incolumitate ad Deum optimum maximum preces ex animo effundere, ut voti compotes fieri possimus; quod certe erit, si ii[b], qui sunt in hac republica principes, privatis commodis postpositis concordiae totius reipublicae studeant et animorum coniunctione facta caeteris civibus exempla praebeant. Quae omnia ut facilius praestentur, R[mi] Patres, saepius recogitate ad beatissimum corpus sanctissimi episcopi Stanislai, generis vestri, quod cum in varias esset dissectum partes et huc illucque proiectum, non

---

[16] *Benedictus VIII (Theophilactus ex comitibus de Tuscolo), ob. 9 IV 1024, summus pontifex a 18 V 1012; hoc tamen loco per errorem nominatus, agitur enim de Benedicto IX, propinquo eius, pontifice maximo annis 1032–1044, insuper 10 IV – 1 V 1045 et 8 XI 1047 – 17 VII 1048.*

[17] *Clemens II (Suitgerus de Morsleben-Hornburg), ob. 9 X 1047, summus pontifex a 24 XII 1046.*

[18] *Casimirus I Carolus Restaurator (Monachus), 25 VII 1016 – 28 XI 1058, dux Poloniae ab a. 1034, cuius reditum de exsilio (prob. a. 1039) et regni Poloniae susceptionem traditio, quae ex saeculo XIII originem ducit, dispensationi pontificiae a votis professionis religiosae his condicionibus concessae, „quarum effectus saeculo XIII apparuerunt", attribuit (Benedykt Zientara, Poczet 43).*

[19] *Dobronega Maria, ob. 1087, filia Vladimiri Magni, magni ducis Kioviensis, Casimiro I duci ca a. 1041/1042 nupsit.*

sine divino numine iuncta sunt membra, ut optime nostis, et corpus integrum restitutum[20], ut nimirum addiscerent alii futuri episcopi, quam deceat illos esse inter se coniunctos ad Dei causam et regni huius promovendam concordiae et paci praesertim operam dantes, cum eadem parva crescere, discordia vero maxima dilabi soleant.

Postremo cum S.D[nus] N. quamvis onere totius orbis oppressus, tamen nec orandi, nec sacrificandi, nec decernendi curam omittit, immo sicut oculis videndo ipse suis ecclesiasticarum personarum mores corrigit, errantes in rectam semitam reducit et animarum saluti consulendo nunquam defatigatur, sic vos, Patres Optimi, (his comitiis foeliciter Deo iuvante confectis) dioecesim quisque[b] suam diligenter invisentes exemplum et vestigia tanti pastoris pro viribus imitamini et sequimini[h], quo tanto capite digna membra reperiri possitis, ne quis de comisso sibi grege custodis negligentia depereat, cum absente pastore vix ullus ovium usus existere soleat. Ad quae praestanda vos rogo atque obtestor, ut unusquisque vestrum repertus super pauca fidelis a Domino super multa constituatur. Dixi.

[a] *sequitur expunctum* que [b] *suprascriptum* [c] *correctum ex* Dominicale[m] [d] *sequitur expunctum* eandem [e-e] *supra versum et in margine ascriptum* [f] *sequitur expunctum* prae[dic]ti [g-g] *ascriptum supra expunctum* nam [h] sequamini *reg.*

N. 117

Memoriale Germanici Malaspina de causis tumultuum in Polonia

[Varsaviae, ca 7 IX 1592]

Opinionem exponit et fusius illustrat unam de causis tumultuum in Polonia controversiam esse inter cardinales Georgium Radziwiłł et Andream Báthory de episcopatu Cracoviensi, alteram vero esse positam in suspicione electionis Sigismundi Vasa fautorum, qui eum in conventibus privatis consulto edictis accusavissent, quasi regnum relinquere intenderet modo constitutionibus Regni contrario; qui etiam indignati sint illum benevolentiam factioni tempore suae electionis adversae ostendisse. Concludit summum pontificem numero adversariorum regis crescente, comitiis appropinquantibus se nuntium apostolicum in Polonia nominavisse.

Conc.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 28–28v, manu Malaspinae, titulus: Instruttione per mons. Ill[mo] et R[mo] [a], *in dorso (f. 33v) alia manu:* Instruttione del nuntio per le discordie tra 'l re[b] e 'l senato.

---

[20] *Fabula de membris corporis epi Stanislai truncatis et iterum inter se miraculose coniunctis hagiographorum descriptionibus vitae eius a temporibus magistri Vincentii, Kadlubek dicti, inserta erat (Plezia 350 sqq.).*

Nota: Datum verisimile conicitur ex mentione in parte postrema scripti obvia, ubi legimus senatores quosdam armatos venisse, ut comitiis, quae die 7 septembris haberi coepta sunt, adessent.

Eranno fomentate le sopradette discordie dalli dispareri nati tra li Ill^mi^ cardinali Razivil et Batt[ori] per conto del vescovato di Cracovia; et di modo si laceravanno insieme che[c] ne nasceva scandalo[d] di molta qualità. Né vi mancavano di quelli che più tosto giongevano legne al fuoco per accendere meglio le sopradette zizanie che cercassero di levarle per estinguerlo.

Tutte le discordie domestiche[e], esterne pratiche[e], diverse fationi et alienatione d'animo da questo Ser^mo^ re che erano in questo Regno di Polonia, [f-]et hora resta tuttavia qualche residuo[-f], hanno[g] havuto il primo loro principio da una suspitione conceputa da coloro che havevono promosso S.M^tà^ a questo regno et si eranno opposti alla Ser^ma^ casa d'Austria[1] che la M^tà^ S. non solo non havesse intentione di ritenere il Regno, ma di lasciarlo con modi alieni dalle constitutioni del Regno et libertà d'esso[2]. Per il che havendo così honesto pretesto di resentirsi contro la M^tà^ S. et renderla odiosa a la moltitudine, [h-]tenero mano questi tali che si[-h] facessero alcuni conventi particulari[3], ne' quali[i] [h-]se bene non si poté provare[j] che S.M^tà^ havesse havuto animo di vendere il Regno, constava[k] però che haveva voluto lasciarlo; onde non potendo[l] convincere il re de peccato contra la patria[-h], conclusero molte cose, le quali di modo coarttavano l'auttorità regia della M^tà^ S. che pareva quasi che quando quelle cose [m-]si fossero[-m] poste in atto prattico, che la M^tà^ S. fosse[n] necessitata ad[o] abbandonare il Regno. Questo rispetto publico era poi fomentato da disgusti particulari, perché[p] coloro che havevono aiutato le parti di questa M^tà^ acciò fosse eletta re, essendo nel principio constituiti dal re come direttorii di ogni negotio et de tutte le attioni della M^tà^ S., vedendosi in un tratto muttate le carte[q] in mano et voltarsi li favori a quella parte che era stata contraria a S.M^tà^ ne la elettione, si confirmavano maggiormente nella loro opinione che S.M^tà^ non[r] havesse animo a ritenere il Regno, et le dispiaceva[s] che la parte adversa fosse fomentata et si facesse più forte mediante la gratia del re.

Hora, mentre il fuoco si andava accendendo et che pareva che l'incendio d'esso dovesse apportare l'ultima ruina al Regno et a questo Ser^mo^ re, instando massime la dieta, nella quale alcuni senatori comparirno armati[t] et publicamente si[u] diceva[v] che non volevanno ricognoscere la M^tà^ S. per re, la S^tà^ di N.S. destinò qua la persona mia.

[a] *sequitur expunctum* nontio [b] *sequitur expunctum* [Ra]dzivil et Battori per il vescovato di Cracovia [c] *sequitur expunctum* passava [d] scandali *conc.* [e] *sequitur expunctum* et [f-f] *ascriptum supra expunctum* havevono per fondamento [g] *ascriptum supra expunctum* havevo-

---

[1] *Sermo est de Ioanne Zamoyski cancellario et ei adhaerentibus.*

[2] *Scilicet post pactum cum Ernesto archiduce de regni cessione factum ad effectum adductum.*

[3] *Vide N. 82 ann. 4.*

no [h-h] *suprascriptum* [i] *sequitur expunctum* furno [j] *sequitur expunctum* convincere [k] *ascriptum supra expunctum* si sapeva [l] *sequitur expunctum* escludere [m-m] *ascriptum supra expunctum* havessero havuto [n] *ascriptum supra expunctum* era [o] *sequitur expunctum* lasciare [p] *sequitur expunctum* quella fat[ione] [q] carti *conc.* [r] *sequitur expunctum* vole[sse] [s] *sequitur expunctum* di non po[co] [t] *sequitur expunctum* la S[tà] di N.S. [u] *suprascriptum* [v] *sequitur expunctum* di non

N. 118

Germanicus Malaspina Petro Aldobrandini

Varsaviae, 9 IX 1592

Certiorem eum facit se valetudine infirma affectum esse; litteras cifratas adiungere; comitia probabiliter conclusum iri sine ullo decreto facto; Sigismundum III regem in difficultatibus versari.

Ps. Excusat se, quod negotiis expediendis hoc tempore actuose interesse non possit.

Or.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 78, in dorso (f. 83v) alia manu: Ricevuta li 29 di ottobre '92.

***Reg.**: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 7, s.l., ubi dies 10 septembris est ascripta.*

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 44-44v. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 73v-74v. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 65-65v. — 4. ASV F. Pio 133 f. 116-116v.

Dominica prossima passata[1], [a-]che fu il giorno avanti che si desse principio alli comitii[-a], mentre io ero in chiesa, fui[b] sovragiunto da una febre terzana doppia[c] con dolori di fianco[d], che m'hanno [e-]non poco dipoi travagliato[-e] et travagliano tuttavia. Et se bene per ritrovarmi in tale stato non ho potuto servire in quel modo che haverei desiderato, nientedimeno non son[f] restato di dare audienza et far quanto ho potuto perché non pata il servitio publico.

Li particolari che corrono qui V.S.Illma l'intenderà dall'inclusa cifra[2]. Onde non mi resta che dirle altro se non che si va ogn'hora più accrescendo il dubbio della dissolutione della dieta, et che 'l re è ridotto a due estremi: o che comporti che contra le leggi e statuti si faccia prima l'inquisitione, o che non vadino più avanti li commitii et si partano i senatori et nuncii terrestri senza determinatione[g] alcuna; et nell'uno et nell'altro caso si diminuirebbe assai della dignità et autorità regia, et si accrescerebbe quella della parte contraria. Et con questo bacio humilmente le mani di V.S.Illma et le prego il compimento de' suoi desiderii.

[Ps.] [h-]V.S.Illma mi farà favore di escusarmi con S.S[tà] se non posso assistere al negotio come vorei; se bene mi pare di sodisfare a tutti li altri qua assai con-

---

[1] *Die 6 septembris.*

[2] *Vide N. 119.*

venientemente, nondimeno non sodisfacio a me stesso. La supplico ancora a impetrarmi la santissima benedittione di N.S.[-h]

[a-a] *deest reg.* [b] *sequitur* per mia mala ventura *reg.* [c] *sequitur* accompagnata *reg.* [d] *sequitur* et altre indispositioni *reg.* [e-e] travagliato di poi sempre *reg.* [f] *suprascriptum* [g] conclusione *reg.* [h-h] *manu propria, deest reg.*

N. 119

Germanicus Malaspina Petro Aldobrandini

Varsaviae, 9 IX 1592

Duplicatum praecedentis epistulae mittit. Significat se Annam Austriacam reginam per patrem Sigismundum Ernhoffer, eius confessarium, petivisse, ut regi persuaderet, quo in Polonia remaneret; cuius responsum affert. Illustrat opinionem episcoporum in congregatione convocata concordatam, quae ad quaestiones communiter inter eos agendi, confoederationis non permittendae, episcopatus Cracoviensis a card. Georgio Radziwiłł retinendi, regis ab eis sustinendi pertinet. Tradit ea, quae Andreas Opaliński, marescalcus supremus Regni, audivisse dicitur de causis irruptionis Turcarum in terras Austriacas. Refert de controversia nuntiorum terrestrium, quae ad ordinem rerum in comitiis disputandarum spectat, de regis hac in re iudicio, necnon de scripto a senatoribus illi fidelibus confecto. Mentionem de Ioanne Zamoyski cancellario facit et communem timorem de comitiorum exitu non celat.

C.: 1. BAV Chigi M III 64 f. 48-50, in f. 51v manu Matthaei Argenti: Dicifrato 29 ottobre. — *2. BAV Chigi M III 64 f. 54-55v, sub textu manu Matthaei Argenti:* Duplicato; riceuto 12.

***Dec.**: 1. ASV F. Borgh. III 96 D f. 84-85v, dorsum f. 87v. — 2. ASV F. Borgh. III 96 D f. 79-81, in dorso (f. 82v) manu Matthaei Argenti:* Dicifrato sotto 29 ottobre et 12 novembre, ricevuto 12 detto.

***Reg.**: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 5v-7, s.l., ascripta est dies 10 septembris, in praescriptione:* in cifra.

***Cop.**: 1. ASV SS Pol. 35 f. 41-44. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 67v-73. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 60-65. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 17-19v. — 5. ASV F. Pio 133 f. 114-116.*

Con le mie precedenti[a] delli 6 del presente[1] ho dato conto a V.S.Illma dell'intentione[a] che teneva il Ser[mo] re intorno al restare in questo regno, et sarà qui alligato il duplicato di esse. Ho dipoi, per un padre giesuita[2], mio antico confi-

---

[1] *Vide N. 115.*

[2] *Sigismundus Ernhoffer (Ernhofer), ca 1547 - 28 V 1597, origine Bavarus, Societatem Iesu die 21 IX 1562 ingressus est, collegio Graecensi et Carolo II archiduci a sacris confessionibus ab*

dente et confessore della regina giovane[a3], fatto parlare et dimostrar alla M[tà] S., con molte ragioni, quanto ella perderebbe di dignità et di reputatione, quando 'l re, suo marito, lasciasse questo regno; et ciò ho fatto affinch'ella gli persuada con maggior efficacia a non partire di qua. Come già m'ha mandato, dicendo che ne ha trattato caldamente et che S.M[tà] le ha promesso di non volere abbandonare questo regno in modo alcuno; ma che ben vuole che sia accommodato un decreto già fatto, et che dove dice che gli sia lecito partire succedendo la morte del padre[4], dica che possa partire per Svetia ogni volta che sarà bisogno per conservatione et stabilimento delle cose di quel regno[5], et che in tal caso sia anco aiutato dai Polacchi, come egli, per accertargli maggiormente del suo ritorno, lascierà qui la sua moglie per ostaggio. Il medemo ha confermato S.M[tà] al sig. cardinal Razvilo, con cui ha ragionato a lungo sopra di ciò[a]. Piaccia a Dio che 'l re persista in questo proposito per maggior quiete della christianità.

Io ho procurato ancora che si faccia una congregatione dei vescovi che si ritrovano qui per quatro cagioni principalmente: l'una, perché si unissero fra loro; l'altra, perché non permettano la confederatione[6]; la terza, perché facciano ogni sforzo affinché 'l sig. cardinal Razvil[b] ritenga il vescovato di Cracovia; la quarta, perché adheriscano al re. Quanto alla prima et alla seconda, [c-]ne hanno[-c] promesso tutti di voler essere congiunti insieme et di non permettere già mai che si faccia la sudetta confederatione. Quanto alla terza, ancorché nel principio alcuni de' principali di essi prelati se ne siano mostrati alieni, et che l'arcivescovo di Gnesna[a7] si sia querelato et del sig. cardinale Razvile[d] per conto della legatione[8], et del vescovo di Cuiavia[9] per haver egli coronata[a] la regina[10], nondimeno hanno finalmente dato[a] tutti ferma intentione di adoperarsi con ogni studio, acciò ch'il sig. cardinale resti vescovo di Cracovia; et che quando i senatori[a] che li sono contrarii non volessero che egli, come vescovo di Cracovia, parlasse in senato dopo l'arcivescovo di Gnesna[a], secondo il solito, che neanco il vescovo di Cuiavia sarà per dare il suo voto per non pregiudicare[a] al sig. cardinale. Quanto alla quarta, m'hanno datto tutti la fede di voler essere col re et fare tutto quello che potranno per servitio della M[tà] S., la quale non trovano che né per legge né per statuto né per constitutione alcuna possa essere astret-

---

a. 1589, deinde Annae Austriacae reginae confessarius ab a. 1592 usque ad m. martium a. 1597, denique Mariae archiducissae Graecii sacellanus (EWJ 149; Lukács: Catalogi 662; Obirek: Jezuici na dworach 39–41; Obirek: Jezuici w Rzeczypospolitej 304–306).

[3] *Anna Austriaca.*

[4] *Ioannes III Vasa.*

[5] *Cf. N. 115 p. 188.*

[6] *Sermo est de actu confoederationis in comitiis convocationis Varsaviensibus die 28 I 1573 decreto (VL II 124–125), quo pax inter dissentientes in religione praestabatur, atque de eius processu, qui dicitur, ab ordinis equestris sociis reformationi faventibus postulato.*

[7] *Stanislaus Karnkowski.*

[8] *Cf. N. 25, N. 28 p. 63, N. 34, N. 35, N. 42 p. 77, N. 59 p. 105, N. 101 p. 167.*

[9] *Hieronymus Rozrażewski.*

[10] *Cf. N. 50, N. 59 p. 105, N. 100, N. 107 p. 178.*

ta a promettere di osservare cosa veruna con giuramento, ma sì bene in verbo regio tantum. Et lo stato ecclesiastico con molti senatori seculari, per confirmare ancor più il re nel pensiero che mostra di non abbandonare questo regno, vogliono procurare che si faccia una constitutione per la quale si ordini che non solo S.M[tà] possi andare in Svetia quando sarà necessitato per non perdere quel regno, ma che ancora, bisognando, lo debbano in ciò aiutare i Polacchi con tutte le forze loro, et che da mo si eleggano i capitani perché ne l'avenire possano caminare le cose quietamente. Et tanto più quanto che 'l maresciallo del Regno[11] ha detto al re[a] haver inteso che quel esercito turchesco che li giorni passati scorse sì a dentro et fece tanto dan[n^{e}]o $^{f-}$nella Stiria^{-f}[12], fu mandato ad instanza d'alcuni di questi signori acciò che, caso che fosse partito questo re, i principi di casa d'Austria, occupati in difendersi là, non havessero potuto attendere alle cose di questo regno et così fosse restato il campo libero al cancelliero per introdure a questa Corona il principe di Transilvania[13] o forsi[g] crear re sé stesso[14].

Né occorrendomi altro che sogiongere sopra ciò, me ne passerò al particular de la dieta, intorno all'ordine della quale sono divisi in tre parti i nuntii terrestri et tutti di opinion diverse. Una parte di loro vorrebbe che secondo l'usato si toccasse la mano al re, che S.M[tà] facesse la propositione, che i senat[o^{e}]ri[a] vi dicessero sopra l'opinion loro et che poi s'inquiresse[h] contra quelli che hanno tenuto prattiche con li principi d'Austria et altri. La seconda insta[a] che si tocchi la mano al re, che si facci la propositione et poi la sudetta[a] inquisitione, et che ultimamente i senatori diano il voto loro. $^{f-}$La terza^{-f} si affatica et non lascia a dietro cosa alcuna perché si faccia prima l'inquisitione et poi l'altre cose di mano in mano. Et a questa S.M[tà] non è per consentire, ma vorebbe[a] che se gli toccasse prima la mano et far la sua propositione, dipoi che i senatori dessero per ordine i vuoti[i] et che ultimo loco si faccesse l'inquisitione, la quale sì come da l'un canto non è abhorita dal re, così dall'altro il canceliero dice che non vuol che si parli di condonar ingiurie, poi che egli non ha fatto cosa che non si convenga a buon cittadino et ottimo senatore. Hora i senatori che seguitano il re, vedendo questi dispareri et dimande contrarie, hanno fatto tra loro un scritto per lo quale dimandano al re che non voglia impedirli nel modo che si ha da tenire nel far della dieta, ma che lo lasci determinare dal senato.

Il canceliere habita fuor della città, et se bene è venuto a visitare il re, pur non è stato a far l'istesso con la regina giovane, pretendendo che non sia stata coronata legitimamente et che però non sia né si debba riconoscere per regina vera, ma è opinione che l'andarà finalmente a visitare et farà i debiti complimenti[15].

---

[11] *Andreas Opaliński.*

[12] *Vide N. 110 ann. 1.*

[13] *Sigismundus Báthory.*

[14] *Cf. N. 72 p. 115, N. 89 p. 134.*

[15] *Ioannes Zamoyski ad Varsaviam iam die 6 septembris, pridie scilicet diem, quo comitia*

Stando le cose in questo termine, è molto difficile il far giudicio del fine di questi comitii, et ognuno vive tra la speranza e 'l timore; ma l'opinione commune è che la dieta non vadi inanzi et si dissolva in tutto. Io dal canto mio non pretermetterò officio, né sparagnerò fatica alcuna perché il tutto s'indrizzi a buon fine; et di quanto succederà, cercarò di darne pieno raguaglio a V.S.Illma, alla quale intanto bacio con ogni osservanza[j] le mani et prego il compimento di quanto desidera.

[a] *subducta linea signatum* [b] Razvile *c. 2* [c-c] *ita c. 1 et dec. 1,* m'hanno *c. 2, dec. 2 et reg.* [d] Razvilo *c. 2* [e] *omissum* [f-f] *subducta linea notatum* [g] farsi *reg.* [h] *subducta linea notatum,* inquietasse *c. 2 et dec. 2* [i] *ita c. 1 et 2* [j] riverenza *reg.*

N. 120

Germanicus Malaspina archiducissae Mariae

Varsaviae, [a-]*10 IX*[-a] *1592*

Ad ea se revocans, quae archiducissa in litteris ad filiam, Annam reginam, datis scripserat, affirmat bonum Sigismundi III regis, reginae et Regni maxime sibi cordi esse.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 6v.*

Ex Cel^nis^ V. litteris ad Annam, Poloniae reginam Ser^mam^, Cel^nis^ V.Ser^mae^ filiam dilectissimam, scriptis per R^dum^ Patrem Sigismundum, [b-]a confessionibus[-b] Ser^mae^ reginae filiae[c1], cognovi, quanti faciat Cel^do^ V.Ser^ma^, ut reginae, regis Regnique salus et incolumitas mihi curae sint. At pro certo habeat, licet, me nihil non facturum, ut omnia serventur, tum quia hoc praecipue fuit mihi Roma discedenti in mandatis datum a S.D^no^ N., cuius voluntati in primis a me satisfieri decet, tum quoniam multos iam annos, ut Cel^do^ S.Ser^ma^ meminisse potest, sum Ser^mae^ familiae Austriacae ita devinctus atque addictus ob multa officia singularia atque beneficia in me collata, ut, cum nunquam ea[d] ex memoria deposuerim, [b-]illius causa nihil non posse vellem[-b2]. Quapropter etsi turbulenta sunt haec comitiorum tempora, non tamen est diffidendum, praesertim ob preces, quas Cel^do^ V.Ser^ma^ ad Deum, omnium bonorum auctorem, effundet. Ipse vero quicquid co-

---

initium habuerunt, pervenit, sed una cum adhaerentibus ei mille passus ab urbe consedit et ibi castra posuit. Caerimoniam salutationis regis duos post dies adimplevit et deinde ad castra se recepit, unde ad comitia denique die 11 septembris advenit (BAV Urb. Lat. 1060 f. 658v, novitates de 31 X 1592; Lepszy: Rzeczpospolita 371, 374 sqq.; Barwiński: Diariusze 1591-1592 p. 206-207, 383-384, 386).

[1] *Sigismundus Ernhoffer.*

[2] *Cf. N. 93.*

gitatione, consilio et re praestare potero, quod cum regis, reginae regnique huius utilitate coniunctum esse videbitur, nequidem a me desideretur, ullo unquam tempore operam dabo. Cel^ni^ V.Ser^mae^ summam precor foelicitatem.

[a-a] 4 idus mensis septembris *reg.* [b-b] *suprascriptum* [c] *sequitur expunctum* confessarium [d] *suprascriptum*

N. 121

Germanicus Malaspina Ioanni Zamoyski, cancellario Regni

Varsaviae, [a-]10 IX[-a] 1592

Eum incitat, ne diutius suum ad comitia adventum differat.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 7.*

Redditae mihi fuerunt litterae a D^one^ V.Illma, quibus affirmat futurum esse, ut triduum ante comitia hic Varsaviae praesto sit. Quare cum cupide expectetur a me D^onis^ V.Ill^mae^ adventus, non puto fore, ut diutius differat, quominus quamprimum iter aggrediatur multis quidem nominibus, sed praecipue quia ad sitientes sermonis sui prudentissimi aures accedet et ea inter nos agemus, quae cum dignitate et existimatione D^onis^ V.Ill^mae^ et regni huius utilitate coniuncta sunt. Faxit Deus, qui longe futura cognoscit, uti sicuti ex animo omnia foeliciter contingere exopto, ita summa cum foelicitate huc D^tio^ V.Illma accedat, quod ipse vehementer opto[1].

[a-a] 4 idus septembris *reg.*

N. 122

Minutius Minucci Germanico Malaspina

Romae, 12 IX 1592

Significat se in quaestione facultatis super pluralitate beneficiorum dispensandi in proximis litteris responsum ei daturum esse. Nomine summi pontificis ei praecipit, ut catholicos, imprimis praelatos, maxime vero Hieronymum Rozrażewski, epum Cuiaviensem, et Stanislaum Karnkowski, aepum Gnesnensem, adhortari conetur, quo unanimiter in comitiis agant. Alia indicia ei dat, quibus

---

[1] *Vide N. 119 ann. 15.*

utatur in pace intestina in Polonia restituenda atque in controversia inter cardinales Georgium Radziwiłł et Andream Báthory feliciter componenda. Mentionem facit de adiunctis litteris notis arcanis exaratis.

Reg.: 1. ASV F. Borgh. III 18 f. 11v-13, nomen auctoris deest. — 2. DHI 1 f. 301-301v, 312-313.

Alla lettera di V.S.R^{ma} de' 15 d'Andreovia, che tratta della facoltà di dispensare sopra la pluralità de' beneficii, et[i^{a}]amdio curati[1], si scriverà con le prime qual sia la mente di N.S., poi che il tempo non ha servito ad intenderla. Hora all'altra de' 18, con la quale erano i motivi usciti dal^{b} convento del palatinato craccoviense[2], S.S^{tà} ha ordinato che si risponda ch'ella debba mettere ogni studio per havere ben uniti seco ne' comitii generali li catolici, et massime li prelati, coi quali saprà V.S.R^{ma}, che già conosce gl'humori della natione et degl'huomini particolari, trattare segondo 'l gusto loro. Col vescovo di Cuiavia[3], S.B^{ne} confida che non habbia ella a durare fatica alcuna, conoscendo et amando le sue buone conditioni et il zelo dell'honor di Dio et del ben publico. Per l'arcivescovo [di^{c}] Gnezna[4] se le invia breve[5], se pure sarà spedito a tempo, né V.S.R^{ma} lascierà di far seco ogni gagliardo officio, a ciò corrisponda alla buona opinione che S.S^{tà} tiene di lui, et come capo degl'altri prelati, per dignità et per autorità, faccia prevalere presso sé stesso et presso tutti loro quel che conoscerà essere più desiderato da S.B^{ne}, la quale in fine non vorrà mai altro che il bene di cotesto regno, la publica quiete et la salute dell'anime.

Nel resto drizzi V.S.R^{ma} i consigli et i pensieri suoi tutti al fine descrittole in altre lettere[6] et dimostrato da lei per riuscibile et per necessario nell'ultime parole della sua cifra[7], dalle quali è stato caro a S.S^{tà} di conoscere ch'ella appoggi al medesimo fondamento tutte le speranze della salute della provincia; la quale mostreranno bene d'amare poco li signori cardinali Radzivil et Bathore^{d} se alle passioni loro private non sapranno metter fine prima che vedano lacerata la patria. Con loro si porterà V.S.R^{ma} come ministro del padre commune, et gl'assicurerà che desistendo dalle private contese col rimetterle tutte nel petto di S.S^{tà}, haverà ella ogni mira possibile di sodisfare all'uno et all'altro in modo che ne restino contenti et consolati. Né lasci di mostrare, particolarmente al sig. cardinale Bathori^{d}, che 'l grado ch'egli tiene et li favori particolari c'ha ricevuta

---

[1] *Vide N. 95.*

[2] *Vide N. 100.*

[3] *Hieronymus Rozrażewski.*

[4] *Stanislaus Karnkowski.*

[5] *Breve Clementis VIII ad Stanislaum Karnkowski primatem, Romae 12 IX 1592, ASV Arm. XLIV 38 f. 25, min.*

[6] *Sermo est de actionibus a Sede Apostolica susceptis, ut pax intestina in Polonia confirmetur et inceptum Sigismundi III regis in Sueciam discedendi ad irritum redigatur; vide N. 109.*

[7] *Vide N. 96 p. 158.*

la casa sua per il passato et può ricevere per l'avenire da questa Santa Sede, non comportano ch'egli si discosti in cosa alcuna da' consigli paterni di N.S., che tanto l'ama et tanto bene desidera a lui et a tutta la casa sua.

Il resto verrà in altra forma[8], et questa si concluderà con baciare a V.S.R[ma] la mano et desiderarle ogni vera felicità.

[a] *omissum* [b] *ita reg. 2,* del *reg. 1* [c] *deest, suppletum ex reg. 2* [d] Battore *reg. 2*

N. 123

Minutius Minucci Germanico Malaspina

[Romae], 12 IX 1592

Rationem agendi ei exponit, qua controversia inter cardinales Georgium Radziwiłł et Andream Báthory exorta sedari possit. Indicat praeterea modum, quo gratia catholicorum, praesertim cleri, Sigismundo III regi concilietur et finis seditiosis Ioannis Zamoyski cancellarii conatibus ponatur.

[9] *Thomas Howard, 1561-1626, primus comes Suffolkiae, centurio classiarius, navis „Lion" ductor in pugna cum Magna Classe Hispaniensi a. 1588 facta, navis „Defiance" atque classiculae praefectus in proelio navali apud Insulas Accipitrinas a. 1591 commisso, classiculae quoque ductor in expeditionibus in Gades a. 1596 et El Ferrol a. 1597 susceptis, magnus camerarius annis 1603-1614, magnus Regni Angliae thesaurarius annis 1614-1618 (Hakluyt 306, 321, 326; Kędzierski 150; Rowse 238, 257, 262, 268).*

[1] *Franciscus Pomaski, ca 1569 - 27 V 1606, in Academia Cracoviensi studuit, ubi ad baccalaureatum philosophiae a. 1589 pervenit; unus ex familiaribus Germanici Malaspina, secretarius regius, decanus Sandecensis a 2 VI 1595, postea canonicus Luceoriensis et praepositus Samboriensis, Moscuae concisus (ASV Arch. Consist. Proc. Consist. 10 f. 478 3 XII 1594, Proc. Consist. 11 f. 66-66v, 3 VII 1597; Czerska 39, 153, 205; Salaterski 206).*

[a] *macula*

N. 147

[Cinthius Aldobrandini] Germanico Malaspina

Romae, 10 X 1592

Significat se eius litteras et adiuncta scripta recepisse miraturque eum litteras Roma missas usque ad id tempus non habuisse. Notum facit aliquam moram exstitisse in brevi pro Petro Potulicki, palatino Calissiensi, expediendo eundemque docet de mutata via epistulas Varsaviam transmittendi.

***Reg.**: 1. ASV F. Borgh. III 18 f. 33-33v, nomen auctoris deest. — 2. DHI 1 f. 317-318, nomen auctoris deest.*

Si sono havute le tre lettere di V.S.R^{ma} di Varsovia dell'ultimo d'agosto, del primo et del 3 *[s]* di settembre[1], con tutte le scritture aggionte ch'erano accusate in quelle, et con meraviglia che non le fossero ancora pervenute alcune delle tante scrittele di qua ogni settimana, senza inermissione alcuna et ben a longo, come portavano le materie che hora non si replicano, poiché non potriano servire, sendo verisimile che già i comitii siano finiti, et per quel ch'ella scrive, N.S. va pure sperando che tutto habbia potuto passare con quiete.

Con le seguenti se le inviarà il breve per il palatino di Calisia[2], che non s'è potuto spedire a tempo per essere N.S. ritenuto dal caldo straordinario per la stagione a Frascati più di quello che pensava[3].

Queste s'incaminano verso Vinetia[a] per mano del Mazzola, com'ella ricorda[4], et si seguirà nell'avenire il medesimo indrizzo; tutte l'altre sono state mandate a Praga al vescovo di Cremona[5], a cui si scrisse anco ch'usasse diligenza per il buon ricapito. Altro non resta che dirle per hora se non che le bacio la mano et le prego ogni vera felicità.

[a] Venetia *reg. 2*

---

[1] *Vide N. 111, 112, 114. Enumeratarum epistularum ultima diem 6 septembris, non vero 3 septembris ascriptam habuit, cuius rei testimonio mentio in prima parte epistulae subsquentis a Cinthio Aldobrandini ad nuntium die 17 octobris datae obvia (vide N. 156) esse potest.*

[2] *Petrus Potulicki. Breve gratulationis, de quo sermo est, conversionis ab eo factae causa Tusculi die 8 X 1592 datum, in quo inscriptio* Ioanni *[s]* Potulichio *legitur, invenitur in ASV Arm. XLIV 38 f. 94-94v, min.; ed. Šeptyckyj I n. 144 p. 74-75; cf. N. 103, N. 142 p. 235.*

[3] *Vide N. 104 ann. 1 et N. 142.*

[4] *Vide N. 111.*

[5] *Caesar Speciano.*

N. 148

[Cinthius Aldobrandini] Germanico Malaspina

[Romae], 10 X 1592

Opinionem pronuntiat litteras ei Roma missas testimonio claro esse Clementem papam VIII Sigismundo III regi e Polonia discessum non suasisse; commemorat pontificem maximum capita propositionis regiae ad conventus particulares allatae ad hanc rem pertinentia grato animo accepisse; nuntium monet, ut comitiis praeteritis nihil praetermittat, quin regem ad talem modum agendi hortetur, ne rumores de eius discessu exoriantur. Certiorem praeterea eum facit summum pontificem consilium reiecisse, ut card. Georgius Radziwiłł Romam mittatur. Dicit, quid sentiat de propositis Ioannis Zamoyski cancellarii regi porrectis.

***Reg.**: BAV Chigi M III 60 f. 80v-81v, nomen auctoris deest, s.l., ante textum eadem manu:* In cifra, *ad finem textus alia manu:* originale di mons. Minutio.

Se di tante lettere scritte a V.S. dopo che se intese che ella haveva toccati i confini di Polonia ne le sarà capitata una sola, quella haverà bastato a darle larga materia di disingannare chiunche pensasse o insognasse che N.S. havesse potuto tenere mano nei consigli della partenza del re o di quell'altre[a] consequenze c'haveriano[b] potuto portare occasione di seditiose rivolte in Polonia e fuori di Polonia[1]. Per questi *[s]* sono stati gratissimi a S.S[tà] quei capi delle propositioni fatte dal re ne' conventi particolari[2], perché tendono[c] al fin da lei desiderato, ricordato a V.S. in tutte le lettere; né ella deve restare anco dopo finiti i comitii, colle ragioni toccatele tante volte, che [d-]a lei[-d] veniranno in mente, di persuadere S.M[tà] che poi ch'haverà bene excusate et sopite le voci sparse di quei lor pensieri di partenza, non potea fare cosa più contro la sua dignità che lasciarle emergere di nuovo, che però deve costantemente mostrare et mantenere la contraria risolutione[e].

Quanto al consiglio di far venire a Roma il cardinale Radzivil[3], a S.B[ne] par totalmente fuori di tempo, perché sendo quel signore così caro, così confidente e così autorevole presso il re, si giudica che possa esser buon istrumento per sugerirli tutti quelli avertimenti che possiano essere di serv[i']tio; però non par bene d'allontanarvelo, anzi S.S[tà] stima che potessi esser più a proposito il procurare che se ne venisse qua il cardinale Batthori, e per quel che potesse rimanere di controversia per il vescovato di Craccovia, et per qualche altro affare del re, che se lo potria guadagnare con questi segni di confidenza.

---

[1] *Cf. N. 111.*

[2] *Vide N. 107 ann. 3.*

[3] *Vide N. 115 p. 189.*

Se son vere le offerte fatte dal Zamoischi a S.M^{tà} et che ella non l'habbia degnato d'alcuna risposta[4], pare che se ne possa fare poco buon giuditio; ma S.M^{tà} chiarirà una volta tutti gli amatori di cose nuove, mali effetti verso di lei con mostrar apertamente di dismettere et dimettere in effetto ogni pensero di partenza, la sola sospittione della quale basta a tenerle sempre ristretta[g] l'autorità.

[a] quel altre *reg.* [b] o haveriano *reg.* [c] tendino *reg.* [d-d] allei *reg.* [e] risulotione *reg.* [f] *omissum* [g] rispetta *reg., emendatio incerta*

N. 149

Germanicus Malaspina Clementi VIII, pontifici maximo

Varsaviae, 10 X 1592

Epistulam cifratam ei mittit.

Reg.: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 73.
Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 91v. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 123. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 141v-142. — 4. ASV F. Pio 133 f. 157.

La S^{tà} V. dal foglio di cifra che mando con questa mia[1] vedrà ciò ch'io ho giudicato di far sapere a la B^{ne} V. intorno a li negotii et accidenti che qua corrono. Et baciando li suoi santissimi piedi, prego N.S. Dio che conservi V.B^{ne} longamente per beneficio publico.

N. 150

Germanicus Malaspina Clementi VIII, pontifici maximo

Varsaviae, 10 X 1592

Refert comitia tumultuosum decursum habere; declarationes Sigismundi III regis male acceptas esse; se consilium cepisse, ut de his rebus cum Ioanne Zamoyski cancellario eiusque sectatoribus communicet. Scribit de propositis eis factis et eorum sententia; de responso a rege dato; de votis senatorum ad condiciones regis in Sueciam discessus pertinentibus latis. Narrat deinde, quomodo se gesserit rex eiusque fautores et adversarii, cum ab illo petitum est, ut articu-

---

[4] *Cf. N. 115 p. 188.*
[1] *Vide N. 150.*

lum pactorum conventorum in comitiis electionis acceptorum ad eius in Sueciam discessum spectantem iterum confirmaret. Dicit, quid sentiat de exspectando rerum progressu, et confirmat se modis omnibus esse conaturum et nisurum, ne pactiones se ipso intercedente initae rescindantur.

C.: 1. BAV Chigi M III 64 f. 87-88v, s.d.d., in f. 89v manu Matthaei Argenti: Dicifrato 5 decembre. — *2. BAV Chigi M III 64 f. 90-91v, s.l.d., in f. 91v:* Duplicato.
Dec.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 124-126v, s.d.d., dorsum f. 127v.
Reg.: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 73-74v.
Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 91v-94v. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 123-129. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 142-147. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 56v-59. — 5. ASV F. Pio 133 f. 157v-160.

Ognuno hormai prevede la disolutione della dieta per essere li humori tuttavia esacerbati et il tempo di essa prefisso tra otto giorni fornito; et è opinione de molti che la dissolutione sia per lasciare doppo sé reliquie non pacifiche. Per molti rincontri che si hanno et dalla forma del parlare de l'una et l'altra fattione si cognosce che attribuiscono la colpa d'ogni inconveniente alla varietà delle scritture et parole di S.M^{tà} circa il suo restare o partire di questo regno[1]. Il che facilmente potrano imprimere nelli animi della moltitudine de' nobili coloro che sono mal affetti al re, per sollecitarla et solevarla, quando se redurà insieme il corpo di essa nelle conventicule private, che senza dubio se faranno dopo le dissolutioni. Ond'io, desideroso che la M^{tà} S. non sia continuamente come segno alle saette et sottoposta alla licenza delle labia inique et lingue dolose[a] d'alcuni, con tanta laceratione dell'estimatione della sua real persona, feci risolutione de restringermi con il sig. canceliero et suoi adherenti, et esortarli con preg[h[b]]ere et con efficaci[c] ragioni a sumministrarmi mezzi con li quali si potesse o concluder la dieta, o dissolverla con pace et tranquilità. Et escusandosi loro de non poterlo fare per alcune cause, io le proposi duoi punti, cioè che se stabilisse la persona del re, quanto al suo stare o non stare, de modo che né in scritto né in viva voce si toccasse più la M^{tà} S., et che si facesse una reconciliatione generale[2], rimettendo il residuo de' negotii alla futura dieta, quale doverà forsi tenersi questo marzo; et questo proposi per oviare che non succedessero li inconvenienti detti di sopra. Loro me resposero che laudavano il mio parere et che non vi era altro mezzo più oportuno, et che però S.M^{tà} dovea procedere sinceramente et dechiararsi se vuole partire per sempre, o se vuole partire per ritornare, o vero se vuole restare. Nel primo caso, che le farebbono un ponte d'oro[d], reducendolo nel suo regno con quel'honore maggiore che potessero; nel secondo, che se con-

---

[1] *Propter concitatam controversiam affirmationis Sigismundi III regis die 28 septembris factae causa ortam is secundam declarationem die 6 octobris fecit, sed etiam ea multis senatoribus non satisfecit, ASV F. Borgh. III 52 AB f. 50-50v, cop; ASV SS Pol. 35 f. 87-88v, cop.; AS Torino Racc. Mong. 121 f. 134v-137, cop; BAV Barb. Lat. 5783 f. 52v-53v, cop.; ASV F. Pio 133 f. 153v-154v, cop.; in versione Polona ed. Barwiński: Diariusze 1591-1592 p. 284-285. Cf. Lepszy: Rzeczpospolita 398 sq.; Pärnänen: Sigismond 59 sq.*

[2] *Cf. N. 145 p. 238.*

tentarebbono [e]-d'assignarli un tempo prefisso, et fu di sei et poi de nove mesi, che giurarebbeno-[e] tutti di conservarli il Regno pacifico et tranquillo in questo mentre, ma che non venendo dentro dal tempo assignato, loro volevano essere liberi et potere eleggere novo re; terzo, che volendo restare, desideravano sapere per quanto tempo. Et se bene mescolavano conditioni non ragionevoli, tuttavia me nutrivano di speranza che se sarebbono redotti alle cose del dovero. Et il palatino di Cracovia[3] soggionse che quanto alli privati disgusti et aggravii recevuti da S.M[tà] per la parte sua, me constituiva giudice come ministro di V.S[tà], et credeva che tutti li suoi compagni harebbono fatto l'istesso. Essendo queste cose da me referte a S.M[tà], rispose al primo punto che lei vol retenere questo regno. Quanto al secondo, che lei non ha proposto cosa alcuna che concerni lo stato del Regno di Svetia, et che non dimanda altramente licenza di partire, et che se rimette a quello che referiranno li ambasciatori che si mandaranno in Svetia al loro ritorno. Quanto al terzo, sono stati divisi li senatori; l'arcivescovo di Gnesna[4], et quasi tutto il senato, ha votato che S.M[tà] è tenuta di fermarsi qua insin alla morte del re, suo padre[5], dando questa interpretatione alla promessa che fece S.M[tà] quando fu eletta[6]. Et con questa mia mando la copia di questo voto[7]. Il sig. cardinale Razivile fu di contrario parere che S.M[tà] per vigore di quella promessa non se potesse coartare al caso solo della morte del padre, ma le fosse lecito partire anco in altri casi[8]. Et disolvendosi il senato senza concludere cosa alcuna, venero a me alcuni di loro, a' quali io dissi che mi pareva non esser hor tempo d'interpretare le parole di S.M[tà] con cercare de restringerle né ampliarle, ma che bastava che S.M[tà] di novo prometesse ch'haveva rato et fermo quanto haveva promesso circa il suo fermarsi in questo regno nel tempo della sua elettione. Allhora fu comendato questo parere grandemente dalla parte adherente al re; et se bene l'altra recalcitrò un pezzo, me pareva nondimeno di potermi promettere che se sarebbe quietata. Et perciò, reassumendo le due propositioni da me proposte di stabilire la persona regia et fare la reconciliatione generale, me ne ritornai a S.M[tà], et le proposi il temperamento preso da me, quale, come ho detto, mitigava la diversità delli duoi pareri, et

---

[3] *Nicolaus Firlej.*

[4] *Stanislaus Karnkowski.*

[5] *Ioannes III Vasa.*

[6] Articuli pactorum conventorum, in campo ad Varsaviam, in comitiis electionis *die 19 VIII 1587, qui in comitiis coronationis die 28 XII 1587 confirmati sunt, VL II 247.*

[7] J.M. ks. arcybiskupa gnieźnieńskiego wykład artykułów w pakciech około odjazdu K.J.M. *[Archiepiscopi Gnesnensis articulorum in pactis circa S.R.M[tis] discessum expositio], [7 X 1592], ed. Barwiński: Diariusze 1591–1592 p. 290–292; cop.: ASV F. Borgh. III 52 ABf. 48–49, ASV SS Pol. 35 f. 85–87, AS Torino Racc. Mong. 121 f. 131v–134v, BAV Barb. Lat. 5783 f. 51–52v, ASV F. Pio 133 f. 151v–153v.* Votum Ill[mi] et R[mi] D[ni] archiepiscopi Gnesnensis, *ASV F. Borgh. III 96 D f. 107; cf. N. 145 ann. 3.*

[8] *Opinio card. Georgii Radziwiłł ad condiciones Sigismundi III regis in Sueciam discessus pertinens in scripto eius fautorum (*Ad declarationem S.R.M[tis] senatorum sententiae, *vide N. 145 ann. 3) expressa est.*

l'essortai alla reconciliatione delli animi, mettendoli in consideratione quanto sia per esser facile a la parte adversa de concitarli un odio universale se la M^tà S. non da sodisfattione tale a la nobiltà che sia sicura che non partirà almeno per qualche tempo, et nel pericolo ch'è per ritrovarsi, succedendo novità, essendo senza denari et senza seguito. S.M^tà mi rispose che non voleva altrimenti confirmare quello ch'haveva promesso ne la elettione per haver doppo ottenuto da alcuni senatori decreti de potersi partire quando lo potrà fare con commodo de l'uno et de l'altro regno[9]. Et di modo si fermò in questa opinione ch'io, non lo potendo rimovere, al ritorno mio a casa, mandai a dire al sig. canceliero et alli suoi adherenti che non occoreva che me venessero[f] a ritrovare, conforme a l'apuntamento, perché non havevo cosa di novo né di momento da proponerli. Et così doppo son andato dissimulando al meglio ch'ho potuto, acciò loro non penetrino la risposta reportata da me dalla M^tà S., perché se alterarebbono non solo loro, ma etiamdio la parte che adherisce a S.M^tà restarebbe attonita, quale va di giorno in giorno accostandosi alla fattione contraria al re.

Il giudicio ch'io posso fare in tanta varietà et mutatione di cose è questo che o vero questi nobili, per essersi fatti da una parte diffidenti tutti li principi esterni, et da l'altra conoscendo che difficilmente tra di loro sono per acordarsi in elegere un re naturale, sono però constituiti in tanta necessità che nonostante quale si voglia modo di procedere del re, ritenendo[g] il re ne la forma che lui vorà stare[h], faranno de necessità virtù, o vero tra puochi mesi o settimane se sentiranno motivi molto fastidiosi. Et perché non è talmente tronco il filo della negotiatione che non resti in piedi, non è per ancora d[a[b]] deponere totalmente la speranza; né io son mai per lasciarla, anzi me sforzarò ch'in me cresca il vigore et l'animo quanto più s'augumentono le difficultà, né permetterò che se tralasci il mezzo della negotiatione non solo durante la dieta, ma lo terò anco vivo doppo con lettere et con tutti li modi che potrò.

[a] doloros[e] *reg.* [b] *omissum* [c] *ita c. 2,* efficag *c. 1* [d] *subducta linea signatum* [e-e] *deest reg.* [f] *ita c. 1 pro* venissero [g] ritenerano *(correctum ex* ritenendo*) reg.* [h] *sequitur suprascriptum* et *reg.*

N. 151

Capita regi Sigismundo III Vasa a Germanico Malaspina nomine cancellarii Ioannis Zamoyski eiusque sectatorum exhibita

[Varsaviae, ca 10–11 X 1592]

Cop.: 1. ASV F. Borgh. III 66 CD f. 227v, s.l.d., titulus: Capita a parte Ser^mo regi adversa R^mo D^no nuntio apostolico exhibita, quae erant n° 34, idem R^mus D^nus nuntius

[9] *Cf. N. 115 p. 188, N. 119 p. 199, N. 128 p. 210–211, N. 132 p. 215.*

ortando, rogando et monendo ad haec undecim tantum deduxit, quae ad Ser^mum^ regem stabilien[dum] et reconciliationem coniunctionemque animorum facien[dam] pertinent. — *2. ASV F. Borgh. III 52 AB f. 65-65v, s.l.d., textus in charta extrema locis quibusdam evanuit. — 3. ASV SS Pol. 35 f. 117-117v. — 4. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 182-183v. — 5. BAV Barb. Lat. 5783 f. 78v-79. — 6. ASV F. Pio 133 f. 178v-179v.*

Nota: Terminus a quo statuitur ex 34 articulis comitialibus circa diem 10 octobris conscriptis, quos factio cancellariana Malaspinae tradidit (vide N. 153 ann. 4). Terminus ad quem statuitur ex epistula cifrata die 12 octobris data (N. 153), ubi legitur de his 11 articulis regi Sigismundo pridie eius diei demonstratis.

1. Ut rex promittat se ratum, firmum habiturum, quidquid in declaratione et coronatione iuramento adhibito firmavit circa mansionem suam[1].

2. Ut si posthac active vel passive per se vel per interpositam personam practicas vel ambitus admisserit *[s]*, possit Respublica secundum constitutiones Enricanas agere contra R.S.M^tem^[2].

3. Quod senatores aliqui destinentur, qui assistant regi cum facultate, quam constitutiones concedunt[3].

4. Reformatio Ser^mae^ reginae[4] ut ea conditione intelligatur, ut si rex discederet et non reverteretur, ipsa cassaret.

5. Ut Suechi, qui practicas fecerunt, in patriam remittantur.

6. Ut in gravioribus negociis, quae vel extra Regnum vel intra Regnum ad Rempublicam pertinentia scribentur, cum scitu utriusque cancellariae expediantur.

7. Legatio ad S.D^num^ N. et ad Caes.M^tem^ mittatur, ne posthac sollecitationes istas permittant, ut imperator transactioni Bedinensi satisfaciat.

8. Sigillum cubiculare tolatur.

9. Quodsi R.M^tas^ vel concedendo vel alicui adimendo officia vel dignitates contra constitutiones Regni concesserit vel ademerit, omnia restituantur et reducantur secundum tenorem constitutioni[s[a]].

10. Ut verba illa, quae sunt in declaratione R.M^tis^[5] circa securitatem senatorum[b] illorum, qui visi sunt esse alieni a R.M^te^, in constitutione ponantur; et ut rex moneatur per senatores, et praecipue per episcopos, ut quod verbis promissit *[s]*, etiam opere et re ipsa praestet.

11. De iudiciis.

[a] *deest* [b] senatoris *cop. 1*

---

[1] *Vide N. 150 ann. 6.*

[2] *Secundum constitutionum Henricanarum a. 1573 decretarum articulum ultimum de non praestanda oboedientia (VL II 152).*

[3] *Vide N. 79 ann. 3.*

[4] *Anna Austriaca.*

[5] *Vide N. 137 ann. 3.*

N. 152

Declaratio regis Sigismundi III Vasa ad 11 capita a Germanico Malaspina sibi exhibita

[Varsaviae, 11 X 1592]

Cop.: 1. ASV F. Borgh. III 66 CD f. 228, s.l.d., titulus: Responsum Ser^mi^ regis ad 11 capita M^ti^ S. a R^mo^ D^no^ noncio apostolico nomine partis adversae eidem M^ti^ exhibita[1]. *— 2. ASV F. Borgh. III 52 AB f. 65v, s.l.d. — 3. ASV SS Pol. 35 f. 117v-118. — 4. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 183v-184. — 5. BAV Barb. Lat. 5783 f. 79-79v. — 6. ASV F. Pio 133 f. 179v-180.*

Nota: Datum statuitur ex relatione a Malaspina die 12 octobris confecta (N. 153), in qua legitur de hoc responso a rege Sigismundo pridie eius diei dato.

Quantum ad primum. Aquiescit S.R.M^tas^, modo illa generalitas amplioribus verbis explicetur.

Ad secundum. Cavebit[a] S.R.M^tas^, ne id fiat, tamen ne pro admonitione ad praesens de renuncianda oboedientia id censeatur.

Ad tertium. S.R.M^tas^ id ipsum cupit et poscit ab ordinibus.

Quarto non recusat S.R.M^tas^, ut eo modo reformatio Reginalis M^tis^ fiat.

Quinto non contravenit S.R.M^tas^ nonnullis tamen propter res Sueticas exceptis, praesertim cum S.R.M^tas^ non existimat eos practicis externis sese imiscuisse.

Sexto. Quandoquidem sunt officia inter se copulata cancellariorum, ut de istis inter se mutuo conveniant[b].

Septimo. Assentitur S.R.M^tas^.

Ad octavum. Tollet sigillum cubiculare.

Ad nonum. Requirit S.R.M^tas^ maiorem elucidationem.

Decimo. Abolitionem offensarum S.R.M^tas^ recipit neque contravenit, cum in constitutionem ponatur, servata tamen dignitate eius M^tis^; etsi animo sincero id remittat, tamen admonitionem d^norum^ spiritualium non recusat.

Articulum de iudiciis[c], S.R.M^tas^, quid sibi vellit, non intelligit.

[a] canebit *cop. 1 et 2* [b] *ita cop. 2,* conveniat *cop. 1* [c] indiciis *cop. 1 et 2*

N. 153

Germanicus Malaspina Clementi VIII, pontifici maximo

Varsaviae, [12] X 1592

Duplicatum praecedentis suae epistulae mittit et nuntiat se conatibus Hiero-

---

[1] *Vide N. 151.*

nymi Rozrażewski, epi Cuiaviensis, et card. Georgii Radziwiłł frustra captis Sigismundo III regi tandem persuasisse, ut punctum pactorum conventorum ad eius in Sueciam discessum spectans et omnes fere articulos inter 11 a se exhibitos probaret. Dicit sese opposuisse mutationibus a fautoribus Ioannis Zamoyski cancellarii suggestis ad primum articulum (de mansione regis) pertinentibus et negavisse se regi eorum dubitationes de ipsius responso ad secundum articulum (de renuntianda oboedientia) esse relaturum. Certiorem deinde eum facit de colloquiis cancellario adhaerentium impulsu postero die restaurandis, quam rem Nicolaus Zebrzydowski, palatinus Lublinensis, nuntiavit. Putat regem in meliore conditione esse.

C.: 1. BAV Chigi M III 64 f. 82-83, s.d.d., in f. 83v: Duplicato *[s] et manu Matthaei Argenti:* Dicifrato 28 novembre. Copia non ho tenuto, havendola dicifrata subito et portata al Illmo sig. Cintio Ald[obrandin]o. — *2. BAV Chigi M III 64 f. 84-85, s.d.d., in f. 85v:* riceuto 4 decembre.

***Dec.**: ASV F. Borgh. III 96 D f. 145-146, ubi dies 14 octobris est ascripta, dorsum f. 146v.*

***Reg.**: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 75-75v, 78, ubi dies 14 octobris est ascripta, in praescriptione:* Cifra.

***Cop.**: 1. ASV SS Pol. 35 f. 94v-96. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 129v-133. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 147-150. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 59-61. — 5. ASV F. Pio 133 f. 160-161v.*

***Nota**: Dies correcta est ex nuntio in his litteris allato de relatione superiore biduo ante confecta (N. 150) et ex mentione in N. 209 obvia.*

Duoi giorni sono rappresentai diffusamente alli santissimi piedi di V.S^tà^ lo stato de questi comitii, et sarà con questa il dupplicato di quelle lettere[1]. Hora mi occore soggiongere di più che havendo mons. vescovo di Cuiavia[2] et poi il sig. cardinale Razivile[a] fatto gagliardi et efficacissimi officii con S.M^tà^ per indurla a dare qualche sodisfattione all'una et l'altra parte, non potero rimovere S.M^tà^ dalla prima sua impressione, onde l'uno et l'altro di loro restorno disgustati et confusi. Ma con tutto ciò io, come ministro di V.S^tà^, non mi persi di speranza, et per non tralasciare officio alcuno, hieri andai dalla M^tà^ S., con la quale trattai a lungo, et discorsi delli inconvenienti che sono per nascere se si attribuirà a lei la colpa della dissolutione della dieta. Per il che S.M^tà^, dopo alcune repliche, finalmente consentì di volersi dichiarare nella forma da me proposta, cioè di ratificare quello che già promisse nella sua elettione circa il suo fermarsi in questo regno[3], et nel resto anco mi diede molta sodisfattione. Et perché la S^tà^ V. possa più facilmente intendere il tutto, mando a' suoi santissimi piedi l'incluso scritto, nel quale si contengono li capi che, alcuni giorni sono, mi diedero li adherenti del canceliero in nome suo[4], et la restrittione che io feci

---

[1] *Vide N. 150.*

[2] *Hieronymus Rozrażewski.*

[3] *Vide N. 150 ann. 6.*

[4] Capita eorum, quae pars Ser^mo^ regi contraria proponit ac vellet, ut in hisce comitiis ab

di essi con consenso loro[5], et la dechiaratione et approbatione[b] di S.M[tà] quasi de tutti[6].

Hora quando io pensavo che la parte cancellariana dovesse quietarsi conforme all'apuntamento, questa matina è venuta da me et ha mosso difficultà nel primo articolo de mansione regis, facendo instantia che S.M[tà] si dechiari secondo il voto de l'arcivescovo[7], cosa che il re non lo può fare, perché si tratta de l'interesse del Regno di Svetia, essendo in quel patto intervenuto li oratori del padre[8] di S.M[tà]; onde sarebbe necessario di citare la parte, dovendosi venire a dechiaratione alcuna. Il che mi è dispiaciuto grandemente, vedendo che il sig. canceliero si sia esso fatto auttore di alterare la risolutione che egli con li suoi presero da prima meco; et ho dubitato anco che se io m'allentassi punto circa questo particulare, loro doppo ponerebbono difficultà in ogni cosa; onde le ho detto che io non posso consigliare S.M[tà] ad alterare né le parole né il senso di quel capitolo. Si sono parimente mostrati alieni a volere consentire a la restrittione che S.M[tà] fa al secondo capitolo, cioè „ne pro admonitione ad praesens de renuntianda oboedientia censeatur", perché contenendosi[b] nelle enricane constitutioni che contravenendo il re a le constitutioni et leggi del Regno in particulari gravi, dopo d'essere stato ammonito, [c-]se le[-c] possa levare la obedientia[b9], vorebbono essi con la espressione di quella conditione contenere S.M[tà] che non admettesse pratiche. Ma se bene questo particulare è di maggior importantia, nondimeno non mi son tanto riscaldato circa esso come ho fatto del primo, perché non si fa a me mancamento alcuno, oltre che forsi si ritrovarebbe mezzi[b] di sodisfattioni de l'una et l'altra parte. Per li sopradetti rispetti io non ho voluto darli la copia della risposta del re, et se bene me hanno ricercato che io referisse la loro intentione a S.M[tà], ho ricusato di farlo, et così si partirno.

Questa sera hanno poi mandato da me il palatino di Dublino[10] *[s]*, facendomi sapere che loro mi essortano a non deponere la speranza, et domani tornaremo a disputare. Et se loro procedono con sincerità, potrà essere che si accordiamo; ma io temo che siano a guisa di fiume che correndo non fa strepito, et essendo insieme turbido, difficilmente si può udire et penetrare nel fondo suo. Ma habbia qualsivoglia esito la dieta, S.M[tà] ha migliorata la sua condittione, perché per prima a lei si ascriveva la colpa della dissolutione della dieta, et dopo la

---

universo senatu omnibus terrarum nuntiis confirmarentur. Quae ad haec tantum quatuor pertinent et spectant: 1. Ad mansionem regis. 2. Ad excludendum ambitum externorum. 3. Ad emendationem earum rerum, quae praeter ius acta sunt. 4. Ad securitatem eorum, qui ista agunt, *ca 10 X 1592, ed. Barwiński: Diariusze 1591–1592 p. 304–306 (ann. 6); cop.: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 64–65, ASV SS Pol. 35 f. 114v–116v, AS Torino Racc. Mong. 121 f. 177v–181v, BAV Barb. Lat. 5783 f. 76–78, ASV F. Pio 133 f. 176v–178v.*

[5] *Vide N. 151.*

[6] *Vide N. 152.*

[7] *Stanislaus Karnkowski; vide N. 150 ann. 7.*

[8] *Ioannes III Vasa.*

[9] *Vide N. 151 ann. 2.*

[10] *Nicolaus Zebrzydowski, palatinus Lublinensis.*

dechiaratione et risposta data alli duoi capi proposti da me, pare che ogni colpa si sia transferita nelli adversarii.

[a] Razvile *c. 2* [b] *subducta linea notatum* [c-c] *subducta linea notatum*

N. 154

Stanislaus Pawłowski, epus Olomucensis, Germanico Malaspina

Varsaviae, 16 X 1592

Refert de consiliis a nonnullis ad senatum delatis, ut domus Austriaca ab electione novi regis excludatur. Existimat hanc rem vetera atque recens icta foedera violare et amicitiae inter praefatam domum et Regnum Poloniae non paulum nocere posse. Itaque nomine Rudolphi II imperatoris huic decreto comitiali decernendo sollemniter sese opponere dicit et nuntium rogare, ut conatus domui Austriacae longe inopportunos impedire velit.

Cop.: 1. ASV F. Borgh. III 52 AB f. 60-61v, dorsum f. 62v. — 2. ASV SS Pol. 35 f. 112-114. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 173v-177. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 74-76. — 5. ASV F. Pio 133 f. 174v-176v.

Intellexi nonnullos ex regni istius ordinibus duriora quaedam consilia contra dignitatem augustae domus Austriacae captare atque id moliri, ut eorum suasu ab electione regis eadem augusta domus publico senatus consulto excludatur[1]. Et quamvis, mihi regem, singulari Dei providentia regno isti datum, incolumem ac florentem spectanti plane praepostera minusque ad praesentem rerum statum pertinens de novo rege eligendo consultatio videatur, quia tamen sub hoc talis intempestivae sollicitudinis praetextu gravem augustae domui Austriacae notam parari per malevolos video, ne muneri meo desim, apud D^{onem} V.Ill^{mam} et R^{mam}, cuius personae industriam ad componendos intestinos hosce motus electam esse intelligo, haec, quae ad tuendam S.Caes.M^{tis}, d^{ni} mei clementissimi, adeoque totius augustae ipsius domus dignitatem et authoritatem pertinent, silentio praetereunda minime puto. Quod itaque aliquis ex regni istius optimatibus tam durae et ab omni humanitate alienae constitutionis ferendae cogitationem in animum inducere possit, est, quod optimus quisque non miretur solum, sed etiam doleat

[1] *Hic agitur de constitutionum comitialium rogatione* (o warunkach mieszkania pańskiego, przeciwko praktykom i naprawie Rzeczypospolitej *[de mansionis regis condicionibus, contra consilia clandestina et de Republica emendanda]) die 16 octobris ab Ioanne Zamoyski cancellario ad senatum delata, quo in scripto legitur etiam punctum ad conditionalem domus Austriacae a regno Polono obtinendo exclusionem pertinens, ed. Barwiński: Diariusze 1591-1592 p. 308; cop.: ASV SS Pol. 35 f. 97v-98, AS Torino Racc. Mong. 121 f. 152-153, BAV Barb. Lat. 5783 f. 62-62v, ASV F. Pio 133 f. 163-163v; cf. Lepszy: Rzeczpospolita 403.*

vehementer. Si enim vetera memoria repetere licet. Talem ne gratitudinem inclitae huius domus, toti orbi probe perspectum, de regno hoc adeoque de tota Republica Christiana praeclarissimum bene merendi studium meretur? Hoc ne tam antiquorum foederum veterisque amicitiae ac societatis quam recens contractae affinitatis[2] exposcunt rationes? Longe equidem humaniores S.Caes.M^{tas} amplissimos regni istius ordines erga ipsam totamque ipsius augustam domum sese exhibituros sperabat, dum post contractam laetis auspiciis novam hanc cum Ser^{mo} rege affinitatem cumque regno hoc novis pactis et foederibus vallatam societatem ad contestandum sinceri sui animi benignissimaeque voluntatis affectum me ad generalia haec comitia ablegaret, certo confidens prolixam benevolentiae suae testificationem paribus vicissim officiis ab amplissimis ordinibus abunde relatum iri novamque hanc affinitatem et societatem veteris amicitiae conservandae quasi arram securissimam in posterum fore.

Caeterum ex talibus consiliis, quorum exitus regno isti funestus potius quam fructuosus accideret, quid aliud M^{tas} Caes. totaque ipsius augusta domus colligere posset quam insperatam et praestantibus ipsius de regno hoc meritis indignam paeneque hostilem animorum ordinum istius regni aversionem? Etsi enim rege per gratiam Dei superstite nulla plane Regni Poloniae adipiscendi sollicitudo M^{tem} ipsius tenet, cum tamen ab ipsius electione nulli quantumvis remotissimi principes excludantur, quemadmodum iniquissimum foret augustam hanc domum eidem regno tam propinquam et coniunctam tamque amice addictam excludi. Ita notabilis haec iniuria, qua sine omni causa tam graviter afficeretur non solum M^{ti} Caes., sed etiam toti huic augustae domui, cuius felicissimo imperio praecipuum christiani orbis partem divina providentia subiecit, minime ferenda. Illatas enim sibi iniurias, cum etiam privatus, quisque honestatis amans diligentissime propulsare et repellere soleat, supremum christiani orbis monarcham contra tantae maiestatis dignitatem adeo enormiter offensam id aequo animo ferre haud deceret nec cum honore troni imperialis coniunctum foret; sicque amicitia illa vetus recensque inita societas in inimicitiam forte, non sine certissima regni istius pernicie, facile verti posset.

Quocirca, etsi tam inutilium consiliorum nullum (Deo communi paci benigne providente) exitum fore Ser^{mi} regis et amplissimorum regni istius ordinum singulari fretus prudentia mihi persuadeo, si tamen (quod idem Deus piissime avertere dignetur) contra omnem aequitatem et vicinitatis amicitiaeque iura partium studiis praevalentibus dictae domus augustae fieret exclusio, M^{tis} Caes. loco solenniter coram D^{one} V.Illma et R^{ma} protestor me huic constitutioni tanquam iniquae nec rationi consentaneae haud assentiri. Qua in re singularem D^{onis} V.Ill^{mae} et R^{mae} prudentiam loco eiusdem M^{tis} Caes. requiro uniceque peto, dignetur boni arbitri partes suscipere easque inire rationes, ut consilia haec, quae in enorme augustae domus Austriacae praeiudicium vergunt, avertantur, neve ansa detur amicitiae, quae subiectis eiusdem augustae domus populis cum regno hoc inter-

---

[2] *Sermo est de matrimonio Sigismundi III regis cum Anna Austriaca recens contracto.*

cedit, dissueundae, sed potius maiora et firmiora publicae pacis communisque societatis utrinque conservandae iaciantur fundamenta.

N. 155

[Cinthius Aldobrandini] Germanico Malaspina

Romae, 17 X 1592

Certiorem eum facit breve pontificium pro Petro Potulicki, palatino Calissiensi, mitti. Illustrat difficultates, in quibus versantur canonici catholici Lubecenses, qui, quamvis iniuriis a canonicis protestantibus capituli et senatu Lubecensi sibi illatis sint affecti, spem tamen non perdunt regem Poloniae operam suam pro iis interpositurum esse. Mentionem facit de brevibus hac de re card. Andreae Báthory et Hieronymo Rozrażewski, epo Cuiaviensi, porrigendis; de litteris credentialibus pro Antonio de Beeren, canonico Lubecensi, comparandis; de voluntate a summo pontifice expressa, ut catholici Lubecenses in omnibus adiuventur. Nuntio mandat, ut eorum causam summo studio promoveat.

***Reg.**: 1. ASV F. Borgh. III 18 f. 33v–35v, nomen auctoris deest. — 2. DHI 1 f. 318–320, nomen auctoris deest.*

Con queste haverà V.S.R[ma] il breve per il palatino di Calitia[a][1], quale accompagnerà ella con officio di lingua o di penna[b], come porterà l'occasione, conforme a quello che doverà anco prima havere fatto per sé stessa.

È stato qui alcuni giorni un canonico di Lubecca[2], il quale ha presentato molto calamitoso lo stato di quella chiesa, afflitta sì dalla[c] impietà del senato, ma forse più dalla rebellione d'alcuni canonici, li quali amando la vita licentiosa et inchinando a nozze sacrileghe, pensano di dover havere in ciò minor colpa o minore erubescenza se tirano anco gl'altri nel medesimo baratro, alcuni de' quali si mostrano però constantissimi et risolutissimi sin alla morte nella vera fede et nel vero culto divino, quale gl'altri con l'autorità del senato studiano d'abolire, et già ne haveriano ottenuto l'intento se la M[tà] dell'imperatore non havesse raffrenato il corso di quei perfidi disegni. Sono però ridotte le cose a

---

[1] *Petrus Potulicki; vide N. 147 ann. 2.*

[2] *Antonius de Beeren (Berken, Bern), studiis in Collegio Germanico Romae annis 1583–1586 incumbebat, canonicus capituli cathedralis Lubecensis officialisque Mindensis; m. augusto a. 1592 una cum Camillo Caetani, qui nuntius apud imperatorem fuerat et munere Pragensi expleto in Italiam revertebatur, Romam venit, ubi a Clemente VIII vicariam in ecclesia cathedrali Lubecensi eodem adhuc anno obtinuit (Clemens VIII ad capitulum Lubecense, Tusculi 5 X 1592, ASV Arm. XLIV 38 f. 92v, min.; Illigens 37–39, 46, 122–123, 160–161, 226; Ehses, Meister 84–85, 158–160, 174; Mosconi II 56, 17 X 1592; Mosconi III 157–158, 26 IV 1593).*

tale che non si dice la Messa se non nelle case private del decano[3] et d'alcuni buoni canonici, li quali contro la potenza degl'adversarii pensano che possa loro giovare anco l'autorità del re di Polonia, conforme al consiglio che ne diede in corte cesarea il vescovo di Cuiavia[4] mentre col patriarca d'Alessandria[5] si trattava di simile materia, considerandosi che per i traffichi c'hanno i lubecensi in Danzich et in quei contorni potessero col timore di qualche impedimento o ripresaglia essere costretti a non ingerirsi nelle cose della chiesa, né opporsi alle ordinationi della Sede Apostolica, conforme a quello che commandano l'istesse constitutioni imperiali[6]. Il canonico sodetto porta brevi sopra questo fatto al sig. cardinale Battoreo[d] et al vescovo di Cuiavia[7] per l'autorità che può rimanere loro nelle diocesi sue, che s'estendono al mare Balthico, ov'essi trafficano, et per quel che potranno anco operare presso 'l re. De' bisogni particolari scriverà a V.S.R[ma] il medesimo canonico all'arrivo suo, a cui si darà anco lettera di credenza, sendo mente di N.S. che quest'opera s'aiuti con tutti i consigli et le diligenze possibili, et che si procuri d'allargare la facoltà di celebrare la Messa et gl'altri officii divini in quella chiesa, alla quale sola ponno ricorrere per pascersi[e] le poche reliquie dell'anime fedeli che si truovano in quello tratto di Wandalia, ne' ducati d'Holsatia, di Stormaria[8] et Slesvviz[9], di Pomerania[10] et di Mechelburgh[f11], ne' quali tutti è già estinto ogni vestigio di religione catolica; però tanto più conviene affaticarsi di mantener vivo quel lume, al quale potrà permettere la divina providenza che corrano un dì tutti i popoli vicini per accendere splendore in sé stessi che gli guidi alla vera via della salute. Ponga V.S.R[ma] la mano et il pensiero a questo negocio conforme al suo proprio zelo et al desiderio di N.S., che le fa incaricare questa cura efficacemente. Et io per fine le bacio la mano et le prego da Dio benedetto ogni contento.

---

[3] *Michael Kniper, ob. 1595, decanus Lubecensis ab a. 1585 (Illigens 46).*

[4] *Hieronymus Rozrażewski, qui sicut Albertus Radziwiłł marescalcus munere oratoris Sigismundi III regis fungens in aula imperiali Pragensi inde a die 13 martii usque ad diem 23 aprilis a. 1592 commorabatur, vide N. 22 ann. 2 et N. 30 ann. 4.*

[5] *Camillus Caetani, 1552 - 5 VIII 1602, i.u.d. in universitate studiorum Perusina a. 1573 promotus, patriarcha Alexandrinus a 22 VIII 1588, apud Rudolphum II imperatorem nuntius ordinarius 2 IV 1591 - VII 1592, nuntius in Hispania 13 IX 1592 - IV 1600 ibidemque collector apostolicus IV 1596 - IV 1600 (DBI 16 p. 137 sqq; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CLXXIX sqq; Schweizer: Nuntiaturberichte XXXIV sqq).*

[6] *Sermo est de senatu Lubecensi communiter cum canonicis protestantibus capituli agente, qui ius canonicatus in mensibus Sedi Apostolicae reservatis vacantes conferendi sibi usurpabat (Schweizer: Nuntiaturberichte 504, 516, 603; cf. breve Clementis VIII ad capitulum Lubecense, Romae 30 IV 1592, ASV Arm. XLIV 37 f. 70, min.).*

[7] *Brevia Clementis VIII ad card. Andream Báthory et Hieronymum Rozrażewski, Tusculi 5 X 1592, ASV Arm. XLIV 38 f. 92-92v, min.*

[8] *Stormaria (Stormarn), ducatus et regio in parte meridionali Holsatiae sita.*

[9] *Slesvicum (Schleswig).*

[10] *Pomerania Occidentalis.*

[11] *Megaloburgum (Mecklenburg).*

[a] Calisia *reg. 2* [b] parole *reg. 2* [c] dalli *reg. 1* [d] Battori *reg. 2* [e] passersi *reg. 1* [f] Magdeburg *reg. 2*

N. 156

[Cinthius Aldobrandini] Germanico Malaspina

Romae, 17 X 1592

Refert de eius litteris receptis et exspectatis; de nuntiis ex aula imperiali affluentibus; de consiliis ibi captis, ut domus Austriaca a corona Polona obtinenda non excludatur. Eum hortatur, ut saepe sibi litteras scribat.

***Reg.**: 1. ASV F. Borgh. III 18 f. 35v–36, nomen auctoris deest. — 2. DHI 1 f. 320–321, nomen auctoris deest.*

Questa settimana non si sono vedute in Roma lettere di V.S.R^{ma}, et l'ultime sue furono quelle de' sei di settembre[1]. N.S. sta con desiderio d'intendere il successo di cotesti comitii, perché se ne vanno spargendo varii romori, et di corte cesarea[a] scrivono che s'era spedito frettolosamente corriere a Varsovia con lettere anco a V.S.R^{ma}, et che s'haveva grand'opinione della partita del re; intorno la quale, qual sia la mente di N.S., è stato a lei scritto tante volte che par impossibile non ne le sia già pervenuta piena notitia. Questi non sono tempi da desiderare novità alcuna onde possa nascere occasione di nuove turbulenze, havemo però aviso che nella corte cesarea s'attendeva principalmente a' consigli di prohibire che con qualche straordinaria determinatione non si venisse ad escludere la casa d'Austria per sempre dalle [pretensioni[b]] del Regno[2]. V.S. scriva spesso et avanzi in ciò anco la sua solita diligenza, perché così desidera S.S^{tà}; et questo può servire per maggior argomento dell'affettione ch'ella porta a S.M^{tà} et a tutta la provincia, il che deve ella imprimere con ogni studio a fine che habbino sempre tanto più forza i buoni ricordi ch'usciranno di qua. Col qual fine le bacio la mano et le prego da Dio benedetto ogni vera felicità.

[a] *deest reg. 2* [b] *deest, suppletum ex reg. 2*

N. 157

Laurentius Goślicki, epus Premisliensis, Germanico Malaspina

---

[1] *Vide N. 114 et 115.*

[2] *Cf. N. 132 p. 219, N. 136 p. 224, N. 140 p. 231, N. 154.*

Clarae Tumbae[1]*, [ante 21 X 1592]*

Ob affectam valetudinem se ad comitia venire non posse dicit et propterea per epistulam ei gratulatur de eius in Poloniam adventu et de munere nuntii apostolici obeundo.

***Or.**: ASV F. Borgh. III 66 B f. 111, s.d., dorsum f. 114v.*
***Summ., Exc.**: B. PAN Kr. 8408/I (TR 68) f. 75.*
***Nota**: Terminus ante quem huius epistulae scriptae statuitur ex N. 158, quo responsum datum est.*

Iam dudum ego ad comitia Regni venire simulque Ill^mam^ D^onem^ V. salutare eamque omni meo officio vel pietate potius complecti debui, ob eamque causam nihil hucusque de me Ill^mae^ D^oni^ V. significavi, quod praesens potius et non per litteras officium meum Ill^mae^ D^oni^ V. persolvere proposueram. Nunc adversa valetudo mea, morbo nihil remittente, cum mihi ad comitia veniendi et Ill^mam^ D^onem^ V. praesentem hoc tempore alloquendi spem[a] praecidisset, differendum amplius non putavi, quin ipsi per litteras me excusarem, et in primis, quod antea facere non potui, de foelicissimo huc adventu gratularer et optarem eum ad augmentum gloriae Dei et sanctae Romanae catholicae religionis propagationem evenire, quod spero futurum tali legato hic praesente et a tali pontifice ablegato, qui ad salutem et incolumitatem huius regni natus et datus esse videtur. A Deo petam occasionem mihi dari Ill^mam^ D^onem^ V. quamprimum videndi ipsique meam operam, studium et observantiam navandi. In cuius gratiam me diligentissime commendo.

[a] *suprascriptum*

N. 158

Germanicus Malaspina Laurentio Goślicki, epo Premisliensi

Varsaviae, [a-]*21 X*[-a] *1592*

Dolet, quod adversa valetudine impeditus is comitiis interesse non potuit. Gratias ei agit pro gratulationibus de suo in Poloniam adventu. Sua officia offert.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 8–8v.*

Quod comitia haec Varsaviensia obire nequiverit D^tio^ V.R^ma^ adversa valetu-

[1] *Clara Tumba (Mogiła), abbatia Cisterciensium a. 1222 condita, hodie Cracoviae partem constituit.*

dine impedita, sane doleo, cum huius nobilissimi regni episcopis omnia secunda exoptem, D^oni V.R^mae autem praecipue, cuius pietatem et in Sanctam Sedem Apostolicam fidem maximi facio. Si praesentem me alloqui non potuit, officium tamen humanitatis plenum a D^one V.R^ma praestitum per litteras suas mihi gratissimum accidit. Quemadmodum quod perveniverim incolumis ad hoc regnum, gratulatur, sic D^oni V.R^mae plurimas gratias ago, facultatem mihi dari optans, qua ostendere re ipsa possim me D^oni V.R^mae studiosissimum esse. Si interim aliquid studii vel operae navare queam D^oni V.R^mae in rebus suis, quicquid efficere possim, recusaturus nunquam sum. D^tio V.R^ma ut quamprimum convalescat mutuaque inter nos ut vigeat benevolentia, plurimum cupio.

[a-a] 12 calendas novembris *reg.*

N. 159

Germanicus Malaspina Clementi VIII, pontifici maximo

Varsaviae, 22 X 1592

Nuntiat se longam epistulam cifratam de ultima parte comitiorum tractantem ei mittere. Refert de suis conatibus Sigismundi III regis inducendi, ut legatum ad praestandam oboedientiam Romam mittat; de legati Moscovitici adventu.

Or.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 129, s.d.d., dorsum f. 132v.
Reg.: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 67.
Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 103-103v. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 133-134. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 160-161. — 4. ASV F. Pio 133 f. 167v-168.
Summ.: B. PAN Kr. 8408/I (TR 68) f. 103.

La varietà delli accidenti che sono occorsi nell'ultimo di questi comitii[1], quali Dio S.N. ha poi convertiti a maggior sua gloria et a beneficio, tranquillità et pace di questo regno, ha causato ch'io sia stato nella cifra[2] più prolisso di quello che si ricerca alli gravissimi negocii et occupationi di V.B^ne. Ma hora, ch'è fornita la dieta, correggerò l'errore commesso con attendere alla brevità et non fastidire la beatissima sua persona.

Non manco di far officii gagliardi acciò S.M^tà dichiari l'ambasciator che dovrà venire a render l'obedientia. Et se bene siamo constituiti in grandissima penuria d'huomini et di danari, tuttavia spero che presto S.M^tà si risolverà.

Il Moscovita[3] ha mandato qua un suo[4], ma per ancora non si sono lette le

---

[1] *Comitia inquisitionis die 19 octobris terminata sunt.*

[2] *Vide N. 160.*

[3] *Theodorus I, magnus dux Moscoviae.*

[4] *Athanasius Dmitrevič Rezanov, in Poloniam die 10 VII 1592 missus, cum litteris Sigismundi*

lettere che scrive a S.M^{tà}. Et però non si può sapere di certo ciò che contenga la sua commissione. Ben si dice esser cosa di poco momento. Et baciando li beatissimi piedi di V.S^{tà}, prego N.S. Dio che per beneficio publico si degni di conservar la sua santissima persona per molti anni con ogni colmo di felicità spirituale et temporale.

N. 160

Germanicus Malaspina Clementi VIII, pontifici maximo

Varsaviae, 22 X 1592

Decursum comitiorum recens conclusorum describit et significat senatores 11 articulos et Sigismundi III regis declarationem ad eos attinentem approbasse; opera Maximiliani archiducis sectatorum una cum protestantismi fautoribus agentium ad inquisitionem contra regem renovandam perventum esse, tamen novarum rerum cupidos sua proposita exsequi non potuisse. Narrat praeterea de postulatione a protestantibus facta, ut confoederatio Varsaviensis ad effectum perducatur, et de senatorum catholicorum atque sua hac de re sententia contraria; de colloquio cum Stanislao Pawłowski, epo Olomucensi, habito; commemorat illum consilio excludendae domus Austriacae a corona Polona obtinenda se fortiter atque firmiter opposuisse; se suspicari dicit Ioannem Zamoyski cancellarium cum factione Maximiliani archiducis ad consensum venisse; comitia dimissa esse nulla constitutione approbata; falsam accusationem contra card. Georgium Radziwiłł esse factam. Eum deinde docet de sollicitudine a multis expressa respectu nullius boni exitus comitiorum, litterarum Muradi III, Turcarum imperatoris, ad regem datarum, nuntiorum e Transilvania affluentium et Stanislai Karnkowski primatis inopinati discessus. Iudicium de comitiis nuper praeteritis pronuntiat, ex quo sequitur, ut eorum fructus sane fausti et felices esse videantur. Certiorem eum facit de pace inter regem et cancellarium se intercedente facta. Cancellarium laudat, mentionem facit de illius litteris ad summum pontificem datis, quem ipse rogat, ut illi benevolum responsum concedere velit et regi breve mittat cum monitione, ut concordiam praefatam curet et futuro tempore caute et prudenter agat.

C.: 1. BAV Chigi M III 64 f. 71–75v, s.d.d., in f. 70 manu Matthaei Argenti: Dicifrato 27 novembre; consegnato a l'Illmo sig. Cintio Ald[obrandin]o. — *2. BAV Chigi M III 64 f. 76–81, in f. 81v manu Matthaei Argenti:* riceuto questo 4 decembre.

Dec.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 147–153v, dorsum f. 154v.

Reg.: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 67–72, in praescriptione: Cifra.

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 103v–111v. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 134–149.

III regis Varsaviae die 22 octobris datis dimissus, Moscuam die 21 novembris rediit (Bantyš-Kamenskij 32 sq.).

— 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 161-173v. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 66v-73v. — 5. ASV F. Pio 133 f. 168-174.

Ed.: Isopescu n. 2 p. 13-14, fragmentum ex dec.; Veress: Documente III n. 217 p. 311, fragmentum ex cop. 1, perperam scriptum est epistulam Petro Aldobrandini afferendam fuisse.

[3] *Ioannes III Vasa.*

liberavit, qui ducis Caroli[4] opera et consilio fuerant in vincula coniecti[5]; quorum senatorum maxima cum sit auctoritas, regni illius quieti ipsimet consulent, et erga hunc Ser^mum^ regem nostrum optime affecti existentes, eidem Sueciae Regnum conservabunt, ita tranquillitati inservientes, ut regis nostri discessus hinc minus videatur necessarius.

Haec habui, quae in praesentia ad D^onem^ V.Ill^mam^ scribenda censui, quaeque arcano dixi, nequaquam omnibus communicanda. Nunc cum ex mea officina haec deprompserim, aliquid a D^one^ V.Illma expectabo. In reliquis habebit me semper paratissimum ad praestanda ea omnia, quae ad sua optata obtinenda pertinebunt. D^onem^ V.Ill^mam^ diutissime bene valere cupio.

[a] proveheor *reg.*

N. 183

Germanicus Malaspina Cinthio Aldobrandini

Varsaviae, 19 XI 1592

Eum certiorem facit in occasione conventuum particularium, in quibus relationes de proximis comitiis fieri debeant, spe destitutos clandestina consilia struendi artifices et „haereticos" animos nobilium concitare per simulationem mansionem Sigismundi III regis in Polonia non satis stabilitam esse. Existimat pacem in Regno non minari, nisi Ioannes Zamoyski cancellarius ad illas factiones se adiungat, cui rei ipsum omnibus viribus se opponere conari dicit; sperat brevi similes machinationes cessare. Significat Ioannem Tarnowski vicecancellarium responsum regis de coadiutoria Gnesnensi, quod desiderabat, non obtinuisse; se metuere, ne quid mali ex illius irritatione exoriatur, ne scilicet ille cancellarii partes amplectatur; sibi tamen displicere remedium ad hoc periculum avertendum, quod in aula regia invenitur, i.e. ut culpa in Sedem Apostolicam conferatur, quod impediat, quominus dicta coadiutoria vicecancellario committatur. Refert praeterea de suo colloquio cum Leone Sapieha, Magni Ducatus Lithuaniae cancellario, qui se intercedente summum pontificem rogavit, ne confirmationem Bernardo Maciejowski, epo Luceoriensi, concederet, si ille epus Vilnensis a rege nominaretur; argumenta a se cancellario praefato allata enumerat, quibus illum ad talem nominationem approbandam adhortabatur. Scribit mandatu card. Andreae Báthory iterum pecuniam aerario regio destinandam sequestratam

---

[4] *Carolus Vasa, 4 X 1550 - 30 X 1611, Gustavi I filius, dux Sudermaniae, nomine Sigismundi regis una cum senatoribus ab a. 1594 Regni Sueciae administrator, deinde regens ab a. 1599, rex Sueciae (sub nomine Caroli IX) ab a. 1604.*

[5] *Sermo est de poenis ab eis senatoribus Sueticis repetitis (ab Erico Sparre, Ture Bielke, Sosthene Banér et aliis), qui in Sigismundi III regis cum patre Ioanne III Vasa Revaliae congressu (IX–X 1589) Sigismundi in Poloniam reditum optaverunt (Lepszy: Rzeczpospolita 80).*

esse et significat, quo animo rex eam rem accepit. Mentionem facit de legatione Moscoviam mittenda cum proposito partes conciliatoris in bello Moscovitarum cum Suecis faciendi.

C.: 1. BAV Chigi M III 64 f. 102-104v, in f. 109v manu Matthaei Argenti: Dicifrato 7 gennaro. Consegnato a l'Illmo sig. Cintio[1]; né ho fatto copia, perché subito dicifrato ho consignato a S.S.Illma. — *2. BAV Chigi M III 64 f. 106-108v, in f. 105 alia manu:* Duplicato.

Dec.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 170-173, dorsum f. 173v.

Reg.: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 83v-85v, ubi dies 15 novembris est ascripta, in praescriptione: Cifra.

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 134v-138. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 178v-185v. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 213-219v. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 86v-90. — 5. ASV F. Pio 133 f. 194v-198.

Ed.: Isopescu n. 3 p. 14, fragmentum ex dec.; Šmurlo 173, fragmentum ex cop. 1, ubi dies 15 novembris est ascripta.

Perché hormai è gionto il tempo che li nontii terrestri doveranno fare la relatione delli comitii al corpo della nobiltà[2], non è meraviglia se in una republica populare, dove è più licentia nel dire che potentia ne l'operare, si sentono alcuni mottivi. Tanto più che li praticanti, prevedendo che per la reconciliatione seguita[3] et dechiaratione regia c[iª]rca il non volere abbandonare il Regno[4] la mercancia loro non è per havere quel spaccio che ha havuto per il passato, dubitano di non patire fame et però latrano, et da l'altro canto li heretici, essendo stati defraudati per la gagliarda oppositione fatta loro dalla parte catolica[5] della speranza conceputa per quell'articulo della propositione che incautamente si fece da S.M^tà^ nelli conventi privati avanti li comitii, dove pareva che nel re fosse dispositione di permettere loro che potessero reedificare le case abbruciate[6], cercano perciò una et l'altra di queste fattioni di solecitare li animi della moltitudine sotto pretesto che la mansione regia non sia stata sufficientemente stabilita. Et imprimendo questo loro concetto ne la mente della multitudine, li praticanti sperono di tenere più che mai imbarcati alcuni principi esterni et cavarne il solito sussidio; et li altri essendo dominati da spirito di novità, aspettano da quella di ottenere il loro perverso intento. Di modo che bene potiamo dire di questi cervelli inquieti et seditiosi che sono procella patriae, turbo et tempestas pacis.

Ma non hanno tanto fondamento li iniqui pensieri loro ch'a noi sia per essere molto difficile di gettarli per terra. Et per riferire solamente un mezzo a V.S.Illma, tra molti altri, le dico che né li heretici né li praticanti, o uniti o disuniti che siano per essere, possono alterare lo stato di questo Ser^mo^ re, né la pace

---

[1] *Cinthius Aldobrandini.*

[2] *Cf. N. 179 p. 288.*

[3] *Cf. N. 160 p. 261-262, N. 162 p. 265, N. 165 p. 268, N. 168 p. 271-272, N. 169.*

[4] *Vide N. 137 ann. 3.*

[5] *Cf. N. 160 p. 258-259.*

[6] *Cf. N. 107 p. 176-177, N. 115 p. 189.*

et tranquilità del Regno, se non in caso ch'il canceliero se unisse con loro. Et però ho voltato ogni mio pensiero, studio et artificio in tenerlo disunito da l'una et l'altra di queste fattioni et nutrire fra loro diffidenza, perché quelli senza esso sono soldati senza capitano, et lui senza loro è capitano senza esercito. Et quando le cose stiano in tal forma, non dovemo temere della elatione de l'animo de l'uno, né delli perversi fini delli altri. Onde indrizando le mie attioni a questo scopo come base et fondamento della mia negotiatione, cerco di tenere il canceliero ben affetto et edificato, et mostro di fare gran capitale delle parole che per l'arcivescovo gnesnense[7] mi fece referire et doppo mi disse esso, cioè che voleva defendere la religion catolica usque ad effusionem sanguinis, et cetera, et che io di questa sua oblatione desse parte a N.S.[8] Et publicando io questo santo suo pensiero, quale non è per piacere punto agli heretici, vengo a tenere l'uno et l'altro in difidentia. Et quanto alli praticanti, non mancano argumenti per mezzo de' quali si può tra di loro nutrire dissensioni; oltre che di ragione non può andare molto in longo questa materia de pratiche, perché non havendo altro per obietto che l'utile, quando esso cessarà, la fabrica ruinerà, et allhora si accorgeranno li principi esterni quanti amici habbino in questo regno. Et s'il vescovo di Olmuz[9] haverà rapresentato a li Ser^mi^ principi di casa d'Austria questo fatto come realmente passa et come lui mostrava d'intenderlo, credo che non haveremo ne l'avenire disturbo per conto di pratiche.

Una sol cosa che mi fa vivere con qualche suspensione d'animo è ch'il vicecanceliero di Polonia[10] in questa congiontura, confortato anco dal canceliero del Regno, come intendo, ha fatto efficace instanza a S.M^tà^ acciò dechiari l'intentione sua intorno al particolare della coadiutoria[11], et non ha riportata quella risposta che desiderava, per il che è restato assai disgustato. Et passando per mano sua li negotii et le persone, essendo anco assai populare, ogni alienatione d'animo suo, quando fosse accompagnata con mala intentione, potrebbe partorire non buoni effetti. Né a me è punto piacciuto che qua, per evitare questo inconveniente, si sia andato a camino da tutti di gettare la colpa, se non s'espedisse la coadiutoria, alle difficultà di Roma, per non dire a N.S., perché in vero non mette conto per servitio de Dio et delli negotii che ne facciano auttori de questa negativa, essendo molto concatenata la cancelaria con la fontione del ministro di S.S^tà^, oltre che è da temere che restando il vicecanceliero di Polonia mal sodisfatto del re per conto di questa coadiutoria, non se unisse col canceliero del Regno, et volessero governar poi il Regno a lor modo, concedendo privilegi senza saputa di S.M^tà^ et facendo mille altre cose. Onde ne potrebbono nascere di nuovo tumulti, dissensioni et pratiche di momento contra S.M^tà^, massime convenendo che tutte le cose secrete e non secrete passino per man loro, et

---

[7] *Stanislaus Karnkowski.*

[8] *Cf. N. 132 p. 217, N. 160 p. 259, 262-263.*

[9] *Stanislaus Pawłowski.*

[10] *Ioannes Tarnowski.*

[11] *Cf. N. 17, N. 107 p. 178, N. 142 p. 234.*

perciò giudico che sarebbe se non bene il cercare ogni via per tenerli disuniti. Ma non mi è per ancora sovenuto temperamento per il quale possi restare contento il re et il vescovo di Cuiavia[12], et che da l'altra parte il vicecanceliero di Polonia non attribuischi la colpa a noi, ma habbia sodisfattione di N.S. et non resti totalmente disgustato di S.M^{tà} et del sopradetto vescovo, quale ben spesso le passa per le mani.

Il canceliero de Lituania[13] mi è venuto a trovare, et m'ha pregato ch'io voglia significare a N.S. come in quella provincia si era publicato che S.M^{tà} voleva, nonostante qualsivoglia privilegio ch'ella habbia, nominare al vescovato di Vilna il vescovo di Lucioria^{b}[14], et che a lui veniva scritto che li heretici havevano determinato di prevenire con mettere in posseso di beni di quel vescovato un loro ministro, che però io supplicassi S.B^{ne} ad andare ritenuta in dare la confirmatione della nominatione regia, perché oltre che si sarebbe evitato questo così scandaloso fatto, egli credeva che con le buone, per mezzo d'una negotiatione amorevole, si sarebbe ottenuto l'intento. Io le replicai che quella chiesa già da molti mesi era vedova et senza pastore, et che per servitio de Dio et salute delle anime era necessario [di^{c}] provederli di vescovo; che ben sapeva S.S. che in Lituania non vi era suggetto qualificato di modo che havesse li requisiti che si ricercano per il buon governo di così insigne chiesa, et che però la parte catolica di quel ducato doverebbe far instanza acciò fosse proveduta; et che s'era lecito a li heretici de intrudere nel Regno Inghlesi, Francesi, Fiamenghi et altri ministri, che maggiormente, stando la penuria delli homini nella Lituania, dovevano accettare il sopradetto vescovo; et che il loro privilegio non deve haver luogo in quel caso che l'osservantia di esso redondasse in detrimento delle anime. Ho voluto nondimeno darne parte a V.S.Illma per ogni accidente che potesse nascere, se bene io terò mano che non sucedi scandalo né per questo, né per quello che di sopra ho detto; et spero che né per l'uno, né per l'altro particolare si perturberà la pace nella quale viviamo, ma si preservarà da ogni novità con l'aiuto d'Iddio.

^{d}-Il sig. cardinal Battori ha di nuovo fatta represaglia in Prussia di alcune migliaia de fiorini che passavano per il suo vescovato di Varmia, dove ha merum et mixtum imperium, per servitio di questo Ser^{mo} re, di modo che insin hora ne ha arrestati da venti mila, et questo sotto pretesto d'un credito che ha il principe di Transilvania[15] con S.M^{tà} di quaranta mila fiorini[16]. Per il che ha questa M^{tà} spedito un suo secretario in quella provincia, acciò levi il sequestro fatto dalli officiali del sig. cardinal Battori, parendo qua dura cosa che si proceda de facto con la persona del re. Il sig. cardinal Battori, havendo inteso

---

[12] *Quod ad Hieronymi Rozrażewski animum iniquum in quaestione coadiutoriae Gnesnensis in Ioannem Tarnowski vicecancellarium conferendae attinet, cf. Czaplewski 402 ann. 1.*

[13] *Leo Sapieha.*

[14] *Bernardus Maciejowski.*

[15] *Sigismundus Báthory.*

[16] *Cf. N. 96 p. 156.*

questo, si è inviato a quella volta, et piacci a Dio che non sucedi qualche scandalo per essere irritato l'animo del re contra il sig. cardinal Battori et S.S.Illma disgustata grandemente della M^tà^ S. Passa questa pratica con tanta celerità che non è possibile penetrarla per tempo in modo che possa l'huomo intromettersi per oviare alli inconvenienti che potessero nascere[-d].

[c-]S.M^tà^ spedirà presto al Moscovita[f17] ambasciatore, essortandolo a volere mandare comissarii sopra le differenze che per conto de' confini sono nella Livonia tra il detto Mosco et il re di Svetia, suo padre[18], qual farà ancor esso il medesmo; et poi questo Ser^mo^ re, come arbitro et mediatore, cercarà per mezzo de' suoi ambasciatori di componerli, et ne l'interim confortarà l'uno et l'altro a deponere l'armi. Non so quanto sia da desiderare che segua pace tra quelli duoi potentati, poi che la conclusione d'essa facilita maggiormente l'andata del re in Svetia, come altre volte ho scritto[-e19].

[a] *omissum* [b] Luceoria *c. 2* [c] *deest c. 1 et dec., suppletum ex c. 2* [d-d] *ed. Isopescu* [e-e] *ed. Šmurlo* [f] *ita c. 2,* Moscoviti *c. 1*

N. 184

[Cinthius Aldobrandini] Germanico Malaspina

Romae, 21 XI 1592

Nuntiat eius litteras impatienter exspectatam relationem de comitiorum decursu continentes tandem pervenisse. Mentionem facit de Sigismundi III regis declaratione, quam rerum novarum cupidi falso interpretantur. Sperat legationem Stanislai Pawłowski, epi Olomucensis, bonos fructus esse laturam. Propositis Gulielmi Pole eiusque bonae voluntati paucam fidem tribuit et nuntio mandat, ut responsum vagum incertumque illi det atque prudenter cauteque cum illo agat.

***Reg.**: 1. ASV F. Borgh. III 18 f. 40–41v, nomen auctoris deest. — 2. DHI 1 f. 325v–327, nomen auctoris deest.*

Sono venute con l'ultimo ordinario le lettere di V.S.R^ma^ de' tre et de' sei del passato[1], con una ove non si dice dove né quando sia scritta; par pure a N.S. che tardino tutte molto, et par un'hora mille anni che si possa fare certo giuditio del successo di cotesti comitii; ne' quali non si vede che la dichiaratione

---

[17] *Theodorus I, magnus dux Moscoviae.*

[18] *Ioannes III Vasa. Vide N. 168 ann. 7.*

[19] *Vide N. 168 p. 273.*

[1] *Vide N. 140, 144, 145.*

così manifesta et così opportuna del re[2] habbia causato tutto quel bene che se ne poteva sperare, poiché ancora può tanto la sinistra interpretatione di quelli che desiderano cose nuove sotto pretesto d'amare la patria, la quale potria per loro mali consigli andar in ruina. Di qua non siamo a tempo di dare a V.S.R[ma] né consiglio né aiuto, solo si prega Dio benedetto per la quiete et salute di quel regno.

Se 'l vescovo d'Olmutz[3] sarà venuto con le commissioni ch'ella dice, è ben da credere che sieno per giovar molto alla somma delle cose, et sarà questo segno evidente dell'animo retto della M[tà] dell'imperatore et fondamento opportuno [da[a]] fabricarvi sopra, se l'altre cose s'acquetaranno, una durabile amicitia.

La persona ch'ella ha fatto conoscere qui con la copia del passaporto marittimo[4], non mostrando di sé stessa altri fondamenti, non è convenevole che ritruovi presso di noi più credito[b] di quel che ricerchi l'importanza del fatto, massime ch'ella poteva abboccarsi con ministri di questa Santa Sede o far arrivare notitia de' suoi disegni per via più certa et assicurarli anco in luochi più opportuni. Però non doverà V.S.[c] risponderli se non generalmente che consigli i pensieri suoi con Dio omnipotente et con la sua conscienza, et dove lo porterà il zelo della vera fede, s'assicuri che non li possa mancare l'aiuto del cielo, né quello degl'huomini da bene, et che attioni tali qual egli dice di voler intraprendere hanno sempre congionta la gloria et i premii, massime quando l'huomo le drizza con l'intentione verso 'l servitio di Dio più che a' privati suoi commodi. Avisi poi ella ciò che ne intenderà di più, et sia avertita, poiché ha da fare con natione maestra del simulare et che ha fama di non lasciarsi conoscere neanco con la conversatione di tutta la vita. Altro non ho che dirle se non che le bacio la mano et le prego ogni bene.

[a] *deest, suppletum ex reg. 2* [b] fede *reg. 2* [c] V.S.R[ma] *reg. 2*

N. 185

Petrus Aldobrandini Germanico Malaspina

Romae, 21 XI 1592

Significat se in colloquio cum abbate Campani opinionem de nuntio optimam dedisse, sed eodem tempore exploratum habuisse card. Georgium Radziwiłł invitum ei esse; qua de re Campritium Cornovaglio, procuratorem eius, certiorem fecisse. Animum ei addit et asseverat se ipsum neque amicitia neque auxilio ei

---

[2] *Vide N. 137 ann. 3.*

[3] *Stanislaus Pawłowski.*

[4] *Gulielmus Pole.*

defuturum esse. Gratum ei se esse dicit pro favore sibi in Polonia demonstrando et officia sua in negotiis Polonicis offert, quamvis auctoritatis suae non sint.

Reg.: 1. ASV F. Borgh. II 492 f. 64-64v, ante textum eadem manu: In cifra a diversi. Di mano di S.S.Illma. — *2. BAV Chigi M III 60 f. 81v-82, s.l., non sine erroribus; ante textum eadem manu:* In cifra, *ad finem textus alia manu:* originale di mano del sig. Pietro Ald[obrandin]o.

Quanto passai con l'abbate Campana, fu, perché apportando così l'occasione mi pareva di mancare del debito mio non dicendo quello che sentiva in coscienza della bontà et integrità sua, non per dubio che il sig. cardinal Razivella non amasse V.S.; et quando[a] gli dissi che [b-]ne havrei[-b] fatto testimonio dove fusse occorso, lo dissi per il medesimo rispetto et per mia satisfattione, et non per far torto all'ingenuità et integrità sua. Et refersi il tutto al sig. Campritio[c][1] confidentemente, non curandomi che ella lo sapesse, sì perché quel che io fo per servitio degli amici et per iscarico mio non mi curo che essi lo sappino, come anco sapendo che lei, stando in cotesto offitio, non ha da pensare se non alla satisfattione di N.S. Però non si dia di ciò travaglio et non pensi a quel che io faccio, perché nessuna cosa mi ritirarà dal servitio suo et nessuna mi farà far cosa che non convenga, né meno darò occasione agli amici che la faccino, massime in queste materie di servitio di Dio et di N.S.[d]

Quel che ella dice di voler far sì che di tutto s'habbia obligo a me costì, essendo ella in possesso di favorirme[2], non me ne maraviglio, ma le ne tengo obligo. Pure stando le cose nella maniera che si trovano hora qui, mi bastarà che ella facci fede, dove bisognarà, che ancorché i negotii non siano in mano mia propria[3], non mi mancherà occasione di servir chi devo in quelli istessi, et che lo fo volintieri. Il tutto se ha da conformar però sempre con la satisfattione di N.S.[e] Il resto passa benissimo, però speri in Dio et stia allegramente, essendo certa che io desidero di servirla.

[a] se io *reg. 2* [b-b] quando non havessi *reg. 2* [c] Campiccio *reg. 2* [d] papa *reg. 2* [e] *sequitur* con il che fo fine *reg. 2*

N. 186

[Petrus Aldobrandini] Germanico Malaspina

Romae, 22 XI 1592

---

[1] *Campritius Cornovaglio.*

[2] *Vide N. 141 p. 233.*

[3] *Post divisionem officiorum in secretariatu pontificio administrandorum m. septembri a. 1592 negotia Polonica Cinthius Aldobrandini gerere coepit, vide p. XXXV et N. 30 ann. 1.*

Eius epistulam sibi redditam esse confirmat et exoptat, ut nuntius aliquando de negotiis expediendis eum edoceat, quamquam post divisionem officiorum in secretariatu pontificio administrandorum haec ad auctoritatem suam iam non pertinent. Responsum ad litteras eius notis secretis scriptas adiungit.

***Reg.**: ASV F. Borgh. II 475 f. 11, nomen auctoris deest, ante textum eadem manu:* Di mano di S.S.Illma, *in margine alia manu:* vedi t. D.50 al segno I.
***Summ., Exc.**: B. PAN Kr. 8389 (TR 48) f. 23.*

Ho ricevuto la lettera di V.S. delli 3 d'ottobre[1] con la dichiaratione del re[2]; il tutto mi è stato gratissimo, assecurandola che non posso ricevere maggior consolatione che sentir nuova che ella stia bene. Potrà continuare di scrivermi qualche volta, ancorché non habbiamo a trattare de negotii, al che bisogna accomodarsi per satisfare a N.S., se bene delli suoi negotii che si tratt[ano con^a^] S.S^tà^ ne sono sempre partecipe. Per il che haverò occasione d'impiegarmi in ser[v^a^]itio suo; et in vero del ripartimento della secretaria haverei havuto ogni satisfattione se ella havesse havuto a negotiar meco, perché del resto ogni cosa è passato et passa benissimo. La risposta della sua cifra sarà con questa[3]. Et non occorrendomi altro, me le offero di buon cuore.

[a] *partim destructum*

N. 187

Germanicus Malaspina Hieronymo Rozrażewski, epo Cuiaviensi

Varsaviae, [a]-22 XI[-a] 1592

Gaudium expromit Nicolaum Kostka novum abbatem Pelplinensem legitime constitutum esse, dolet vero propter discordiam de illo monasterio intercedentem. Mentionem facit de ordinationibus servatis ad distributionem proventuum mensae capituli Vladislaviensis pertinentibus, de postulationibus Benedictinarum Culmensium atque de 300 ducatis Hungaricis litterisque Maximiliano Przerębski, sororis eius filio, tradendis. Dicit, qua de causa diebus festis natalibus Domini ad eum venire non possit.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 14-14v.*

De abbate Peplinensi *[s]* canonice instituto[1] sane gratulor. Doleo autem, quod

---

[1] *Vide N. 141.*
[2] *Vide N. 137 ann. 3.*
[3] *Vide N. 185.*
[1] *Nicolaus Kostka, ca 1564 - 28 II 1610, canonicus Culmensis et Varmiensis atque scholas-*

hostiliter impetantur villae et illius monasterii possessiones collecta militum manu ab iis, qui rectius iure agerent quam armis[2]. Si quid vero hic a me praestari poterit, quod iustam causam foveat, meo officio non deero.

Ordinationes refectionum (ut appellantur) ex proventibus mensae venerabilis capituli observari ex Concilii Tridentini forma[3] et instituto Ill^mi^ et R^mi^ D^ni^ legati de latere[4], S.D^ni^ N., libenter cognovi.

Quod vero mihi commendat postulata virginum Culmensis monasterii[5], nulla certe commendatione apud me egerent, si hic esset, qui me admoneret, quid pro iis facto opus est. Nam etsi olim D^tio^ V.Illma multa cum pietate de illis mecum locuta est, vix in memoria habeo, quid praecipue pro eisdem praestare debeam.

Accepi aureos trecentos Ungaricos a D^onis^ V.Ill^mae^ tabellario, quos Romae d^no^ Maximiliano[6], sororis suae[7] filio[b], a meo procuratore[8] solvi per litteras iussi[9], necnon litteras ad eundem in mearum litterarum fasciculum coniici curavi, ut tuto omnia perferantur.

Quod vero me humane invitat, ut his diebus festis natalibus D^ni^ N. apud D^onem^ S.Ill^mam^ divertere velim, cum iam iter ad ecclesiam suam cathedralem susceperit, cuperem equidem et libenter accederem ad fruendum humanitate et prudentia D^onis^ V.Ill^mae^, nisi a S.R.M^te^ publicae utilitatis gratia non recedere statuissem, siquidem accidere multa soleant, quibus si adsim, melius cum ecclesiasticis rebus atque politicis agi posse spero. Bene valeat D^tio^ V.Illma meque sui studiosissimum semper habeat.

[a-a] 10 calendas decembris *reg.* [b] *suprascriptum*

---

ticus Vilnensis; abbas Pelplinensis a conventu commissariis episcopi Cuiaviensis praesentibus die 29 X 1592 electus, a quo episcopo die 15 XI 1592 hanc abbatiam in commendam obtinuit usque ad tempus professionis praestandae (10 V 1598) et investiturae obtinendae (20 I 1599); post mortem Petri Kostka epi dioecesis Culmensis a. 1595 administrator, epus Culmensis a. 1610 nominatus (Sigismundus III conventui Pelplinensi, Varsaviae 25 X 1592, B. Cz. 95 n. 31; Antoni Liedtke, PSB XIV 352 sq.; Czaplewski 423 ann. 3, 425 sq. et passim; Glemma 146).

[2] *Cf. N. 179 p. 290.*

[3] *Sessio 21 cap. 3.*

[4] *Card. legatus Hippolytus Aldobrandini documento Bendzini die 4 III 1589 edito Hieronymo Rozrażewski potestatem distributionem proventuum ad mensam capituli Vladislaviensis pertinentium pro canonicis apud ecclesiam cathedralem residentibus et divinis officiis participantibus tantum ordinandi concessit (Czaplewski n. 1014 p. 347–348).*

[5] *Monasterium Benedictinarum Culmae saeculo XIII conditum et a Magdalena Mortęska abbatissa, 1554–1631, reformatum (Anna Borkowska, EK II col. 256 sq.; Karol Górski, PSB XXII 6–8).*

[6] *Maximilianus Przerębski.*

[7] *Anna Przerębska nata Rozdrażewska.*

[8] *Campritius Cornovaglio.*

[9] *Cf. N. 163.*

N. 188

Stanislaus Karnkowski, aepus Gnesnensis, Germanico Malaspina

Lovicii, [14–23 XI 1592]

Eum certiorem facit se a card. Andrea Báthory invisum esse, quem admonuisse, ut magis secundum normas ecclesiasticas viveret, vocationem suam in maiore existimatione haberet atque sacros ordines acciperet. Notum facit illum cardinalem de Sigismundo III rege minime esse contentum, inimico etiam animo erga card. Georgium Radziwiłł esse; metuit igitur, ne scandalum aliquod inde exoriatur.

***Reg.**: B. PAN Kr. 1884 n. 496 p. 590–591, s.d.*

Cop.: 1. ASV F. Borgh. III 96 D f. 211, dorsum f. 218v, initium et finis textus deest, s.d. — 2. BJ Przyb. 181/51 f. 12–12v. — 3. B. Cz. 2254 p. 34. — 4. BUWr Akc. 1949/438 Steinwehr I f. 242. — 5. B. PAN Kr. 8626 n. 499 f. 588.

Nota: Dies intra terminum post quem et ante quem constituitur ex mentione in hac epistula obvia, qua mentione edocemur card. Andream Báthory Lovicii die 14 novembris fuisse, constituitur ex N. 191 quoque, quo ad illam epistulam responsum est.

Facio libenter, ut nullam occasionem, quaecunque se ad scribendum ad Ill^mam^ D^onem^ V. offert, praetermittam: hoc enim singularis meus erga illam amor postulat, qui talibus officiis, quasi quadam irrigatione, maius indies sumit incrementum.

Ill^mus^ D^nus^ cardinalis Bathoreus 18 calendas decembris[1], eundo Varmiam, ad me deflexit, habitus est pro sua dignitate. Sed ut multa confidenter, ut visus est, suis de rebus mecum contulit, ita vicissim admonitus a me libere pro mea consuetudine fuit, ut institutum ecclesiasticum maiori, quam appareret, studio et diligentia tueretur omniaque ab eo abhorrentia consectari desineret, atque totum animum ad vocationem, in quam vocatus esset, tandem aliquando revocaret; delatum se ad me inique sermonibus malevolorum prolixe ostendit. Caeterum de ordinibus sacris, quod a me maxime urgebatur, nihil definiti respondit, rediturum se ad me pollicitus. De Ser^mo^ rege omnino contentus non est, in Ill^mum^ autem D^num^ cardinalem Radzivilum[a] offensum et plane hostilem gerit animum. Lenire, quantum potui, sum conatus, sed metuo, ne grave aliquod scandalum in Ecclesia Dei inde proveniat, quod nobis omnibus et in primis Ill^mae^ D^oni^ V. summae curae esse debet; quinimo censerem, ut et S.D^nus^ N. mature suam authoritatem hac in re interponat. Haec habui, quae in praesentia Ill^mae^ D^oni^ V. scriberem. Cui firmam et diuturnam exopto valetudinem omniumque consiliorum et actionum felicem eventum.

[a] Radzivilium *cop. 1*

[1] *Die 14 novembris.*

N. 189

Germanicus Malaspina Hieronymo Rozrażewski, epo Cuiaviensi

[Varsaviae], [prob. 23 XI] [1592]

Ei blanditur simulque de sua deditione et desiderio, ut amicitia inter eos conservetur, edocet; exoptat etiam, ut in litterarum commercio cum eo remaneat atque de negotiis Regni consilium cum eo communicet.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 13v-14, s.l.d.; non est asservatum nisi initium textus, sub quo eadem manu:* Ut in proxima de Ser^mo^ rege etc.[1]

***Nota**: Haec epistula in manuscripto collocata est inter textus, in quibus dies 23 XI (*9 calendas decembris*) 1592 ascripta est.*

Tantum singulari D^onis^ V.Ill^mae^ pietati debeo, multa cum prudentia atque in me benevolentia coniunctae, ut scribendi officium intermittere vix queam, quo tester me maximi facere D^onis^ V.Ill^mae^ iudicium, in rebus praesertim ad hoc nobilissimum Poloniae Regnum pertinentibus, et ut quantum sim D^oni^ V.Ill^mae^ devinctus, appareat; decetque mea sententia mutuis officiis ratione nostri communis ministerii non pati, ut amoris iter inter nos interrumpatur, veris fundamentis amicitia inter nos contracta nitatur. Quare decrevi, quicquid audiverim, quod praesertim ad regni huius incolumitatem spectet, cum Illma D^one^ V. tanquam mecum ipse vel cum aliquo S.D^ni^ N. studiosissimo communicare sicuti nunc ipsum.

N. 190

Germanicus Malaspina Bernardo Maciejowski, epo Luceoriensi

Varsaviae, ^a^-23 XI-^a^ 1592

Diligentiam et studium eius in negotiis religionis laudat eiusque consilium synodum dioecesanam convocandi approbat.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 14.*

Ex D^onis^ V.R^mae^ litteris a R^do^ patre Sobolio[1] mihi recentissime redditis mag-

---

[1] *Vide N. 182.*

[1] *Gaspar Sobolius, in oppido Pyzdry ca a. 1548 natus, Societatem Iesu die 23 III 1567 est ingressus, die vero 6 VI 1592 dimissus est; postquam e collegio Olomucensi discessit, in Poloniam m. iulio a. 1592 venit et ad Ludovici Maselli, provinciae Polonae praepositi, arbitrium se fingens ad Bernardum Maciejowski se contulit, qui ei* pinguem parochiam *assignavit (Ludovicus Maselli Claudio Acquaviva, ex oppido Chodel 30 VII 1592, Cracoviae 22 IV 1593, ARSI Germ. 170 f.*

nam sane percepi delectationem, cum pietatis studium singulare D^onis V.R^mae manifeste significarent. Quod etsi agnoscere mihi non fuit novum, iucundum accidit tamen in dies aliquid profici intelligere, in iis praesertim, quae ad Dei cultum et animarum salutem pertinent. Opto quidem summa cum foelicitate dioecesanam synodum peragi, de qua ad me scripsit D^tio V.R^ma, postquam ex praeteritis laboribus fuerit recreata[2], quos scio etiam pro Christianae Reipublicae utilitate posse a D^one V.R^ma repeti, siquidem in solicitudine praeesse pastorem valde deceat, ne quod pastoralis vigilantiae fidei concreditum est, eiusdem negligentia pereat. Mea vero opera licet utatur D^tio V.R^ma, quotiescunque occasio postulat, inservire enim D^oni V.R^mae et caeteris sui similibus nunquam sum recusaturus, quam interim optime valere desidero.

[a-a] 9 calendas decembris *reg.*

N. 191

Germanicus Malaspina Stanislao Karnkowski, aepo Gnesnensi

Varsaviae, [a-]23 XI[-a] 1592

Approbat reprehensionem, quam is card. Andreae Báthory de administratione dioecesis illi commissae fecit. Sollicitudinem suam non celat, quod ille hostiliter animatus erga card. Georgium Radziwiłł sit, et rogat, ut se hac de re certiorem facere pergat. Significat Turcas Petrum palatinatu Moldaviae pepulisse et Aaron in locum eius posuisse.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 14v–15.*

Perhumane facit Illma D^tio V. de more suo ad me amanter scribens. De Illmo D^no cardinale Batthoreo, quod recentissimis litteris ad me suis mihi narrat[b1], libenter accepi eundem nimirum pro prudentia D^onis V.Ill^mae fuisse admonitum, quando postremo Lovicii fuit, quid ei facto opus sit, ut provinciam sibi a Deo demandatam recte administret. Sed nescio, quid sollicitudinis mihi iniectum est verba illa legenti: „In Ill^mum cardinalem Radzivilium offensum et plane hostilem animum gerere". Metuendum enim est, ne aliquid scandali in Ecclesia Dei ex eiusmodi dissensionibus inter illos pessimo cum exemplo exoriatur. Etsi D^tio V.Illma arcano mecum communicaret, quae praecipue communicanda censeret, huic nascenti morbo aliquod remedium adhibere me posse putarem. Quod si licere ducat,

---

204v, aut., Germ. 171 f. 138, or.; EWJ 628; Lukács: Catalogi 528, 786 et passim).

[2] *Synodus dioecesana Luceoriensis, cuius convocandae consilium Bernardus Maciejowski tunc cepit, demum diebus 19–20 I 1597 celebrata est (Sawicki III 17).*

[1] *Vide N. 188.*

ut me certiorem facere velit, valde rogo. Non enim patiar, ut ullum officii genus, quod ad talem causam pertineat, a me desideretur.

Ex Moldavia quod narrem D^oni V.Ill^mae, hoc habeo. Turcarum bassa[2] ad eam regionem accessit cum equitibus triginta millibus, et ex illo principatu expulso Petro[3] in eundem Aaron[4] induxit. D^onem V.Ill^mam firma et optima valetudine diutissime uti valde cupio.

[a-a] 9 calendas decembris *reg.* [b] *lectio incerta*

N. 192

Germanicus Malaspina card. Andreae Báthory

Varsaviae, [a-]23 XI[-a] 1592

Notum facit se litteras Cinthii Aldobrandini, summi pontificis sororis filii, ei dare, in quibus ille magnum desiderium exprimit, ut cardinalis Ecclesiae utilitatis promovendae et pacis in Polonia restituendae curam capiat. Suam deditionem ei declarat atque rogat, ut summi pontificis consiliis obtemperare velit.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 15–15v.*

Summopere cum S.D^nus N. cupiat ob multam animi sui propensionem erga D^onem V.Ill^mam familiamque suam totam ea praestare, quae D^oni V.Ill^mae grata in primis esse possint, Ill^mus D^nus Cinthius Aldobrandinus, S.D^ni N. ex sorore[1] fili[us[b]], ad me has litteras misit, quas reddendas D^oni V.Ill^mae diligenter curarem[2], quibus ostenderet, quam valde cupiat, ut sedatis omnibus animi affectibus huius regni tranquillitati et quieti incumbatur a D^one V.Illma, quae generis claritate, opibus et clientelis maximis cum[c] valde polleat, iisdem si utatur in promovendo ea, quae ad Dei cultum, ad Ecclesiae utilitatem et Polonorum hominum incolumitatem pertineant, rectius et laudabilius cum D^one V.Illma actum iri longeque maiorem gloriam posse consequi optimis consiliis S^tis S. obtemperando, quam si aliquod aliud egregium facinus immortali gloria dignum perpetraret; quam quidem grati animi significationem[d] tanti facturus[e] videtur, quanti res gravissimi ponderis maximique momenti facienda sit.

De me ipso autem quid dicam, non habeo, nisi citare me testem locupletissimum Ill^mum D^num Regni Poloniae cancellarium, D^onis V.Ill^mae affinem, de iis omni-

---

[2] *Veli (Ali) aga, ostiarius (Turc. kapydży) bassa (Veress: Documente III n. 220 p. 313–315).*

[3] *Petrus VI Cosacus.*

[4] *Aaron Tyrannus.*

[1] *Iulia Personeni de gente Aldobrandini.*

[2] *Vide N. 175 ann. 10.*

bus, quae dixerim vel fecerim ob studium meum erga D^onem^ V.Ill^mam^, cuius humanitati atque animi magnitudini tantum debere me fateor, ut perpetuo sim sibi devinctus futurus[f]; quare pro hac animi mei erga D^onem^ V.Ill^mam^ observantia oro atque obtestor, ut S.D^ni^ N. prudentibus consiliis, quae ab optima illius mente et syncero animo proficiscuntur, obtemperare velit, quod si fecerit, ut pro sua prudentia et pietate facturam mihi persuadeo, fructus maximos virtutum suarum percepturam confido. D^oni^ V.Ill^mae^ manus deosculans[g] incolumitatem diuturnam cum animi tranquillitate precor.

[a-a] 9 calendas decembris *reg.* [b] *recisum una cum margine folii* [c] *suprascriptum* [d] *sequitur expunctum* se [e] *correctum ex* facturum [f] *ascriptum supra expunctum* sit iudicatura [g] *correctum ex* deosculatus

N. 193

Card. Georgius Radziwiłł Germanico Malaspina

Ex Szydłowiec[1]*, 24 XI 1592*

Causas enumerat, cur paucis solum diebus post Sigismundo III regi eique nuntium de Nicolai Christophori Radziwiłł, fratris sui, consilio ad legationem Romanam pertinente tradere possit. Significat se valetudine infirma uti et mentionem facit de suo in oppidum Szydłowiec adventu. Gratias ei agit pro novitatibus prolatis, alias quoque Roma proficiscentes requirit. Refert deinde de domo ei Cracoviae conducenda, de card. Andreae Báthory transitu, tandem de Stanislao Karnkowski, aepo Gnesnensi, motus inter nobiles Polonos excitante. Laetatur nuntium una cum rege Cracoviam venire intendere. De se profecturo ad caerimoniam funeris fratris sui Alberti atque de superioribus propositis certiorem eum facit.

Ps. Commemorat de sui morbi impetu incurrente.

***Aut.**: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 15-15v, margo folii laesus est; in dorso (f. 16v), in summario in cancellaria nuntii confecto, alia manu:* Tutta di sua mano[a]; e che 'l cardinal Battoreo, sendo passato per casa sua, era passato incognito, ma la sua gente alla scoperta[b].

***Summ., Exc.**: B. PAN Kr. 8408/I (TR 68) f. 1.*

Io non sono cossì negligente né cossì puocho ricordevole, tanto dei commandamenti di S.M^tà^ quanto di quello che V.S.R^ma^ mi ha commesso, che non havesse[c] avisato un pezzo fa et S.M^tà^ et V.S.R^ma^ de[l[d]] negotio di questa legatio-

[1] *Szydłowiec, oppidum in palatinatu olim Sandomiriensi ad meridiem occidentemque a Radomia situm, in cuius possessione Nicolaus Christophorus Radziwiłł „Orbus", card. Georgii frater germanus, erat.*

ne romana[2] se prima di adesse *[s]* l'havessi potuto fare. Ma perché doi o tre giorni sono solamente che io ho havuto la risposta dal mio fratello[3], m'ha bisognato necessariamente spettar fin a questa hora, quando ho havuto poi[e] tal risolutione che bisogna che io anchora studii[f] sopra. Onde non la posso mandar prima che fra tre o quatro giorni, tanto più che insieme io ho da avisar S.M[tà] di alcune altre cosse che riccercano un puocho di tempo, il quale poi si fa più lungho per le mie infirmità, che mi sono sopragionte. Io comminchio pagar bene i disag[ii[d]] de la dieta[4], perché oltra la podagra e chiragra, che da spessissimo mi pacchio, ho buscato su anchora un puocho di quartana, per la quale, col consiglio del medico, per purgar un puocho l'humor melancholico, già che adesse difficilmente si possono pigliar medicine, sono venuto fuora a mutar l'aria per doi o tre dì qui, a un luogho del duca mio fratello, sei leghe da casa mia[5], con occasione anchora de la partita de la duchessa, vedova del sig. marescial mio fratello[6], che sia in gloria, la quale ho accompagnato fin qui.

Ringratio a V.S.R[ma] dei avisi che mi da; haverei visto volentir *[s]* anchora qualcossa di Roma, perché da poi che sono partito di Vars[avi]a, non ho havuto pur un iota de là.

De la casa per V.S.R[ma] scriverò volentir al canonico, ma non so qual sia, e qui da nissiuno posso intendere. Sono bene doi canonici appresso di me, ma non mi pos[so[d]]no dar informatione nissiuna. V.S.R[ma] me potrà avisar, per il comornicho che mandarò adesse, con la detta risolutione.

Il cardinale Bathori è passato anchora da casa mia, ma incognito, la sua gente e cavalli passorno bene a la scoperta, ma fuora dei muri de la terra.

Mons. arcivescovo[7] veggo che comminchia dar la colpa a la nobiltà del discontento de la dieta, Dio voglia che non sia lui che muove ste cosse; et ben bene che V.S.R[ma] gli tenga l'occhio adosso, perché me par d'intender che comminchia far de le baie di nuovo. Qui è quieto ogni cossa.

Me piaccie *[s]* che S.M[tà] venghi a Cracovia, perché potrò con questa occasione goder anchora la presenza di V.S.R[ma], se bene veggo che mi si differirà un puocho questa consolatione, perché è forza che io mi trovi al tempo del sotteramento del mio fratello, che sia in cielo, a Vilna, che si farà alli 26 di gennaro. Credevo di poter fuggir sto viaggio, ma le cosse communi[g] di casa nostra, et in particolare quelle del fratello defonto, de cui heredi[8] sono io tutore, lo

---

[2] *Cf. N. 167 et 178.*

[3] *Nicolaus Christophorus Radziwiłł „Orbus".*

[4] *Sermo est de comitiis inquisitionis praeteritis.*

[5] *Bodzentinum (Bodzentyn), oppidum et residentia episcoporum Cracoviensium septentrionem orientemque versus a Kielce sita.*

[6] *Anna Radziwiłł de gente Kettler, 1567 - 29 IX 1617, Gotthardi, Curlandiae et Semigalliae ducis, et Annae Megaloburgensis filia, Alberti Radziwiłł marescalci uxor a 12 I 1586 (Henryk Lulewicz, PSB XXX 383 sq.).*

[7] *Stanislaus Karnkowski.*

[8] *Illo tempore duo filii impubes Alberti Radziwiłł vivebant: Barbara, 1590–1614, et Ioannes Albertus, 1591–1626 (Henryk Lulewicz, PSB XXX 139).*

vogliono in ogni modo, tanto che spero di incontrarme con S.M[tà] per viaggio o trovarla anchora a Vars[avi]a, dissegnando io di partirmi, si[h] a Dio piacierà, doppo l'Epiphania subito, o di Crac[ovi]a, dove, se non è più che gran[e] pericolo [i-]di peste, che hormai par che comminchi calare[-i], vorrei andar con puochi per le feste di Natale, o veramente anchora dritto di qua. Faccia Dio che, in qualunche luogho serà, io rivegga V.S.R[ma] con buona sanità, a la quale mi raccomando con ogni affetto.

[Ps.] Adesse adesse mi sopragiongie il parosismo.

[a] *sequitur penitus expunctum* io non ho possuto cavare altro di notabile se non che vessatione *[?]* esso comminciaria a pagare [b] *sequitur penitus expunctum* per esser sì lunga lettera di cattiva maniera, si può legger *[?]* [c] *ita aut. pro* havessi [d] *decrementum chartae* [e] *suprascriptum* [f] *ita aut. pro* studi [g] commune *aut.* [h] *ita aut. pro* se [i-i] *ascriptum in margine*

N. 194

Germanicus Malaspina Cinthio Aldobrandini

Varsaviae, 25 XI 1592

Ad epistulam die 22 octobris datam se revocans, in qua significavit de Varsaviam adventu cursoris a legato Turcico in Transilvania commorante missi, refert Turcas exercitusque Sigismundi Báthory principis in Moldaviam ingressos esse, qui Petrum palatinum a munere suo depulerunt et in eius locum Aaron posuerunt; in aula regia opinionem currere Turcas eo modo egisse, ut celarent pristina proposita Poloniam invadendi, si solum Sigismundus III rex de ea discessisset (quam rem iam primum Attilius Amalteo nuntius notam fecit), si domus Austriaca negotiis Polonicis se immiscuisset (quod timore itidem Ioannem Zamoyski cancellarium afficiebat) et intestini tumultus hoc in regno essent exorti. Variis e partibus affluentes voces rem confirmare dicit. Asserit Attilii Amalteo de periculo imminente indicium, regi prolatum et ab hoc secreto nonnullis nobilibus viris patefactum, ad exitum comitiorum Regni vim magnam habuisse. Se dolere dicit de Martio Malacrida secretario gravi fractura crurum laborante; cuius usum rerum Regni Poloniae magni aestimat et rogat, ut summus pontifex pro meritis illi satisfacere velit.

C.: 1. BAV Chigi M III 64 f. 110-111, in f. 111v manu Matthaei Argenti: Dicifrato 8 gennaro 1593; consegnato a l'Ill[mo] sig. Cintio[1]. — *2. BAV Chigi M III 64 f. 112-113, s.l., in f. 113v manu Matthaei Argenti:* Dicifrato. Receuto 7 gennaro 1592 *[s], alia manu:* Duplicato.

***Dec.**: ASV F. Borgh. III 96 D f. 116-117, dorsum f. 117v.*

***Reg.**: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 85v-86v, s.l., in praescriptione:* Cifra.

---

[1] *Cinthius Aldobrandini.*

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 138v-140. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 186-189v. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 219v-223. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 90-91. — 5. ASV F. Pio 133 f. 198-200.

Ed.: Veress: Documente III n. 222 p. 316-318, ex cop. 1, textu inde a secundo lineae versu omisso.

Con le mie delli vinti doi del passato diedi raguaglio alla S^tà^ di N.S. come era capitato un chiaus[2] in Transilvania, et haveva mandato qua un suo sotto pretesto di lamentarsi che alcuni signori Polachi[a] havessero favorito un Pietro, voivoda di Moldavia[3], et che S.M^tà^ credeva che esentialmente l'huomo inviato alli comitii fosse venuto per esplorare lo stato di essi[4]. Dopo si è inteso per cosa certa che nell'istesso tempo comparve un bascià[5] in quelle parti con trenta milla cavalli et buon numero de' giannizzeri, con li quali si unirono ancora da cinque milla Ungari posti in ordine dal Transilvano; et andorno insieme verso Moldavia, dando voce di essere venuti per levare di possesso il sudetto Pietro, come poi fecero, ponendo in suo luoco un Aron[b6]. Et perché qui sano che il Turco ha suprema auttorità nel levare et porre in quelle provincie li voivodi, et sono informati che nel rimovere Pietro non comparve se non poco numero de' Ungari, si sono però confermati ne la opinione conceputa che sotto tanto apparato si nasconesse qualche altro più rilevante misterio. Onde tengono che l'aviso dell'Amalteo[7] non fosse punto apocrifo[b], et che se la M^tà^ S. partiva o li Austriaci havessero fatto qualche motivo, o vero se fussero suscitate alcune intestine et domestiche discordie, il Turco sarebbe intrato nel Regno. Ma che havendo egli havuto relatione che né S.M^tà^ era in procinto di partire, né casa d'Austria innoverà[c] cosa alcuna, né nel Regno erano discordie che potessero alterare la pace et quiete d'esso, mancando perciò pretesto apparente[b] [al bascià[d]] d'entrar nel Regno, et in spetie il principale delli Austriaci, per il quale per ragion di stato il Turco si era mosso a inviarlo, le parve di haver conseguito il suo intento, et da l'altro canto anco il canceliero[b] si vedeva libero dal timore di[e] cadere in mano di quei principi, né si fidava molto[b] del cervello de alcuni parenti del Transilvano, presero perciò l'uno et l'altro de loro assai astuto partito acciò che l'intento che havevano havuto non si scoprisse, et fu di versar la piena adosso a quel infelice di Pietro, quale con un semplice ordine potevano rimovere. Et perché l'aviso è [f-]verissimo, per essere[-f] comparso qua un suddito di S.M^tà^, citadino di Danzich, ch'è venuto da Constantinopoli con l'esercito turchesco, insieme con certi Inghlesi, ai quali io ancora ho voluto parlare, et si sono anco ricevute lettere di Transilvania et di Moldavia in conformità, la M^tà^ S. m'ha

---

[2] *Mustafa czaussius, qui die 18 septembris Sigismundo Báthory principi epistulam a Murado III sultano datam porrexit (Veress: Documente III n. 210 p. 302-303).*

[3] *Petrus VI Cosacus.*

[4] *Vide N. 160 p. 260-261.*

[5] *Veli aga.*

[6] *Aaron Tyrannus; cf. N. 191.*

[7] *Vide N. 72 p. 115; cf. N. 89 p. 134, N. 102 p. 169.*

però ringratiato grandemente per haverle io comunicato questa così periculosa trama quando l'Amalteo lo conferì meco, con mandare a[g] S.M[tà] il Malacrida[b], secretario del cardinal Radivil. Dal che ne nacque che dando[h] parte S.M[tà] de l'aviso in secreto, senza dire da chi l'havea inteso, alli capi della Maggior Polonia et a quelli che hanno beni et dominii alli confini, de quorum interesse principalmente si trattava, hebbero poi l'occhio aperto nella dieta acciò non nascesse scandalo né novità alcuna; né allhora mancorno di quelli che sospetavano che l'artefice di tutto questo motivo fosse stato il canceliero, et però se alienorno li animi d'alcuni da lui, cosa che apportò non puoco giovamento.

Sia lodato il Signore, veramente Padre di misericordia et Dio d'ogni consolatione, che ha liberato questo regno da così imminente pericolo, et ha voluto che S.M[tà] et il Regno habbiano da riconoscere questo benefitio dalla S[tà] di N.S. per mezzo de' suoi ministri. Solamente mi è infin all'anima doluto che il povero sudetto secretario, nel ritorno che faceva da S.M[tà] [i] per venirmi a ritrovare a fine di darmi la relatione del suo negociato con il re, si ruppe nel camino tutte due le gambe in modo che ne restarà un poco impedito. Et a me pare di esserne quasi stato causa, onde ne sento maggior dolore delli altri, se bene la M[tà] S. s'è ne anco doluta assai. Tuttavia perché con la rottura delle gambe non ha perduto il cervello, né la molta esperienza che ha delle cose di queste provincie, ognuno di noi si è prevaluto del suo consiglio, et perciò spero che essendo causata la sua disgratia per causa publica, la S[tà] di N.S. sia per compatirgli con sollevare il suo afflitto stato con qualche gratiosa remuneratione.

[a] *ita c. 2 et reg.*, Moldavia *c. 1*, di Moldavia *dec.* [b] *subducta linea notatum* [c] innovava *c. 2 et reg.*, innoveria *dec.* [d] *deest c. 1 et dec., suppletum ex c. 2* [e] *sequitur expunctum* non [f-f] *subducta linea notatum* [g] *suprascriptum* [h] *sequitur expunctum* ne [i] negotii *dec.*

N. 195

[Card. Hieronymus Mattei] Germanico Malaspina

Romae, 27 XI 1592

Sollicitudinem Stanislai Karnkowski, aepi Gnesnensis, ei notam facit, qui apud summum pontificem questus est de multis dispensationibus super pluralitate beneficiorum curatorum ac incompatibilium obtentorum ab Hannibale de Capua olim nuntio concessis, qua de causa ecclesia cathedralis Gnesnensis debito servitio divinoque cultu destituta est. Ei igitur praecipit, ut elenchus ei mittat eorum, quibus huiusmodi facultas sit concessa.

Reg.: ASCC LL 8 f. 128-128v, nomen auctoris deest.

Nomine archiepiscopi Gneznensis[1] expositum fuit S.D^{no} N. archiepiscopum Neapolitanum[2], dum in isto regno apostolicum nuntium gereret, ex Sixti V concessione cum multis dispensasse, ut plura beneficia curata et incompatibilia obtinere in unoque residere atque in alio per vicarios deservire possent[3], ideoque factum esse, ut sua cathedralis ecclesia debito servitio divinoque cultu destituta fuerit, cum plures alibi quam in metropolitana sua ecclesia ex ea facultate resideant. Qua re a S.D^{no} N. audita iussit S.S^{tas} per me ad Amp^{nem} T. scribi, ut nomina eorum omnium, quibus huiusmodi facultas concessa fuit, descripta mittat, et praesertim eorum, si qui sunt, qui ex huiusmodi dispensatione beneficia simul et in ipsa ecclesia Gneznensi et in aliis cathedralibus obtineant, ut veritate facti distincte cognita, quod magis expediat, S^{tas} S. maturius ac consultius constituere valeat[4]. Quod Amp^{do} T. pro sua fide et diligentia quamprimum exequetur et bene valebit in Domino, cuius gratiae cumulum illi ex animo precor.

N. 196

[Cinthius Aldobrandini] Germanico Malaspina

Romae, 28 XI 1592

Dicit se litteras eius recepisse mentionem faciens de dato, quod una in epistula deficit, et de longo scripto cifrato. Refert summum pontificem laetari, quod comitia felicem exitum habuerint, eum laudare et operam dare intendere, ut condiciones concordiae inter Sigismundum III regem et Ioannem Zamoyski cancellarium factae observentur. Eum certiorem facit brevia ad hanc rem spectantia ei missum iri, quam eius curae etiam committit. Scribit deinde de voluntate regem adiuvandi in eius conatibus ad Sueciam pertinentibus et sperat fidem catholicam brevi tempore ibi restitutum iri. Nuntio mandat, ut cancellarium occasione oblata modo idoneo ad agendum pro bono utilitateque regis adhortetur, quo hic coronam Sueticam obtinere possit, atque ut bona ab ea re Polonis manantia illustret.

***Reg.**: 1. ASV F. Borgh. III 18 f. 41v-43, nomen auctoris deest. — 2. DHI 1 f. 327-328v, nomen auctoris deest.*

---

[1] *Stanislaus Karnkowski.*

[2] *Hannibal de Capua.*

[3] *Vide N. 95 ann. 3.*

[4] *Cf. ASCC LD 7 f. 77:* Gnesnensis. Congregatio Concilii cens[uit] *(die 17 XI 1592)* posse expediri per S^{mi} breve, ut dispensati prout in supplici libello a nuntio *(scil. a Vincentio de Sevé, praeposito Lascensi, nomine Stanislai Karnkowski tum Romae agente)* debeant residere in aliquo ex beneficiis curatis, et si plura curata obtinuerint, in eo, in quo maior animarum cura extiterit; et si aliqui dispensati non obtinuerint curata, sed plura requirentia personalem residentiam, teneantur residere in cathedrali et in reliquis deservire per vicarios.

Si sono ricevute così tardi le lettere de V.S.R^{ma}, che dovevano essere de' 23 del passato[1], per quello che vedemo in altre dell'Illmo Sig. cardinale Radzivil[2], poiché nelle sue il segretario[3] haveva scordato la data; et tanto tempo s'è posto in levare la longa cifra[4] che appena è poi restato spatio di riferirla a N.S., a cui è stato mirabilmente caro il successo felice di cotesti comitii in tempo che appena si poteva sperarlo, et sì come loda l'opra et la prudenza di V.S.R^{ma}, così ne rende a Dio benedetto le debite gratie. Et sarà S.S^{tà} sollecita del mantenimento delle cose assicurate da ambe le parti[5] sotto 'l nome suo, per il qual effetto s'inviaranno la seguente settimana brevi conforme a' ricordi di V.S.[a]; ma perché saria impossibile farlo con questo corriere, doverà ella intanto suplire presso la M^{tà} del re, il gran cancelliere et altri segondo quello che giudicarà convenire, provedendo con tutti i mezzi possibili di fare quella riconciliatione sincera et durabile, a fine che passi con reciproca confidenza, nella quale si vede stare riposta la vera speranza di longa tranquillità et di ben incaminare tutti gl'altri disegni del re, convenendo che non solo S.M^{tà}, ma noi altri ancora pensiamo al Regno di Svetia per non lasciarlo sottoporre al duca Carlo di Sudermania, ch'essendo calvinista[6], si può sperare securamente d'haverlo in breve tempo a fare tutto catolico. Di che con buona occasione doverà V.S.R^{ma} tenere qualche proposito col medesimo cancelliere, animandolo ad accumulare la gloria sua col voltare i pensieri alla conservatione di quel regno, a ciò 'l mondo conosca che tutte l'attioni et l'imprese sue hanno per fine l'accrescimento della religione catolica, la libertà et la grandezza della patria, alla quale potria pur servire a gran cose l'havere un re che possedesse insieme provincie così larghe et così opportune a molti disegni, come sono quelle di Svetia, con la speranza che sotto la medesima Corona fossero per rimanere longamente. I quali concetti poiché a lei non vengono soggeriti dal re, ma semplicemente dall'affetto paterno di S.B^{ne} et dal desiderio ch'ella ha di vedere aggrandita la potenza de' prencipi christiani perch'ella sia poi di terrore et di freno agl'infideli, così potrà ella rappresentarli in modo che gl'altrui interessi non li sminuiscano il credito. Né potendo essere più longo, finisco baciandole la mano et rallegrandomi anco seco privatamente [di[b]] sì valorose attioni.

[a] V.S.R^{ma} *reg. 2* [b] *deest, suppletum ex reg. 2*

---

[1] *Vide N. 159.*

[2] *Vide N. 162.*

[3] *Hieronymus Barboncini.*

[4] *Vide N. 160.*

[5] *Sermo est de conventione inter regem et cancellarium post comitia terminata facta.*

[6] *Cum Carolus Vasa dux in opinionibus suis ad rerum humanarum cultum pertinentibus cum Melanchthone consentiret atque multi suspicarentur illum formulae Calvini occulte addictum esse, tamen orthodoxos Lutheranos favore amplecti non destitit (Garstein 58, 98, 103 sq., 107; Wisner 75).*

N. 197

Stanislaus Karnkowski, aepus Gnesnensis, Germanico Malaspina

Lovicii, 28 XI 1592

Ad litteras sibi 16 novembris datas respondens laudibus extollit dotes animi eius, diligentiam et studium in actionibus pro integritate prosperitateque Reipublicae Polonorum exhibitum. Alacri animo invitationem accipit, ut servitiis alius alii redditis mutuam benevolentiam confirment. Gratum se esse dicit summo pontifici, quod Sigismundum III regem hortetur, ut a proposito Poloniam relinquendi discedat, tamen promissionem ab illo in comitiis factam se coronam Polonam usque ad mortem esse asservaturum ipse non sufficientem esse putat, regem enim voluntatem suae hoc in regno constantis commorationis clare firmiterque ostendere debere; revelat id, quod de rege et bono Reipublicae sentiat. Eum deinde docet de litis progressu de abbatia Pelplinensi, i.e. de repulso impetu militari contra monasterium facto, qui opera Christophori Kliński, ex eo eiecti, fuit. Metuit, ne ob hanc litem, tribunali nuntiaturae ad diiudicandum non traditam, et ob scandalum ex ea exortum iurisdictio ecclesiastica, iam primum debilitata, penitus destruatur et totum ius monasteriorum ad regalem cameram transferatur. Casum Stanislai Orzechowski, a poena ecclesiastica comitiorum decreto relaxati, in memoriam revocat. Timet, ne confirmatione a Nicolao Kostka, novo abbate, Romae obtenta difficultates in Sedis Apostolicae voluntatis exsecutione exoriantur. Ipse restitutionem dignitatis Christophoro Kliński exoptat, ea condicione, ut ille polliceatur se sententiam iudicii ecclesiastici observaturum esse. Exemplum adducit Iacobi de Sienno, qui quamquam a Pio II pontifice maximo episcopus Cracoviensis proclamatus est, propter indignationem Casimiri IV Iagellonidis regis de episcopatu noviter obtento discedere est coactus. Casum etiam Iacobi Uchański commonefacit, qui in possessionem episcopatus Cuiaviensis venit, quamquam Paulus IV pontifex maximus nominationem regiam confirmare noluit. Explicationes impertit ad inimicitiam card. Georgio Radziwiłł a card. Andrea Báthory ostentam spectantes et suam opinionem hac in re pronuntiat; exemplum litterarum card. Báthory adiungit. Genus avium aliud ac perdices ei mittit.

Reg.: B. PAN Kr. 1884 n. 497 p. 591-595.
Cop.: 1. BJ Przyb. 181/51 f. 12v-14v. — 2. BUWr Akc. 1949/438 Steinwehr I f. 242-243. — 3. B. Cz. 2254 p. 34-37. — 4. B. PAN Kr. 8626 n. 500 f. 589-591v.

Magnum addidit Illma D^{tio} V. meo, quo in illam eximie feror, amori stimulum, cum me suaviter et perhumane ad certamen officiorum mutuae benevolentiae litteris 16 praesentis mensis datis invitat[1]. Equidem si iam inde a primo nostro congressu[2] in amorem Ill^{mae} D^{onis} V. pertractus non fuissem candore pri-

[1] *Vide N. 182.*

[2] *Ad primum congressum Stanislai Karnkowski archiepiscopi cum Germanico Malaspina nun-*

mum et sinceritate animi illius, deinde in omnibus dictis et factis constantia et integritate, summa cum prudentia dexteritateque coniuncta, tum insigni reipublicae nostrae studio, pro cuius dignitate et incolumitate Illma D^tio^ V. summa omnium nostrum de sua virtute fiducia perinde desudavit, atque etiam desudare non cessat, ac si noster concivis esset[3]. Denique si plurimae benevolentiae notae plurimis in me officiis aeditae ab illa non fuissent, haec certe sola tam humana et suavis invitatio sat gravis et magna caussa mihi esset cum Illma D^one^ V., magnae dignitatis et virtutis antistite, officiorum vicissitudine certandi. Itaque cum in hoc studium non modo ipse cupidissime ferar, sed etiam impellar quodammodo ab eximia Ill^mae^ D^onis^ V. bonitate, tuebor mea sponte libentissime, et Ill^mae^ D^onis^ V. caussa multo libentius, institutum meum omnibus officiis, quaecunque ad fovendam firmandamque mutuam nostram hanc benevolentiam pertinere arbitrabor. Sed hoc res ipsa probabit.

Magnas porro et habere et agere gratias debemus S.D^no^ N., qui pro sollicitudine sua de regni huius incolumitate sane praecipua hortari dignatus est S.R.M^tem^, ne ullo pacto cogitaret de discessu ex hoc regno. Caeterum isthaec R.M^tis^ promissio mihi etiam, ut meminit Illma D^tio^ V., manu stipulata facta de regno hoc, quamdiu viveret eius M^tas^, retinendo perinde apud me dubia est, atque cum ex comitiis disces[s^a^]issem[4]. Quis enim dubitat velle retinere eius M^tem^ hoc regnum, imo et plura alia pro regio animo, quamlibet in Suecia maneat? At enim firma et perpetua in Regno mansio promittenda esset, si retinere Regnum istaque sollicitudine liberare vellet, non autem simplex et non dubia illius retinendi voluntas. Mea quidem in eius M^tem^ fides et obsequium, dum manet in Regno, semper constabit, sed dum nihil certi de ipsius nobiscum mansione habeo, haud me sane poenitet praetermissi valedicendi officii[5] atque intermissae aliquantum arctioris, qua gaudent alii, familiaritatis et consiliorum secretiorum communicationis. Mihi Reipublicae salus summae, ut debet, curae est, integrumque me illi in omnes occasiones servare volo.

---

tio Lovicii est deventum, ubi is iter Cracovia Varsaviam comitiorum ibi convocatorum causa faciens die 26 m. augusti pervenit, vide N. 106.

[3] *Pariter bonam opinionem, ardoris admirationisque plenam, de nuntii actionibus primas in litteris summo pontifici inscriptis Lovicii die 12 XII 1592 datis expressit:* Excurrit ad me pro sua humanitate familiariter Ill^mus^ D^nus^ episcopus S. Severi Varsovia reddiditque mihi S^tis^ V. litteras — —. Est sane Ill^mus^ D^nus^ S. Severi episcopus fidelissimus et vigilantissimus paternae S^tis^ V. de nobis curae et sollicitudinis minister, tantamque sibi tam apud Ser^mum^ regem quam apud proceres et ordines Regni de sua integritate atque prudentia confidentiam comparavit, ut in gravissimis omnibus actionibus magno hominum favore et sua foelicitate fructuque Reipublicae nostrae sit hucusque versatus, nosque ipsos in nostris pro Ecclesia Dei et Reipublicae tranquillitate laboribus non modo consilio et opera iuvit, sed etiam in multis praeivit, multum ut S^ti^ V. pro tam eximio praesule debeamus. — — *(B. PAN Kr. 1884 n. 499 p. 596–598, reg.; BJ Przyb. 181/51 f. 28v–29v, cop.; BUWr Akc. 1949/438 Steinwehr I f. 243v, cop.; B. Cz. 2254 p. 60–61, cop.; B. PAN Kr. 8626 n. 502 f. 593–594, cop.).*

[4] *In rebus ad Sigismundi III regis declarationem de stabili in Polonia mansione ab eo cogitata factam et ad condiciones eius in Sueciam discessus pertinentibus Stanislaus Karnkowski in comitiis inquisitionis inconstanter se gerebat (Lepszy: Rzeczpospolita 392, 399, 404).*

[5] *De primatis e comitiis discessu sine ultima salutatione regi data cf. N. 160 p. 261.*

De abbatia Pelplinensi hoc accepi. Eiectum illum[6] (ut ita appellem abbatem) armatum cum valida propinquorum et totius fere nobilitatis Prutenicae manu in monasterium illud impetum fecisse; repulsum bis terve, non sine suorum adversariorumque clade[7]. Nunquam meo iudicio ad haec incommoda atque adeo scandala deventum fuisset, si quemadmodum Ill^mam^ D^onem^ V. voluisse memini, de iure eiecti istius cognitum ab ea fuisset. Hoc enim ego video inde secuturum, quod ante triginta annos iurisdictionem nostram ecclesiasticam enervavit aut propemodum evertit, cognitionem nempe in saeculari R.M^tis^ iudicio de processu canonico haud sane ex ecclesiastica dignitate et securitate futuram[8]; metuendumque est, ne in his Reipublicae perturbationibus licentia populari nostrique ordinis odio reliquum, quod perexiguum est, nostrae iurisdictionis concidat totumque ius monasteriorum ad regalem cameram, quemadmodum in Germania factum videmus, quod aliquando a nunciis terrestribus laboratum fuit, transferratur. Magnam, credat mihi Illma D^tio^ V., caussa haec ordini nostro conflavit invidiam, non minorem responsum episcopale durius et acerbius collegio nunciorum universo[9]. Memini ego, dum fuissem in minoribus, cum Dziaduscius, Praemisliensis episcopus[10], ecclesiae suae praesbiterum Stanislaum Orichovium[11], virum nobilem et doctrina eloquentiaque praestantem, ob haeresim et incaestas nuptias diris devovisset infamemque ex praescripto canonum pronunciasset; hunc ipsum Orichovium circumcursasse primores procerum, ut haec ab eo infamia regia authoritate deleretur. Fuit magna in comitiis praesulum cum saecularibus contentio, dum hi constitutiones Regni, quibus honoris famaeque iudicium regi cum senatu tri-

---

[6] *Christophorus Kliński.*

[7] *Cf. N. 179 p. 290, N. 187.*

[8] *Ad huiusmodi rerum statum deventum est, cum in comitiis Petricoviensibus annis 1562–1563 habitis exsecutio sententiarum in iudiciis ecclesiasticis pronuntiatarum a capitaneis peragenda abrogata esset (Jarmiński: Bez użycia 28).*

[9] *De lite de abbatia Pelplinensi ob eius crescentem gravitatem atque asperitatem in comitiis a. 1592 deliberabatur, in quibus m. septembri exeunte et octobri ineunte nuntii terrestres impetum in monasterium factum et Christophori Kliński comprehensionem bis reclamaverunt. Inter senatores clericales, qui sententiam hac de re dixerunt, Hieronymus Rozrażewski, epus Cuiaviensis, et Petrus Kostka, epus Culmensis, fuerunt (Barwiński: Diariusze 1591–1592 p. 249, 269, 398).*

[10] *Ioannes Dziaduski, 1496 - 28 VII 1559, i.u.d., epus titularis Margaritensis et suffraganeus Vladislaviensis annis 1540–1545, epus Camenecensis ab a. 1542, Chelmensis ab a. 1543, denique Premisliensis ab a. 1545 (Jan Kwolek, PSB VI 71–73).*

[11] *Stanislaus Orzechowski, 1513–1566, canonicus Premisliensis annis 1525–1555, parochus in Żurawica prope Premisliam et in Pobiednik prope Cracoviam villis, insuper parochus Sanocensis, officialis et vicarius generalis Premisliensis annis 1547–1548, scriptor politicus et polemicus religiosus. Mense februario a. 1551 Magdalenam Chełmska uxorem duxit, quamobrem ab Ioanne Dziaduski epo de haeresi accusatus, excommunicatus et exsilio publicationeque bonorum damnatus est (8 IV 1551). Auctoritate potentium protectorum nisus in comitiis Petricoviensibus a. 1552 absolutionem unius anni impetravit, quae anno subsequente usque ad tempus causae eius a Sede Apostolica diiudicandae prorogata est. Ex decreto Pii IV ad interim die 5 VII 1561 facto Bernardus Bongiovanni nuntius Stanislaum Orzechowski a caelibatu dispensavit — ea tamen condicione, ut ab officio divino se abstineret — atque poenas ecclesiasticas in eum adhibendas suspendit (PSB XXIV 287–292).*

butum est, acerrime defenderent praesulesque arrogantiae et tirannidis acusarent, contra illi canonicas sanctiones aequitatem eorum ostendentes tuerentur. Irrogatam fuisse infamiam ab episcopo iuste quis negat? Sed ea tamen solutus fuit Orichovius comitiorum decreto. Enimvero inaudivi nunc missam esse peccuniam ad Urbem pro novi abbatis[12] confirmatione; quam ego impetratum iri non dubito, sed hoc providendum est, ne cum indignitate Apostolicae Sedis eius ius atque potestas impediatur; non enim censerem temere Apostolicae Sedis authoritatem populari furori in Regno libero et in illa eius parte, quae paene tota haeresi infecta est, committendam, quinimo id satius foret, quod etiam censebam in comitiis, eiectus ille ut in monasterium, quemadmodum illa poscebat nobilitas, restituatur, accepta ab eo cautione, ut iurisdictioni ecclesiasticae pareat, tandemque iuris strepitu aut in possessione confirmetur aut ea privetur. Maior fuit olim maiorum nostrorum in Apostolicam Sedem devotio quam (proch dolor) nunc cernatur, non omnino tamen dissimile ante centum et triginta annos exemplum contigit, quod in adiuncta scheda ex nostro Cromero[13] descriptum[14] leget Illma D^tio^ V. Manente enim adhuc sacerdotum in Regno primariis collegiis episcopos eligendi iure Iacobus Sennennius[15], vir illustri loco natus, per procuratorum nomine alterius[16] cessionem a Pio II[17] Cracoviensis episcopus renunciatus fuit. Quanquam autem invito et indignante rege Casimiro IV[18] et consecrationis munus in arce paterna accepisset[19] promulgassetque edictum et mandatum maximi pontificis poenale, ut vocant, quo ab Ecclesiae communione arcebantur ii, qui eum pro episcopo Cracoviensi non reciperent, quanquam et legatus apostolicus[20] nomine pontificis apud regem pro eo acerrime egisset, ad implorandamque regis clementiam omnia et per se et per suos propinquos, summae authoritatis

---

[12] *Nicolaus Kostka.*

[13] *Martinus Cromerus (Kromer), 1512 - 23 III 1589, i.u.d., coadiutor Varmiensis ab a. 1569, epus Varmiensis ab a. 1579, vir rerum publicarum peritus, historiographus et rerum contra sacrorum reformationem directarum scriptor (Henryk Barycz, PSB XV 319-325).*

[14] *Vide Cromerus 362 sq., 370 sq.*

[15] *Iacobus de Sienno, 1413 - 4 X 1480, de episcopatu Cracoviensi a Pio II inscio Casimiro IV rege die 24 XI 1560 provisus, quam dignitatem etiam cancellarius Ioannes Gruszczyński a supradicto rege nominatus et vicecancellarius Ioannes Lutkowic (Lutek) de Brzezie a capitulo electus ambiebant; exsilio damnatus ex pacto in conventione Regni Petricoviensi m. ianuario a. 1463 habita facto ius suum ad hoc episcopatum repetere desiit, epus Vladislaviensis ab a. 1464, aepus Gnesnensis ab a. 1474 (Janusz Bazydło, EK VII col. 726; Feliks Kiryk, PSB X 364-367).*

[16] *Thomas Strzempiński, 1398 - 22 IX 1460, vicecancellarius Regni annis 1454-1455, epus Cracoviensis ab a. 1455 (UDR X n. 624; Szostkiewicz 182).*

[17] *Pius II (Aeneas Silvius Piccolomini), 1405 - 15 VIII 1464, summus pontifex a 19 VIII 1458.*

[18] *Casimirus IV Iagellonides, 1427-1492, magnus dux Lithuaniae ab a. 1440, rex Poloniae ab a. 1447.*

[19] *Iacobus de Sienno episcopus Cracoviensis Pinczoviae die 31 V 1461 est consecratus.*

[20] *Hieronymus Lando, ob. post 16 X 1493, Venetus, protonotarius apostolicus et S.R.E. vicecamerarius, aepus Cretensis a 29 III 1458, Pii papae II cum potestate legati a latere nuntius in Polonia annis 1462-1463, patriarcha titularis Constantinopolitanus ab a. 1472 (Drabina 149-170; HC II 139; J. Friedberg 422-467).*

viros, tentasset, cedere[b] tamen episcopatu coactus fuit. Quod prolixius in adiuncta scheda ex nostro Cromero descriptum leget Ill[ma] D[tio] V. Mei quoque proximi antecessoris Iacobi Uchanii[21] factum in hodiernum etiam diem memoratur, qui ex episcopatu Chelmensi ad Cuiaviensem a rege Sigismundo Augusto[22] nominatus, cum propter haereseos suspicionem a Paulo IV[23] confirmationem obtinere non potuisset, volebat enim, ut laicis calix, coniugium sacerdotibus permitteretur officiaque divina omnia lingua vernacula decantarentur. Negata igitur sibi a pontifice maximo confirmatione, summae authoritatis procerum amicitia nixus, possessionem episcopatus adiit more nostro civili, quo nobiles apud nos haereditates vel possessiones aliquas adeunt, per ministerialem (ut vocant) rege Sigismundo Augusto, vel sua sponte vel propter fautorum eius potentiam et multitudinem, connivente[24]. Pius tamen IV pontifex[25], facta per legatos suos de hominis fide et religione inquisitione[26], non modo eum episcopum authoritate apostolica esse iussit, verum etiam ad archiepiscopatum secundum regiam nominationem extulit. Haec non ideo commemoravi, ut non cupiam ecclesiasticam et summi pontificis authoritatem quavis alia potestate antiquiorem esse et summum ubique, ac debet, habere pondus, cupio enim certe et volo, neque desiderabitur in me quidquam, dum vivo, quod ad eius defensionem atque firmamentum pertineat, sed opto, ut in rebus gerendis omnibus columbina simplicitate, prudentia vero serpentina utamur.

Quod scripsi de Ill[mo] D[no] cardinali Bathoreo gerere illum offensum et plane hostilem animum in Ill[mum] D[num] cardinalem Radivilum[27], id ille et verbis et minis a vocatione sacerdotali abhorrentibus ostendit, ita ut vindictae cupiditate flagrare visus fuerit. In caussa est episcopatus Cracoviensis, quem Ill[mus] D[nus] cardinalis Radivilus sciens illi promissum fuisse acceptavit. Ego vero non d[num] cardinalem Radivilum aut R.M[tem], sed illum ipsum sibi tanti damni autorem esse ostendi, sumque hortatus, ut offensas istas ex animo deponeret ordinumque omnium et

---

[21] *Iacobus Uchański, 1502 - 5 IV 1581, referendarius Regni annis 1538–1550, secretarius maior annis 1548–1550, epus Chelmensis prov. 18 XI 1551, deinde Cuiaviensis prov. 2 VI 1561, aepus Gnesnensis prov. 31 VIII 1562 (HC III 164, 204, 336; Szostkiewicz 186 sq.; UDR X n. 853, 929).*

[22] *Sigismundus II Augustus Iagellonides, 1 VIII 1520 - 7 VII 1572, magnus dux Lithuaniae a. 1529 renuntiatus, rex Poloniae vivente Sigismundo I patre a. 1530 coronatus, quo mortuo ab a. 1548 regnabat.*

[23] *Paulus IV (Ioannes Petrus Carafa), 28 VI 1476 - 18 VIII 1559, summus pontifex a 23 V 1555.*

[24] *Vere a. 1559 Iacobus Uchański ad mandatum regium se revocans dioecesim Cuiaviensem ipse administrare atque Missas aliaque divina officia in ecclesia cathedrali Vladislaviensi sicut loci ordinarius omnia iura habens celebrare coepit (cf. Korytkowski: Arcybiskupi 287 sq.; Wojtyska: Papiestwo 120).*

[25] *Pius IV (Ioannes Angelus de Medicis), 31 III 1499 - 9 XII 1565, summus pontifex a 25 XII 1559.*

[26] *Quae quaesitio a. 1560 exeunte et a. 1561 ineunte mandatu Bernardi Bongiovanni nuntii peracta est (cf. Wojtyska: Papiestwo 138).*

[27] *Vide N. 188 et 191.*

consecrationis suscipiendae caussa ad me rediret. Dedit ad me litteras de via, obsequentissimae suae, de qua scripsi Ill^mae^ D^oni^ V., voluntatis testes, quarum mitto exemplum.

Mitto et alterius a perdicibus generis aves, ne nimirum perdices esu continuo sui fastidium adferant. Opto tandem firmam et diuturnam Ill^mae^ D^oni^ V. valetudinem omniumque consiliorum et actionum felicem eventum.

[a] *omissum reg.* [b] caedere *reg.*

N. 198

Card. Georgius Radziwiłł Germanico Malaspina

Bodzentini, 28 XI 1592

Refert de congressu cum fratre suo Nicolao Christophoro et de conatibus a se susceptis, ut illi persuadeat, quo cum legatione ad praestandam oboedientiam Romam se conferat. Notum facit ducem persuasionibus victum precibus Sigismundi III regis satisfacere voluisse, sub nonnullis tamen, quas enumerat, condicionibus. Explicat, cur ipse illas condiciones regi proponat, frater autem suus in litteris ad regem datis causas solum adducere voluerit, quibus impeditus dictae legationi praeesse non posset; rationes affert tarditatis, quacum ei respondet. Significat se litteras ei inscriptas ex Italia perventas et novitates receptas transmittere; pestem Cracoviae grassantem se remittere et ipsum ad dies festos natales Domini ibi se conferre intendere.

Ps. Eum rogat, ne res particulares, quae hac epistula continentur, nuntio excepto ad summam pecuniae a duce petitae pertinente regi patefaciat.

Aut.: *ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 22–23, margines chartarum laesi sunt; in dorso (f. 23v), in summario in cancellaria nuntii facto, alia manu:* lettera di mano del cardinale, V.S. forse la saprà legere, ché gli è bene di studiarla.

Cop.: *B. PAN Kr. 8408/I (TR 68) f. 2–6.*

Io non mi ho potuto abboccar col duca mio fratello[1] prima che il dì de S. Martino[2], al qual tempo, poi parlando con lui per nome di S.M^tà^, dalla quale ho havuto anche una lettera di credenza per questo effetto, et poi per nome di V.S.R^ma^ anchora, ho usato tutta quella rhetorica che io poteva et sapeva, come quello che vorrei, come[a] sono obligato, servir in ciò a S.M^tà^, ma principalmente a N.S. et a la reputatione de la Sede Apostolica[3]. Lui, c[o[b]]me molto discorsi-

---

[1] *Nicolaus Christophorus Radziwiłł „Orbus".*

[2] *Die 11 novembris.*

[3] *Sermo est de consilio capto Nicolao Christophoro Radziwiłł munus imponendi, ut oboedientiae Clementi VIII praestandae gratia Romam se conferat, cf. N. 167, 178, 193.*

vo, trova mille impedimenti et rispetti, i quali però sono importanti et molto considerabili, massime a chi ha zelo del honor d'ambedue di questi prencipi et i[l[b]] suo anchora, et non da altra risposta a S.M[tà] si[c] no che per queste cause lui non vede verso di poter servir in ciò a la M[tà] S. Tuttavia, essendo stimolato da me con ogni instanza et havendogli io replicato meglio et più efficacemente che io habbia saputo a tutte ste considerationi et proposte sue, ho cavato da lui che his non obstantibus, se al re parerà altrimente et vorrà in ogni modo che vadi, lui anderà con queste conditioni.

Prima, havendo fatto conto con seco et con quei che sono prattici di queste cosse, chie *[s]* sono stato presente io anchora et il mio Biglia, che se ne intende anchora lui qualche puocho, vede che non può spender in questa legatione, dovendo andar come conviene andar a lui et come ricierca la riputatione de ambedue di questi prencipi, manco de quaranta cinque mila fiorini; vuole che il re gli dia trenta, et lui ne giongierà quindecie *[s]* dei suoi, perché più non è possibile che faccia, si[c] bene l' volesse. Et questo dicie di creder de poter dimandar con tanta[d] maggior raggione da S.M[tà], perché tanto quasi è stato dato da la M[tà] S. a mons. vescovo de Luceoria[4], che come ecclesiastico ha potuto far questa cossa con minor spesa di quel che può far lui essendo secolare. Poi il Podlaski[5], quel che fu già in gratia, istesso gli ha detto che quando si parlava a tempo di Sisto de mandar lui[6], S.M[tà] gli haveva già promesso di dar a ponto tanto, cioè trenta mila fiorini, il quale però è castellano solamente et non dei primi, né ha titolo nissiuno.

Poi vuole che questi dinari gli siano pagati tutti, avanti che lui parte di qua, in doi volte[e]: la[f] prima, nel mese di gennaro, 15 mila che possa subito con essi mandar avanti a metter in ordine la casa, la seconda nel mese de marzo, quando havrà di andar lui istesso, acciò che gli pigli seco; perché a questo modo non vuole far, come se suole far qui, che gli prometteranno et vorranno che trovi dinari lui, per rimborsarglili poi quando tornerà, essendo che questa cossa come molto incerta, massime qui da noi, per mille accidenti come ha rovinato parecchi, cossì potrebbe rovinar lui anchora. Et però si dichiara a lettere di scatola che se non gli pagano sta somma fin a un quatrino avanti che lui parta, che in nissiuna maniera vuole andar.

Al ultimo, che non potrebbe andar prima che a marzo et arrivar a Roma a mezzo maggio. La cossa adonque, diciendo lo tra di noi confidentemente, sta cossì che noi siamo rimasti tra di noi a questo modo che lui scrive a S.M[tà] solamente, come ho detto di sopra, proponendogli questi impedimenti per i quali vede di non poter andar, et né si scusa a fatto, né promette manco cossa nissiuna, tuttavia pare più presto che muostri de non voler andar. Io poi scrivo proponendo queste conditioni come da me stesso et toccando che quanto ho possuto

---

[4] *Bernardus Maciejowski, qui die 7 VII 1590 Sixto V, die vero 26 I 1591 Gregorio XIV oboedientiam testificatus est (Banaszak 2 p. 228–230, 234–235).*

[5] *Martinus Leśniowolski, castellanus Podlachiae.*

[6] *Tempore pontificatus Sixti V annis 1588–1589 (Banaszak 2 p. 202 sq., 213 sq., 219 sq.).*

penetrar da lontano, se S.M^{tà}, havendo viste quelle sue considerationi, nientedimeno vorrà o havrà voglia che vada, che proponendogli tal conditioni, non sarei fuor di speranza che l' se potesse persuader di andar. Se S.M^{tà} muostrarà qualche inclinatione, allhora poi, aggionte alcune cossete di puocha importanza che desidera anchora, si potrà spingier questo negotio et condur^{g-}lo^{-g} presto al fine; se S.M^{tà} o si muostrarà difficile, o sapendo questo non ne farà più moto, cascarà ogni cossa da sé et non se ne^{f} parlerà mai più. Io voleva che lui stesso havesse proposto queste conditioni, ma lui non l'ha voluto far in modo alcuno per alcuni degni rispetti che V.S.R^{ma} si può facilmente imaginar. Ognuno ha a caro il honor suo et la gratia del prencipe. Non potendo adonque spedir queste cosse qui per la brevità del tempo, ha voluto pigliar un puocho di tempo per meter ste considerationi o impedimenti in carta, et cossì essendosi partito de qui, per esser cossa assai lungha non me la mandata se non puochi giorni sono, come scrissi già a V.S.R^{ma} io poi avanti che gli habbia letto[7], inteso gli bene^{h}, considerato^{g-}ci^{-g} sopra et finalmente fatto gli copiare, perché è stato bisogno di farlo, è corso cossì questo tempo. V.S.R^{ma} mo sapendo la cossa giusto come la sta, la saprà anchora et potrà far quello che meglio gli parerà. Io, se 'l duca non fusse mio fratello, potrei dir molte cosse, le quali^{i} adesse *[s]* mi conviene di tacerle.

Ho, finalmente, havuto gran quantità di lettere d'Italia, tra le quali^{i} essendoci state anchora alcune per V.S.R^{ma}, le gli mando per il presente comornicho, et appresso anchora i reporti, i quali doppo che la gli haverà letti^{j}, li potrà mandar poi a S.M^{tà}, la quale sempre li^{k} suole dimandar da me.

Di Cracovia ho aviso che la peste sia cessata quasi^{f} a fatto ne la città, ma che in Casimiria[8] ci muore anchora de le persone assai. Tuttavia i miei canonici tutti ritornano là per stanziar fra otto dì; credo anchora io, piaccie a Dio, di trovarme là per le feste di Natale et star^{l-}ci^{-l} almanco pe[r^{b}]^{f} q[esti^{m}] tre giorni, se bene io vorrei tratenermi fin a doppo l'Epiphania, come scrissi già a V.S.R^{ma}[9], a la quale per fine mi raccomando con ogni affetto, pregandogli da Dio ogni maggior contento.

[Ps.] Il duca desidera che ste cosse siano secrete, perché si tratta de la ripu[ta^{n}]tione sua, et però di queste conditioni io ho acennato solamente a S.M^{tà} senza i particolari che scrivo a V.S.R^{ma}, di maniera che sarebbe bene che V.S.R^{ma} non muostrasse con S.M^{tà} di saper altro da me se no che io ho compreso da lontano del suo raggionamento che se 'l volesse andar, non andarebbe con manco che con trenta mila del thesoro di S.M^{tà}.

[a] como *aut.* [b] *decrementum chartae* [c] *ita aut. pro* se [d] tanto *aut.* [e] *ascriptum supra expunctum* termini [f] *suprascriptum* [g-g] *suprascriptum* [h] *sequitur expunctum unum verbum illegibile* [i] quale *aut.* [j] *sequitur expunctum* prego [k] le *aut.* [l-l] *ascriptum supra expunctum* là [m] *decrementum chartae, restitutio incerta* [n] *omissum*

---

[7] *Vide N. 193.*

[8] *Casimiria (Kazimierz), civitas prope Cracoviam, cuius urbis partem hodie constituit.*

[9] *Vide N. 193.*

N. 199

Germanicus Malaspina Cinthio Aldobrandini

Varsaviae, 30 XI 1592

Narrat de rebus ad litem inter cardinales Andream Báthory et Georgium Radziwiłł de episcopatu Cracoviensi intercedentem spectantibus, i.e. de litteris Stanislai Karnkowski, aepi Gnesnensis, de nuntiis e palatinatu Cracoviensi provenientibus, de epistula Sigismundi III regis ad archiepiscopum data, sed etiam de litteris Cinthii Aldobrandini suisque card. Báthory missis et de colloquio cum hoc statuendo; exemplum epistulae archiepiscopi adiungit et iudicium suum de opinionibus ibi expressis dat. Certiorem eum facit fautores Nicolai Kostka, novi abbatis Pelplinensis, et adhaerentes Christophoro Kliński, monasterium relinquere coacto, de hac abbatia armis contendere, regem autem praescriptum utrique parti dedisse, ut a certamine discedat. Significat praeterea Ioannem Zamoyski cancellarium timorem non celare ob Tartarorum impetum exspectandum, neque contentum remansisse, cum rex in responso ei dato negavisset, quominus stipendia militibus persolverentur. De Stanislai Karnkowski admonitione Ioanni Tarnowski vicecancellario facta refert dicitque se episcopos et cancellarium de responso regis ad breve pontificium dato docuisse.

***Or.**: ASV F. Borgh. III 96 D f. 174–175v, in dorso (f. 176v) accurate deleta sunt verba haec alia manu scripta:* Questa lettera deve legersi tutta, ch'ella non si può così in breve sommariare.

***Reg.**: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 89v–90v, ubi dies 25 novembris est ascripta, sub praescriptione:* Zifra *[s].*

***Cop.**: 1. ASV SS Pol. 35 f. 144v–146v. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 198–202. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 229v–233. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 94v–96. — 5. ASV F. Pio 133 f. 203v–205v.*

L'arcivescovo di Gnesna[1] ha scritto a S.M^{tà} et a me che essendo passato da lui il sig. cardinale Battori, ha scoperto in S.S.Illma un animo pieno di vendetta contra il sig. cardinale Radzivile[2]. Et dopo si è inteso (se ben l'aviso non è per ancora confermato) che nel palatinato di Cracovia si fa una contributione tra nobili et cittadini, affinché non volendo li Lituani ricevere un Polacco per vescovo di Vilna, essi ancora siano all'ordine per diffendere li loro privilegii nella miglior forma che potranno. Et perché il sopradetto arcivescovo cerca di sapere da S.M^{tà} come si deve governare nel ritorno che farà il sudetto cardinale da lui, et si essibisce di far ogni buon officio, gli ha perciò S.M^{tà} scritto che lo ammonisca seriosamente in nome suo a desistere di procurare che si faciano conventicole et sollicitare li animi de' suoi sudditi, et che le dia sodisfattione dello scrit-

---

[1] *Stanislaus Karnkowski.*

[2] *Vide N. 188; cf. N. 191 et N. 197 p. 318.*

to che diede alli conventi privati, nel quale pretende S.M^{tà} di essere stato offesa da esso cardinale (et di questo scritto ne inviai già copia a N.S.)[3], altrimenti che la M^{tà} S. sarà violentata a liberarsi per ogni mezzo et via che potrà dalla vessatione che riceve da lui. Io intendendo questi motivi et scoprendo che 'l sig. cardinale Radzivile hora teme troppo hora spera troppo, mi son risoluto d'inviare la lettera di V.S.Illma al sig. cardinale Battori[4] et accompagnarla conforme alli accidenti et bisogni che passano[5]. Et subito che ritorni in queste provintie, vederò di abboccarmi seco; et essendo egli di assai aperta et ingenua natura, procurarò di farmelo confidente et di estinguere la fiamma avanti che si accenda maggiormente, et spero che mi riuscirà con la gratia del Signore. Sarà con questa la copia della lettera che mi scrive l'arcivescovo, circa il tenor della quale mi occorre di dire che a me non pare congiuntura buona di movere hora in nome di N.S. la pratica di mettersi in sacrisma, è forsi meglio di suspenderla insieme con altri particolari pertinenti all'instituto della vita di quel signore insin tanto che si quietino questi rumori, per non indurlo a fare qualche risolutione che poi non ci piacesse.

Mons. vescovo di Cuiavia[6] ha fatto eleggere un nuovo abbate[7] nell'abbatia peplinense; et per essere il deposto o spogliato[8] nobile et con molte clientele, et il nuovo non inferior a lui né di nobiltà né di parentado, si è però divisa la Prussia et sono tutti in arme. Il privato ha occupato tutte le ville et beni del monasterio, l'altro si è fatto forte nel convento, di modo che ne nascono^{a} molti scandali, perché oltre a li homicidii et la tottal distruttione di quei poveri contadini dell'abbatia et ruina dei beni di essa, passa anco questa pratica con poca edificatione d'ognuno. S.M^{tà} ha mandato un ordine generale a l'una et l'altra parte che depongano le armi, ma temo che non sarà ubidito se non quanto a la parte più debole tornarà commodo, quando non potrà farsi il camino con la violenza, di haver poi questo sotterfugio[9]. Li due sopradetti particolari sono quelli che qui hora bollono, per i quali si potrebbe aprir la porta a perturbare in qualche parte la pace et quiete del Regno.

Il cancelliero poi dall'altro canto scrive che dubita che li Tartari non facciano qualche incursione nel Regno, et però ricerca che gli sia pagato il presidio che solea tenere come generale di quattro milla cavalli, quale gli è stato levato, perché la maggior parte della nobiltà vuol più presto stare a pericolo del Tartaro, inimico esterno et commune di tutti, che haver occasione di temere in casa la potenza d'un cittadino armato a spese del publico, con seguito et adherentie. Et perché fornita la dieta il cancelliero voleva rihavere il sudetto presidio dal re

---

[3] *Vide N. 96 ann. 3.*

[4] *Vide N. 175 ann. 10.*

[5] *Vide N. 192.*

[6] *Hieronymus Rozrażewski.*

[7] *Nicolaus Kostka.*

[8] *Christophorus Kliński.*

[9] *Cf. N. 179 p. 290, N. 187, N. 197 p. 316.*

et riconoscerlo dalla sua gratiosa mano, et S.M[tà] con buon conseglio negò di volerlo fare, mostrando che havendo ella patito tante indignità sotto spetie di essere stata transgressore delle leggi, non poteva né doveva hora di nuovo transgredirle, essendo stato dal publico decretato di levare questo presidio[10], parve che 'l cancelliero restasse alquanto disgustato; et dalla lettera ch'egli scrive a me, della quale ne sarà copia qui allegata, si conosce esser vero in qualche parte l'aviso che da l'arcivescovo a S.M[tà] circa questo particolare.

Il quale arcivescovo ritornando a movere li humori sopiti, non so con che spirito scrive al vicecancelliero[11] che avertisca di non si fare auttore che 'l re non sia per partire, soggiungendo che potrebbono nascere accidenti ch'egli se ne pentirebbe. Per il che io ho communicato a tutti li vescovi et al cancelliero la risposta che ha data S.M[tà] al breve di N.S.[12] intorno al non voler abbandonare il Regno[13], et vivo con certa speranza che con poca manifattura et arte svaniranno tutti questi principii di novità. Et baciando a V.S.Illma riverentemente le mani, le prego da N.S. Dio ogni felicità.

[a] *ita reg.*, nascano *or.*

N. 200

Germanicus Malaspina Cinthio Aldobrandini

Varsaviae, 1 XII 1592

Tres eius litteras diebus 10 et 17 octobris datas se accepisse nuntiat. Ei notas facit explanationes a Ioanne Tarnowski vicecancellario exhibitas ad ea spectantes, cur Sigismundus III rex et ordines Regni, sed quoque card. Andreas Báthory et Hieronymus Rozrażewski, epus Cuiaviensis, auxilium ferre non possint ad mercatores Lubecenses puniendos ob iniurias, quas canonici catholici Lubecenses a protestantibus acceperint; nuntiat se opinionem ab Hieronymo Rozrażewski petere intendere, tamen dubitat, quin quidquid efficaciter hac in re suscipi possit; exemplum affert eiusdem episcopi et regis frustra studentium, ut protestantismi fautores ecclesiam parochialem Gedani restituant. Mentionem facit de brevi Petro Potulicki, palatino Calissiensi, mittendo.

---

[10] *Ex constitutionibus comitiorum Varsaviensium die 15 I 1591 latis generalis exercituum Regni capitaneus in milites conscribendos „quartam" solum, revera tamen quintam partem proventuum ex bonis regalibus a capitaneis solvendam, impendere poterat; propterea numerus militum equestrium ad 800 et pedestrium ad 200 Ioanni Zamoyski minuendus erat, qua re vis defensoria Reipublicae valde debilitata est (Ciara 65; Lepszy: Rzeczpospolita 264; Wimmer 13).*

[11] *Ioannes Tarnowski.*

[12] *Vide N. 109 ann. 3.*

[13] *Vide N. 182 p. 293, N. 189.*

Ps. Refert de suo colloquio cum rege habito, qui opinionem a vicecancellario expressam confirmavit, auctoritatem suam Gedani fictam esse dixit et ad exemplum Stephani Báthory regis se revocavit.

Or.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 177-178, dorsum f. 178v.

Dopo l'essere io stato molti giorni senza ricever lettere di Roma, mi sono capitate poi insieme tre di V.S.Illma, l'una delli 10 et l'altre delli 17 di ottobre[1]. Con questa risponderò a quella delli 17 che contiene il particolare della chiesa di Lubecca[2], et a l'altre due con un'altra separata.

Io ho parlato subito col sig. vicecancelliere[3] per haver informatione del modo che si potrebbe tenere con l'auttorità di questo Ser^mo^ re, acciò che gli heretici di Lubecca non s'ingerissero nelle cose di quella chiesa, né prestassero aiuto né favore a quegl'impii canonici che si sono ribellati dalla nostra vera religione, contra la pietà et costanza di quei pochi che vi restano, et che li lasciassero celebrare senza impedimento alcuno le Messe et altri divini officii. S.S. m'ha affermato che la M^tà^ del re non può senza 'l consenso degl'ordini del Regno commandare che sia dato impedimento o fatto ripresaglia alcuna ai lubecensi, et che essi ordini non ci consentirebbono mai; et quando ben ci consentissero, il senato di Danzico, ch'è tutto heretico, non lo permetterebbe in modo alcuno, perciò che facendosi una tal cosa, et essendo quella città un emporio principalissimo di queste parti settentrionali, et libero et sicuro ad ognuno il trafficarvi, si verrebbe a violare le leggi et ordini loro, perderebbono assai di riputatione et di guadagno, né sarebbe quel luoco così frequentato come è, perché le nationi che ci concorrono, quali sono per la maggior parte heretiche, temendo che non potesse loro intravenire un simil caso, si volgerebbono altrove. Onde i signori Polacchi non potrebbono smaltire così facilmente i loro formenti, ne' quali consiste quasi tutta l'entrata loro. Et se li volessero mandar fuori a vendere, sarebbono presi parimente con molto danno di essi signori Polacchi, di modo non occorre non solo far fundamento alcuno, ma neanco pensare sopra ciò. Et che quanto al sig. cardinal Battori o mons. vescovo di Cuiavia[4], egli non vede che auttorità possa rimaner loro, per la quale potessero aiutare in qualche parte le cose della predetta chiesa et canonici, non havendo essi città né porti di mare dove vadano vasselli o mercantie de' lubecensi. Pure io ne scriverò ad esso mons. vescovo affinché sapendo egli via per la quale si potesse far qualche profitto, me la voglia mostrare, ch'io ci caminerò con ogni studio et diligenza. Se bene io ancora et da quello che ho inteso da altri, et dagl'essempi passati et presenti, vado, con mio grandissimo dispiacere, argomentando che non si potrà far essecutione che giovi. Né voglio tralasciare di addurne un essempio fresco a V.S.Illma, qual è

---

[1] *Vide N. 148, 155, 156.*

[2] *Vide N. 155.*

[3] *Ioannes Tarnowski.*

[4] *Hieronymus Rozrażewski.*

questo che essendo stata, alcuni anni sono, la parochia di Danzico, diocese del sudetto mons. vescovo di Cuiavia, occupata dagli heretici[5], né esso mons. vescovo né 'l Ser^mo re, con tutte le vie che hanno tentato, [a-]non hanno[-a] potuto ottener mai non solo che rilassassero essa chiesa, ma neanco che in vece di quella potesse servire un'altra chiesa picciola d'un monastero di monache[6]: tanto sono perfidi et ostinati. Con tutto ciò non mancherò di far ogni officio intorno al detto particolare per obedire a V.S.Illma, per gloria del Signor Iddio et per beneficio di quella chiesa et di quell'anime.

Il breve per il palatino di Calissia[7] io l'inviarò con la prima occasione, et l'accompagnerò con quell'officio che V.S.Illma m'impone, alla quale bacio riverentemente le mani et prego continua felicità.

[Ps.] [b-]Ho poi oggi tenuto proposito del sopradetto particulare con S.M^tà, la quale oltre havermi confirmato ciò che me ha detto il vicecancelliero, me ha anco soggionto che l'auttorità che ha sopra di Danzico consiste più in apparentia che in essentia, adducendomi l'esempio del suo predecessore, quale se bene con formato esercito andò personalmente a l'assedio di quella[c] città per ridurla intieramente a la sua obedientia, nondimeno non puoté essequire l'intento suo[-b][8].

[a-a] *suprascriptum* [b-b] *manu propria* [c] quelle *or.*

N. 201

Germanicus Malaspina Cinthio Aldobrandini

Varsaviae, 2 XII 1592

Ad opinionem se inclinat card. Andreae Báthory Romam discessum valde opportunum atque utilem fore; colloquium suum cum Sigismundo III rege habitum describit, in quo conatus est timores illius ad negotia ibi cardinali committenda pertinentes vanos reddere. Certiorem eum facit regi nimiis necessitatibus, quas

---

[5] *Ecclesia Beatae Mariae Virginis a Lutheri sectatoribus iam prima saeculi XVI parte occupata, altare solum magnum usque ad a. 1572 catholicis est relictum (Maria Wrzeszcz, EK V col. 913).*

[6] *Ecclesia et monasterium monialium S. Brigittae Gedani a. 1396 conditum, quod privilegio die 9 VI 1592 dato episcopis Cuiaviensibus a Sigismundo III donatum est. Hieronymus Rozrażewski operam dabat, ut Societatis Iesu sodales ibi considerent, cui rei senatus Gedanensis sese efficaciter opponebat (Czaplewski 428–431 ann. 3; Czapliński 597 sq.; Władysław Jańczak, Janina Kowalczyk EK II col. 1118).*

[7] *Petrus Potulicki.*

[8] *Sermo est de bello, quod cum Gedanensibus Stephanus Báthory rex annis 1576–1577 gerebat. Ex pacto Marienburgi die 12 XII 1577 inito rex excusationibus formaliter factis acceptis potentissimam urbem in gratiam suam recepit, eius privilegia libertatemque confessionis Augustanae amplectendae confirmavit atque publicationem mercium Gedanensium abrogavit, ii autem in verba regis iurare et 200 milia florenorum titulo tributi ei persolvere polliciti sunt (Lepszy: Stefan Batory; Pawiński).*

Nicolaus Christophorus Radziwiłł, palatinus Trocensis, haberet, reiectis placuisse, ut legationi Romanae ad testificandam oboedientiam obeundae Hieronymus Rozrażewski, epus Cuiaviensis, praeesset. Argumenta varia afferens sollemniter affirmat sese numquam consiliis clandestinis pro domo Austriaca structis immiscuisse.

Or.: 1. ASV F. Borgh. III 96 D f. 179-180, in dorso (f. 180v), in summario in secretariatu pontificio facto, alia manu: Lettera di consideratione e degna d'esser letta. — *2. ASV F. Borgh. III 96 D f. 185-186, in margine ante textum alia manu:* Duplicato, *dorsum f. 186v.*

***Reg.**: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 90v-92.*

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 146v-148v. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 202-206v. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 233-236v. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 96v-98v. — 5. ASV F. Pio 133 f. 206-208.

Quanto più io applico l'animo al particolare che V.S.Illma mi scrive intorno alla persona dell'Illmo Sig. cardinal Battori[a1], tanto più nella consideratione d'esso mi confermo che non si possa ritrovare via alcuna più proportionata né più a proposito per fornir di sopire quel residuo di rugine di mala sodisfattione che potesse remanere nel Regno quanto che con il mezzo della missione di quell'Illmo a Roma, perché con questa sola attione guadagnamo il cardinale, si assicuriamo del cancelliero et facemo cosa grata al Transilvano[2], et finalmente l'andata sua ne serve per una diversione sicura ad oviare alli bollimenti del vescovato di Cracovia. Però io, inherendo all'ordine di V.S.Illma, ho rappresentato questo santo pensiero di N.S., con quella maggior energia et efficacia che ho potuto[b], a S.M^{tà} con le sue circonstanze et consequenze. Et se bene nel progresso del ragionamento tenuto con la M^{tà} S. ho scoperto che da lei è riputata[c] quest'attione per molto difficile, tanto per la parte che tocca a lei, quanto per quella del cardinale, et che S.M^{tà} sente repugnantia interiore nel condescendere a questo, reputando d'essere stata offesa[3] et dubitando forse che in cambio di mandar uno a trattare li suoi negocii non inviasse chi cercasse di detrahere alla fama et esistimatione sua, tuttavia son andato da un canto interessandolo, et dall'altro assicurandolo che non è possibile di far altra impressione nella mente di N.S. et della corte di quella che è già indelebilmente impressa della singolar pietà et regie virtù della M^{tà} S., soggiungendole ancora che si deve credere che 'l cardinale, accettando simil carico, sia per propria elettione et per giudicio per non havere altro obietto che de[d] far acquisto della gratia di S.M^{tà} et di non mettersi in cattivo concetto della S^{tà} S., la quale non potrebbe se non farlo molto sinistro ogni volta che essendo ministro di S.M^{tà}, non osservasse ciò che si ricerca a quel grado. Quest'altra settimana procurarò di cavare la risolutione di S.M^{tà}, et del seguito ne darò subito ragguaglio a V.S.Illma.

---

[1] *Vide N. 148.*

[2] *Sigismundus Báthory princeps.*

[3] *Cf. N. 199 p. 322-323.*

Havendo S.M^{tà} udito le conditioni che 'l palatino[4], fratello del sig. cardinale Radizvil[e], ricercava per la venuta sua a Roma a rendere l'obedienza, le quali sono tali che la M^{tà} S. non le vuol accettare[5], ha tenuto proposito meco circa il [f]ritrovare altro[-f] suggetto. Et desiderando la M^{tà} S. di mandar uno che sia secondo il cuore di N.S., non mi è sovvenuto alcuno più qualificato et che da ogni parte habbia tutti li requisiti quanto il vescovo di Cuiavia[6]. Et però S.M^{tà} gli scriverà in buona forma, essortandolo ad accettare questa legatione, et si farà la speditione non per cancellaria, ma per altra via, acciò il negocio non sia attraversato[7]. Et io, con le lettere di S.M^{tà} et con le mie, mandarò subito un mio famigliare dal sopradetto vescovo per astringerlo et confortarlo a dare questa sodisfattione a S.M^{tà} et a S.B^{ne}.

L'aviso venuto costà da corte cesarea che quella M^{tà} havesse spedito corriero frettolosamente et con lettere dirette a me a li comitii[8], non fu vero. Et io, per chiarirmene meglio, ne ho, con buona occasione, detto una parola a S.M^{tà}, la quale ancor essa mi dice di non saperne cosa alcuna. Mi ha ben communicato che avanti la venuta del vescovo di Olmuz[9] fu avisata da quella corte che l'imperatore dissegnava di ricorrere da N.S. per implorare il suo favore, dandosi a credere che ella partisse, et che perciò havranno forsi ancora spedito a Olmuz con la speditione a quel vescovo. Et io invero posso in verbo boni viri[g] affermare che né la M^{tà} dell'imperatore, né li Ser^{mi} suoi fratelli hanno mai, né con lettere né per altre vie, direttamente né indirettamente, ricercatomi ch'io facessi prattiche o altro per servitio loro. Né credo che si possa corroborare questa verità con argomento più forte quanto che considerare che se il cancelliero o suoi adherenti, tanto alienati d'animo da casa d'Austria, havessero potuto penetrare ch'io vacillassi nel promovere lo [sc[h]]abroso negocio delli comitii, non haverebbono attribuito tanto quanto fecero alla persona mia, et dopo non continuarebbono hora meco in tanta confidenza, ma sarebbe successo a me quello che in altre simili congiunture è intervenuto ad altri[10]. Perché o dovevo ritenere questo mio intento dentro di me stesso, et V.S.Illma sa meglio di me che propositum in mente retentum nihil operatur, o vero dovevo communicarlo ad altri, et si sarebbe scoperto et la confidenza[i] convertita in[j] diffidentia, et io, oltre al maculare la

---

[4] *Nicolaus Christophorus Radziwiłł „Orbus".*

[5] *Vide N. 198.*

[6] *Hieronymus Rozrażewski.*

[7] *Periculum enim erat, ne Ioannes Tarnowski, qui cancellariae minori praeerat, impediret, quominus legatio Hieronymi Rozrażewski Romam expedienda ad effectum perduceretur ob odium adversus illum conceptum propter id, quod Sigismundum III adhortaretur, ut conatus ad collationem in vicecancellarium coadiutoriae Gnesnensis Romae confirmandam pertinentes interrumperet; cf. N. 183 p. 296–297.*

[8] *Vide N. 168 ann. 10*

[9] *Stanislaus Pawłowski.*

L'arcivescovo di Gnesna[14] mi ha scritto una lettera nella quale, tra l'altre cose, dice che non basta che S.M[tà] dica di non volere abbandonar il Regno, ma che se vuol regnare, è necessario si fermi per sempre in esso, et altre cose circa questo particolare[k15]. S.M[tà] è restata alquanto sospesa et con dubbio che l'arcivescovo dia orecchie a prattiche esterne o sia collegato qua con qualche cervello seditioso. Onde m'ha pregato ch'io voglia transferirmi da esso arcivescovo et cercare di penetrar la causa di simili motivi, et essortarlo ad acquietarsi et non sollecitare con lettere l'animo de' suoi ministri[16], assicurandolo che S.M[tà] non farà mai risolutione alcuna che non sia con consenso delli ordini et conforme alli patti che ha con il Regno. Io ho preso volontieri questo pensiero per beneficio di S.M[tà] et del Regno. Mi parto questa mattina et sarò di ritorno fra otto o dieci giorni, et spero che tutto succederà a sodisfattione di S.M[tà].

Mi ha pregato ancora la Ser[ma] regina[17] ch'io voglia tener proposito col predetto arcivescovo dell'assicuratione della sua dote, quale per la dissolutione della dieta non fu assicurata altrimenti, acciò si vegga di ritrovare qualche forma per la quale, senza aspettare la futura dieta, si possa prima stabilire et assicurare.

Il sig. cardinale Radzivil[l] scrive d'esser risoluto di andare in Lituania per accompagnare il corpo del sig. maresciallo, suo fratello[18]. Io gli ho scritto dissuadendolo a far questo viaggio, parendomi che in questi tempi sia necessario d'assistere al vescovato di Cracovia et a questo Ser[mo] re, ma che quando pur voglia andare, non parta prima che s'abbocchi meco.

---

[13] *Iacobus Brzeźnicki, 1540 - 22 VII 1604, canonicus Calissiensis et Posnaniensis ab a. 1571, secretarius regius ab a. 1571, i.u.d. ab a. 1574, protonotarius apostolicus ab a. 1578, Lucae Kościelecki, epi Posnaniensis, cancellarius, archidiaconus Gnesnensis ab a. 1585, suffraganeus Posnaniensis a 4 VIII 1586, epus titularis Aenensis a 13 VI 1588, archidiaconus Posnaniensis ab a. 1594, abbas Premetensis ab a. 1597 (Henryk Barycz, PSB III 42 sq.; Fokciński 111 sq.; HC III 96; Nowacki I 625 sq., II 185).*

[14] *Stanislaus Karnkowski.*

[15] *Vide N. 197.*

[16] *Sermo est de epistula a Stanislao Karnkowski ad Ioannem Tarnowski vicecancellarium data, cf. N. 199 p. 324.*

[17] *Anna Austriaca.*

[18] *Albertus Radziwiłł; vide N. 193 p. 308–309, cf. N. 207.*

[m-]L'huomo mandato qua dal Turco[19] sotto pretesto delle cose di Moldavia, quale partirà hoggi, s'è lasciato intendere col vicecancelliero come il suo signore ha dato ordine che si assoldino 12 milla Tartari di quelli che hanno servito nella guerra di Persia[20], con intentione d'inviarli in Ungaria, come quelli che sono attissimi in far scorrerie et abbrucciare et rovinare i paesi. Et pare che non habbia per fine di trattenersi in oppugnar fortezze, ma di mettere ogni cosa a sacco et fuoco. Io haverei dato parte di questo aviso al nuntio cesareo[21], ma sono rarissime l'occasioni d'inviar lettere a quella corte[n-m].

Quando venne qua il sig. Duodo, ambasciator di Venetia[22], con l'occasione delle nozze di questo Ser[mo] re, fu proposto che questa M[tà] dovesse tenere un ambasciatore a quella Signoria, et la Signoria qua. Scrive hora quel signore che si era trattato in consiglio[23] il negocio et che s'era determinato[o] di mandare in questo regno ambasciator residente, purché di qua si mandasse anco là uno. Ma perché da questa parte non si può fare questa risolutione senza dieta, questo negocio restarà sospeso per un pezzo. Et accusando la ricevuta delle lettere di V.S.Illma delli 24 di ottobre[24], con ogni riverenza le bacio le mani et da Dio le prego ogni contento et felicità. Di Varsovia li 6 di decembre 1592.

[Ps.] [p-]Li conventi privati a li quali doveva convenire il corpo della nobiltà per intendere dalli nuntii terestri la relatione della passata dieta, sono svaniti con infinita mia consolatione[25]. Li rumori suscitati per conto de l'abbatia peplinense[q] sono cessati, havendo l'una et l'altra parte deposto le armi et obbedito a l'ordine di S.M[tà], rimettendo le loro pretensioni al tribunale di questa nonciatura[26]. Di modo che quietato che se havrà l'arcivescovo di Gnesna, [r-]spero che nel Regno si viverà con pace et quiete. Purché di fuori li Tartari non facciano qualche scoreria, come si dubita, havendomi oggi S.M[tà] detto ch'è comparso qua

---

[19] *Muradus III imperator.*

[20] *Sermo est de bello Turcarum cum Persis a. 1577 commoto, quod pace Turcis commoda a. 1590 facta deletum est.*

[21] *Caesar Speciano.*

[22] *Petrus Duodo, 3 III 1554 – I 1611, patricius Venetus, Collegii Sapientium socius aliquoties factus, praetor Patavii annis 1607–1608, munere oratoris Veneti in Sabaudia, Polonia, Gallia, apud Rudolphum II imperatorem Pragae, in Anglia et Romae fungens. Anno 1592 m. martio exeunte orator, qui nuptiis Sigismundi III regis et Annae archiducissae interesset, est creatus, mense vero maio ineunte itineri in Poloniam se commisit; iter Vindobona Cracoviam faciens morbo est affectus et iam nuptiis celebratis ibi pervenit, die 14 iunii a rege est auditus et die 16 iunii eques auratus creatus, Venetias die 24 iulii rediit, m. septembri eodem a. 1592 relationem de legatione peracta in senatu recitavit (BAV Urb. Lat. 1060 f. 201, 304v, 419, 458, 587v, novitates Venetiis perscriptae de 28 III, 9 V, 4 VII, 25 VII, 26 IX 1592; Albéri 317–348; De Daugnon 198; Donazzolo 186 sq.; Garbacik; Lechniak 18; Wdowiszewski 223; vide A. 3 ann. 60 et p. 454–455, ubi relatio de audientia Petro Duodo a Sigismundo III rege data legi potest).*

[23] *Ius potestatemque pacta cum civitatibus exteris faciendi et oratores constituendi senatus Reipublicae Venetorum habuit (Koranyi 81; Szyszkowski 115).*

[24] *Vide N. 164.*

[25] *Cf. N. 179 p. 288, N. 183 p. 295.*

[26] *Cf. N. 179 p. 290, N. 187, N. 197 p. 316, N. 199 p. 323.*

un mandato da un Tartaro ben affetto al Regno con aviso che un buon numero d'essi ha determinato di passare a li danni della provintia di Ruscia[-r]. Et di novo bascio humilmente le mani a V.S.Illma, a dì 7 di decembre 1592[-p].

[a] Battorio *or. 2* [b-b] *deest or. 2 et reg.* [c-c] dove haveremo da ritrovarsi *or. 2 et reg.* [d] *sequitur* ulterioramente *or. 2 et reg.* [e] confortandolo *or. 2 et reg.* [f-f] però *or. 2 et reg.* [g] *sequitur* è *or. 2 et reg.* [h] cavarli *or. 2* [i] *sequitur* sua *or. 2 et reg.* [j-j] et che s'assicurasse che *or. 2 et reg.* [k] *sequitur* et ha in conformità di questo scritto ad altri *or. 2 et reg.* [l] Razivile *or. 2* [m-m] *ed. Isopescu* [n] volta *or. 2* [o] presa risolutione *or. 2 et reg.* [p-p] *manu propria* [q] pelplinense *or. 2* [r-r] *ed. Welykyj: Litterae*

N. 215

Stanislaus Karnkowski, aepus Gnesnensis, Germanico Malaspina

Lovicii, 9 XII 1592

Adventum eius se exspectare dicit, sollicitudinem non dissimulat, quod dimicatio de abbatia Pelplinensi atrox et perniciosa sit, timetque, ne id factum ordini ecclesiastico noceat. Modum vere pacificum liti illi finem ponendi monstrat.

***Reg.**: B. PAN Kr. 1884 n. 498 p. 596.*
***Cop.**: B. PAN Kr. 8626 n. 501 f. 592.*

Dum Ill[mae] D[onis] V. ad nos adventum cupide expecto[1], pendeo interim animi expectatione alia, exitus nimirum atrocis et perniciosae de abbatia Pelplinensi dimmicationis[2], quae nisi R.M[tis] authoritate mature dirimitur atque ad Ill[mae] D[onis] V. tribunal advocatur, non modo de monasterio illo actum iri praesentio, sed etiam ordini nostro, praeter maiorem quam adhuc aestuemus invidiae flammam, gravissimum aliquod incommodum timeo. Itaque censerem adeundam Ill[mae] D[oni] V. hoc nomine R.M[tem], ut gravissimis et poenis partes ambas sistere a vi et armis atque in Ill[mae] D[onis] V. iudicio de suo iure decernere iubeat; sitque interim aliquis utraque authoritate, apostolica nimirum et regia, dum de caussa disceptatur, in monasterio sequester. Hoc enim mihi et ex monasterii illius utilitate, et ex ecclesiastica dignitate et securitate unicum esse extinguendi flagrantis huius incendii remedium videtur. Quod iudicio et censurae Ill[mae] D[onis] V. propono optoque illi firmam et diuturnam incolumitatem cum optato rerum omnium successu.

---

[1] *Quod ad propositum Germanici Malaspina Lovicium adveniendi attinet, vide N. 210 et N. 214 p. 347.*

[2] *Cf. N. 179 p. 290, N. 187, N. 197 p. 316, N. 199 p. 323, N. 214 p. 348.*

N. 216

Germanicus Malaspina Arnulpho Uchański, abbati Suleioviensi

Lovicii, [a-]9 XII[-a] 1592

Eum rogat, ut, antequam Romam proficiscatur, ad se quamprimum veniat, quo de rebus maximi momenti agant.

Reg.: B. Vallic. L 18 f. 18.

Postquam ad D^onem^ V. litteras postremo rescripsi[1], iter Romam versus nondum aggressam fuisse intellexi, ut expediret ea, quae ad istum ordinem vestrum Cisterciensem pertinent. Quare cum necesse omnino sit mihi cum D^one^ V. ante discessum ex Poloniae Regno suum colloqui, caeteris postpositis ut ad me quamprimum accedat, peto. Siquidem quae cum D^one^ V. agenda sunt, maximi esse momenti existimem, id vero cum a D^one^ V. factum iri mihi persuadeam, aliud nihil scribo, nisi ut bene valens hic quamprimum adesse velit.

[a-a] 5 idus decembris *reg.*

N. 217

[Cinthius Aldobrandini] Germanico Malaspina

Romae, 12 XII 1592

Spem exprimit litterarum inter eos commercium melius futurum esse, cum is Cracoviam revenerit. Ad eius litteras 5 et 27 octobris atque 3 novembris datas respondens superiores suas instructiones et adiunctam epistulam notis secretis scriptam commonefacit, sed etiam asserit bonum Sigismundi III regis Regnique Poloni summo pontifici constanter cordi esse. Affirmat actiones eius Romae magni aestimari et summum pontificem ei confidere; cuius rei testimonio casum esse relationes ab eo transmissas de fausto et felici comitiorum exitu in consistorio lectas esse. Opinionem pronuntiat praematuree esse de singulis condicionibus societatis civitatum christianarum ineundae iam nunc disputare, necesse tamen pro animis ad dictam consociationem assuefaciendis et praeparandis agere. Iudicium pontificis maximi de controversia episcopatus Cracoviensis intercedente explanat et commemorat de exoptato card. Andreae Báthory Romam adventu. Gratias ei agit pro gratulationibus muneris in secretariatu pontificio obiti causa sibi porrectis.

---

[1] *Vide N. 211.*

Ps. Eum certiorem facit de brevibus pro rege, Anna Austriaca regina atque Ioanne Zamoyski cancellario expediendis.

***Reg.**: 1. ASV F. Borgh. III 18 f. 44-45v, nomen auctoris deest. — 2. DHI 1 f. 329v-331v, nomen auctoris deest.*

Se V.S.R^{ma} ritornerà un dì a Craccovia, spero che sarà ordinato un poco meglio il commercio delle lettere di quel che di presente si faccia, perché hoggi si sono havute insieme le sue de' cinque et de' 27 d'ottobre et de' tre di novembre[1]; alle quali si sodisfarà però con più succinta risposta, poiché sopra le due prime non occorre dire più di quello che s'è detto innanzi, et che hora si scrive in altra maniera[2], se non che V.S.^{a} può assicurare il re che N.S. non lascierà mai a dietro cosa ch'appartenga al bene et alla quiete di cotesto regno, et alla sua propria contentezza et pace, purché S.M^{tà} faccia dal canto suo quel che conviene al buon fine dell'opera desiderata.

Quanto alla persona di V.S.R^{ma}, non era necessaria alcuna sua escusatione, perché assai saggio n'hanno dato l'opere sue, se pure le più antiche sue attioni, la dignità che porta et la nobiltà del suo nascimento non facessero senz'altro ogni segurtà per lei. Onde non può N.S. aspettarne se non fedel servitio^{b} et degno delle qualità sue; la qual fiducia ha pure S.S^{tà} ben dichiarata mandandola in cotesto regno, al quale ella porta tanta affettione in tempi di sì gran bisogno, né può se non essersi augumentata la confidenza et la stima per quel che s'è veduto uscire dalla sua mano. Però può V.S.R^{ma} continuare allegramente et di buona voglia, poi che S.B^{ne} ha anco voluto far recitare in concistoro l'opere della sua prudenza et il buon successo dei comitii[3].

I principii o le speranze di quella collegatione della quale hebbe V.S. i primi tocchi dal vescovo di Cremona[4], potriano anco facilitare la strada di sgombrare di qua tutte quest'ombre che tengono S.M^{tà} in continuo sospetto, ma non si può venire a' conditioni particolari dell'accordo, perché le cose non sono ancor mature; però basterà hora di disponere gl'animi con le ragioni ben toccate da lei perché vi conoscano dentro il proprio vantagio. Intanto si andaranno maturando l'altre cose necessarie secondo il bisogno.

---

[1] *Vide N. 143, 167, 168, 175.*

[2] *Vide N. 218.*

[3] Romae apud S. Petrum, die Mercurii 2 decembris 1592, fuit concistorium secretum, in quo S.D^{nus} N. dixit nuntium S^{tis} S. apud Poloniae regem commoran[tem] significasse Polonicas res fuisse in aliquo discrimine ob nonnullas dissensiones ortas inter regem et magnum cancellarium illius regni, verum fuisse opera ipsius nuntii compositas; et ut distincte omnia intelligerentur a cardinalibus, mandavit S^{tas} S. vocari d^{num} Cinthium Aldobrandinum, illique iussit, ut litteras ab ipso nuntio missas legeret. — — *ASV Arch. Consist. Acta Vicecanc. 13 f. 40v, or. Cf. diarium card. Hieronymi Rusticucci, camerarii Sacri Collegii, ASV Misc. Arm. XII 118 A f. 58, cop. (ubi perperam dies 6 XI 1592 ascripta est); novitates die 2 XII 1592 Romae datae, BAV Urb. Lat. 1060 f. 715v-716.*

[4] *Caesar Speciano. Vide N. 110; cf. N. 129, N. 174 p. 279-280, N. 175 p. 282, N. 178 p. 286, N. 209.*

S.S^{tà} giudica medesimamente dalle cose passate che la possessione del vescovato di Craccovia sia per rimanere quieta al sig. cardinale Radzivil, et che non occorra muoverne sopra altra prattica se altri non la risveglia.

Si scrisse che saria bene procurare destramente che 'l sig. cardinale Bathore[c] si lasciasse vedere in Roma, perché con la venuta sua si truoveria rimedio a molti mali[5]. V.S.R^{ma} ne lo disponga in quel modo che può, senza dar segno che di qua se ne faccia motivo alcuno.

Altro non mi resta se non ringratiarla della congratulatione che fa meco per queste fatiche nelle quali è piacciuto a S.B^{ne} d'impiegarmi. A me sarà sempre caro che da quelle mi nasca occasione di servire a V.S.R^{ma}, a cui fra tanto bacio la mano, pregandole dal Signore ogni vera felicità.

[Ps.] Con questa, spero ch'ella haverà i brevi per il re, regina et cancelliere con le sue copie[6], che dovevano venire la settimana passata[7].

[a] V.S.R^{ma} *reg. 2* [b] servitù *reg. 2* [c] Battore *reg. 2*

N. 218

Cinthius Aldobrandini Germanico Malaspina

[Romae], 12 XII 1592

Promittit summum pontificem operam suam pro Sigismundo III rege apud Austriae archiduces interpositurum esse in negotio scriptorum, quae restitui debeant, ad pactiones de cessione regni pertinentium, ea tamen condicione, ut nullum sit dubium, quin rex propositum Poloniam relinquendi plane amiserit; exoptatum putat, ut Anna Austriaca regina quoque archiducibus precem adhibeat, quo voluntati mariti eius assentiantur. Admonitiones probat, quas is regi fecit, et eius animum vertit ad necessitatem catholico cuidam viro dignitatem gubernatoris Livoniae vacantem committendi. Ei deinde praecipit, ut de rebus, quae his litteris continentur, card. Georgium Radziwiłł certiorem faciat, et notum facit se responsum ad litteras illius esse daturum.

***Reg.**: BAV Chigi M III 60 f. 82–83, s.l., ante textum eadem manu:* In cifra, *ad finem textus alia manu:* originale del sig. cardinal S. Giorgio[1].

---

[5] *Vide N. 148; cf. N. 201 p. 327, N. 214 p. 345–346.*

[6] *Brevia Clementis VIII Ioanni Zamoyski cancellario, Sigismundo III et Annae Austriacae datae, Romae 12 XII 1592, ASV Arm. XLIV 34 f. 32–40v, reg.*

[7] *Cf. N. 209.*

[1] *Quae verba aliquo tempore interiecto sunt ascripta, quod Cinthius Aldobrandini cardinalis dignitate demum die 17 IX 1593 est ornatus (HC IV 4; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CI sq.).*

N.S. non mancarà d'usare ogn'opera per estinguere tutti i servi di discordia che rimangono in cotesto regno, ma è necessario che 'l re faccia apparire tutte l'attioni suoe tali che non vi si veda più pensiero alcuno di partenza, perché mentre ve ne rimarrà un minimo segno, non si potranno raffrenare le pratiche domestiche né le forestiere; et quando S.S^{tà} si frametesse a volere persuadere agli arciduchi di ritrarsene et di restituire quei scritti quali il cardinale Razivil mostra che il re desideri siano loro cavati di mano[2], gli offitii di S.B^{ne}, mentre più corresse la fama della partenza, potriano essere male interpretati. Però V.S., con l'occasione della gravidanza della regina[3], potrà muovere il re a dichiarare per ogni maniera che questa sia sua risoluta determinatione; et forsi sarà bene che la regina medesima, per quiete del marito et sua, ne faccia qualche officio con i suoi cugini, pregandoli a contentarsi d'haver hora un parente et di poter havere nell'avenire un nipote per re più tosto che con intorbidamento fuor di tempo mettere le cose in pericolo di veder dominare persona meno amica. Dopo queste tali promesse S.S^{tà} penserà anc'ella al modo d'aiutare questa pratica et di procurare al re [a-]tranquillità di dentro, di fuori.

I ricordi da V.S. al re[-a] paiono prudenti et ben considerati, doverà agiungerli con buona occasione un poco di stimolo di provedere di un buon governatore la Livonia, quale s'intende esserne senza[5], con molto pregiuditio della religione et del ben publico; però che mandandovi S.M^{tà} huomo zelante et sincero catolico, è da sperare che se ne cavi grandissimo frutto.

V.S. communicarà i sopradetti particolari[b] al cardinale Razivil, perché serviranno anco di risposta ad una lettera sua scritta in cifra; et s'egli fosse lontano da lei, potrà suplire con lettere, se ben di qua se li darà anco quel conto che pensa bastare[6].

[a-a] *manu correctoris in margine ascriptum* [b] particolori *reg.*

N. 219

Germanicus Malaspina Hieronymo Rozrażewski, epo Cuiaviensi

Varsaviae, 15 XII 1592

---

[2] *Vide N. 139.*

[3] *Anna Austriaca.*

[4] *Vide N. 168 p. 272-274.*

[5] *Magistratum gubernatoris Livoniae inde ab a. 1585, quo card. Georgius Radziwiłł ab hoc munere se eripuit, vacantem a. 1603 demum Ioannes Carolus Chodkiewicz, capitaneus Samogitiae campestrisque exercituum M.D.L. capitaneus, iniit (Wiesław Müller, PSB XXX 231; UDR IX n. 10).*

[6] *[Cinthius Aldobrandini] card. Georgio Radziwiłł, Romae 14 XII 1592, DHI 1 f. 343v-344v, reg.*

Incorporationem praeposituraehospitalis Iunivladislaviensis collegio vicariorum ecclesiae cathedralis Vladislaviensis ab eo perfectam confirmat.

Cop.: 1. ADWł ABKP Ac. ep. 11 (30) f. 321–321v, titulus: Confirmatio incorporationis hospitalis Iuniwladisslaviensis[1] collegio vicariorum Wladislavien[si] Germanici marchionis, nuncii apostolici. — *2. ADWł ABKP Ac. ep. 9 (28) f. 126v–127, ubi dies 5 decembris est ascripta.*

Ed.: Chodyński n. 36 p. 294–295, ex cop. 1, cum die 25 decembris, non sine erroribus.

Germanicus marchio Malaspina, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus S. Severi, i.u.d., Signaturae utriusque referendarius et ad Sigismundum III *etc. (simili modo ut in N. 105)*, d^no^ Hyeronimo^a^ comiti a Rozrazew^b2^, episcopo Wladislaviensi et Pomeraniae, salutem in Domino sempiternam.

Nuper cum fuerit nobis palam factum ecclesiam cathedralem[3], sponsam vestram clarissimam, in dies ornatiorem reddi^c^ a D^one^ V.R^ma^ ^d^, ita ut postremo eidem^e^ annectere voluerit etiam praeposituram hospitalis oppidi Iuniwladislaviensis, beneficium simplex nullamque animarum curam habens praeter aliquot pauperes in hospitali degentes, quae quidem antea per Cruciferos obtineri et administrari solebat[4], vestrae dioecesis existens, qui ordo etiam a multis annis in tali vestra dioecesi deficit et praefata praepositura ab eodem derelicta et neglecta ita est, ut illius regimen ad saeculares praesbyteros devenerit, utque ex illius visitatione reperit[5], quare cum certam partem proventuum, praesertim illam, quam aliqui praepositi saeculares in suos profanos usus atque fastum, scilicet vestes, commessationes, compotationes et tractationes saecularium convertebant, posse pro alio loco ad cultum divinum persolvendum converti et assignari putaverit. Quare tali occasione capta vigore huiusmodi visitationis vestrae, inhaerendo decretis Sacri Concilii Tridentini, praeposituram talem cum omnibus et singulis suis fructibus, proventibus, redditibus, obventionibus, iuribus et pertinentiis collegio vicariorum ecclesiae vestrae cathedralis adiiciendam, uniendam atque incorporandam duxit, prout in Dei nomine sub approbatione et beneplacito Sanctae Sedis Apostolicae univit et incorporavit[6].

---

[1] *Praepositura ecclesiae S. Spiritus domus hospitalis extra muros Iunivladislaviae sitae ca a. 1268 fundata (Chodyński 135 sqq.; Maria Wrzeszcz, EK VII col. 262).*

[2] *Rozdrażew, oppidulum in districtu olim Pyzdrensi palatinatus Calissiensis, sedes familiae Rozdrażewski.*

[3] *Ecclesia cathedralis sub invocatione Assumptionis Beatae Mariae Virginis arte gothica saeculo XIV exstructa, saeculo autem XV amplificata.*

[4] *Crucigeri a stella rubea (Canonici Regulares Sanctissimae Crucis a stella rubea), ordo regulae S. Augustini obtemperans ad aegrotos pauperesque alendos et curam animarum ministrandam destinatus a. 1237 Pragae fundatus, qui ordo praeposituram hospitalem Iunivladislaviensem saeculo XVI medio administrare desiit (Jerzy Duchniewski, EK II col. 1009 sq.; Sossalla 199–237).*

[5] *Quae visitatio eodem a. 1592 perfecta est, cf. Librowski 227.*

[6] *Quam incorporationem praepositurae hospitalis Iunivladislaviensis Hieronymus Roz-*

Et cum a nobis tanquam eiusdem Sanctae Sedis Apostolicae nuntio petierit eiusmodi unionis et incorporationis confirmationem iustaque petenti non sit denegandus assensus, necnon rationem habentes Sacri Concilii Tridentini, cuius iuxta formam procedendum esse semper intendimus, necnon pietatis et pastoralis vigilantiae vestrae, eandem unionem[f] tanquam rite et recte factam auctoritate nobis in facultatibus nostris[7], ad quarum insertionem non tenemur, contenta[g] omni meliori modo omnia et singula in eiusmodi unione a D[one] V.R[ma] instituta et decreta, tam ad praefatum simplex beneficium, ut asserit, quam ad vestrae cathedralis ecclesiae vicarios et in dicta praepositura pauperes alendos, ut uberius in ipsa unione per D[onem] V.R[mam] in visitatione facta continetur, in totum confirmamus, approbamus et roboramus[h] quibuscunque in contrarium non obstantibus. Datum Varschoviae 15[i] mensis decembris 1592.

Ger[manic]us, episcopus S[anc]ti Severi, nuntius apostolicus

Hieronimus Barboncinus, auditor generalis
Laurent[ius] Bord[inus][8], actorum notarius

[a] Hieronimo *cop. 2* [b] Rozrazow *cop. 2* [c] *sequitur copula* et, *qua cop. 2 caret* [d] Ill[ma] *cop. 2* [e] idem *cop. 1* [f] *sequitur* p[raefa]tam *cop. 2* [g] concessa *cop. 2* [h] roboramur *cop. 1 et 2* [i] 5 *cop. 2*

N. 220

Germanicus Malaspina Stanislao Pawłowski, epo Olomucensi

Varsaviae, [a-]16 XII[-a] 1592

Ei gratiam habet pro benevolentia, quam sibi ostendit eo tempore, cum comitiorum causa Varsaviae legationi caesareae praeerat, necnon pro laudibus, quas postea ab eo accepit.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 18v–19.*

Desiderium litterarum D[onis] V.Ill[mae] diutius ferre cum vix possem, D[onem] V.Ill[mam]

---

rażewski documento die 20 II 1592 Vladislaviae dato atque a Sigismundo III rege die 27 IX 1592 confirmato perfecit, ex cop. ADWł ABKP Ac. ep. 9 (28) f. 121v–123 ed. Chodyński 289–294.

[7] *Vide N. 46.*

[8] *Laurentius Bordini, clericus Brixiensis, Hannibalis de Capua nuntii familiaris et actorum magister, deinde notarius et actuarius in Germanici Malaspina cancellaria, tandem apud Franciscum Simonetta, nuntium ordinarium in Polonia annis 1606–1612, eodem munere fungens (ASV Arch. Consist. Proc. Consist. 10 f. 356, 358v–359, 31 VIII 1590; Tygielski: Z Rzymu 102, 202; Wojtyska: ANP I 236, 244).*

belle se habere audiendi cupidus hasce exaravi, optime enim secum cum rebusque suis omnibus agi summopere mihi est optandum, cum tam humane atque officiose mecum egerit, dum Varsaviae fuit, comitiorum causa a Caes.M^{te} cum legationis munere [b-]ut fungeretur[-b], honorificentissime missus[c], et postquam discessit, me ipsum laudibus officiisque plurimis ornaverit. Id vero totum ab optima illius voluntate atque in me benevolentia profectum esse certo scio, in quo ut sibi constare velit, plurimum rogo; etsi quando praeterita mecum ipse memoria repeto, nihil me praestitisse plane intelligo, quod officiis eiusmodi suis benevolentiae notis insignibus ulla ex parte dignum fuerit. Quapropter D^{oni} V.Ill^{mae} multum me debere plane fateor, et eo magis quo in me ornando gravissimum testimonium suum adhibuit. Necesse igitur est, ut D^{onem} V.Ill^{mam} amem et eo benevolentiae genere colam, quo viros maxime illustres, gravissimos omnique laudum genere cumulatissimos observare atque colere soleo. Nam aliter si a me fiat, et meo de[e[d]]sse officio, quod certe permolestum esset, et multae humanitati suae, quod non decet, iudicarem. Idcirco etiam atque etiam peto, ut occasione oblata studii atque observantiae in se meae periculum facere velit, quod si fecerit, magno a D^{one} V.Illma me beneficio affectum putabo, quam diutissime incolumem esse et florentem exopto.

[a-a] 17 calendas ianuarii *reg.* [b-b] *suprascriptum* [c] *sequitur expunctum* cum esset [d] *omissum*

N. 221

Germanicus Malaspina Gulielmo V, duci Bavariae

Varsaviae, [a-]16 XII[-a] 1592

Opinionem pronuntiat Regnum Poloniae, quamvis e morbo, quo fuerat affectum, recreatum sit, tamen esse cavendum, ne iterum in illum incidat. Ei exoptat, ut in omnibus suis inceptis sit fortunatus eiusque dotes ac virtutes extollit, necnon affirmat Sigismundum III regem eum pro exemplo sibi ponentem semper maiores progressus in pietate animi sanctitateque morum demonstrare.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 19-19v.*

Etsi de hoc Poloniae Regno certiorem alias fecerim Cel^{nem} V.Ser^{mam}[1], quod quidem quamvis adversa valetudine et morbis liberatum videatur, invigilandum tamen est, ne si aliquid residui sit mali humoris, aliquando rursus cogatur eamque vim faciat, ut rursus in veterem morbum incidatur.

---

[1] *Vide N. 169.*

Nactus tamen occasionem committere non debeo, quin pro mea erga Cel^nem^ V.Ser^mam^ totamque familiam observantia precer ea omnia ex sententia succedere, quae vel mediatur, vel molitur[b]; id vero[c] merito mihi valde est[d] optandum ob praestantissimas virtutes, quibus et ipsa et principes, filii Cel^nis^ V.Ser^mae2^, et aulta *[s]* tota praedita est. De quibus omnibus saepius verba cum fecerim cum hac Ser^ma^ R.M^te^, singulares eiusmodi dotes Ser^mae^ Cel^nis^ V. in primis suorumque omnium a me sic dilaudatae quasi aculei quidam additi huic R.M^ti^ videantur; quam quidem R.M^tem^ tantos in viis Domini existimo facere progressus, quantos regem eximia animi pietate morumque sanctitate praeditum facere par est. Immo his diebus, in quibus D^ni^ N. Adventus celebratur, singulis hebdomadis de more suo religioso sacerdoti[3] peccata confitetur, quod optimae conscientiae argumentum sane perspicuum esse potest. Idcirco credendum etiam est hoc regnum quietum futurum, sic pie et sancte ipso rege vitam agente. Quod silentio praetereundum nequaquam duxi ad Cel^nem^ V.Ser^mam^ scribens, cum eidem gratum esse censuerim intelligere optimis exemplis suis etiam reges ad recte agendum invitari atque incitari. Cel^nis^ V.Ser^mae^ manus deosculor veramque a Deo precor foelicitatem.

[a-a] 17 calendas ianuarii *reg.* [b] *sequitur expunctum* cum [c] *suprascriptum* [d] *ascriptum supra expunctum* sit

N. 222

Germanicus Malaspina Aaron, palatino Moldaviae

Varsaviae, [a-]16 XII[-a] 1592

Verba pro Iesuitis facit et eum rogat, ut curam habeat, quo illi eorum, qui aliquot iam annos in Moldavia commorantur, istinc tuto discedere possint, necnon commendat sacerdotes saeculares in illorum locum missos.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 19v.*
***Ed.**: Veress: Documente III n. 227 p. 321.*

Etsi e Societate Iesu sacerdotes tales esse soleant, quales facile optimis operibus et vitae integritate per se commendati esse satis possunt, veruntamen quia commendationis meae accessione a D^one^ V.Illma posse protegi sperant, eiusmodi ordinis sacerdotes D^oni^ V.Ill^mae^ ita commendo, ut studio maiore commendare nequeam. Gratum erit autem in primis summo pontifici cum iisdem iam aliquot annos eo missis[1] ita agi, ut cum rebus suis tuto, quiete et cum optimo illorum

---

[2] *Maximilianus, Philippus Gulielmus, Ferdinandus et Albertus de Wittelsbach.*

[3] *Bernardus Pakosz Gołyński.*

[1] *Ioannes Mediomontanus, ca a. 1562 natus, Societatis Iesu sodalis inde a 23 III 1587 usque*

apud catholicos exemplo istinc discedere liceat (habent enim a suis praepositis discedendi facultatem), istos vero alios saeculares sacerdotes, in eorum, qui discedent, locum submissos[2], in catholicis plebaniis fovere et, ne a metropolita Valacho[3] ac haereticis in fide catholica propaganda iidem impediantur, defendere atque omnibus, quibus potest, modis iuvare dignetur, quod erit mihi sane iucundum[b]. Si quid autem ipse vicissim D[oni] V.Ill[mae] possim inservire, omnia studia mea eidem D[oni] V.Ill[mae] incolumitatem diuturnam exoptans [c-]libenter defero[-c].

[a-a] 17 calendas ianuarii *reg.* [b] *ascriptum supra correctioni subiectum et expunctum* gratum [c-c] *suprascriptum*

N. 223

Germanicus Malaspina archiducissae Mariae

Varsaviae, [a-]16 XII[-a] 1592

Significat filiam eius, Annam reginam, ab Ioanne Zamoyski cancellario summopere coli, qua observantia maxime dignam esse. Eam rogat, ut se ipsum apud Gulielmum V, Bavariae ducem, ad quem mox sit profectura, in gratiam ponat confirmetque. Affirmat se deditum reginae et toti domui Austriacae esse.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 19v–20.*

Harum litterarum, quas ad Ser[mam] Cel[nem] V. scribo, argumentum cum me delectet, Cel[ni] V.Ser[mae] iucundum futurum arbitror, siquidem d[nus] cancellarius Regni Poloniae ita prudentiam, sanctitatem et animi praestantiam Ser[mae] reginae, Cel[nis] V. filiae[1], colit, ut cultu maiore observare non possit, cuius rei perspicua multa sunt argumenta; idque merito, nam affirmo Cel[ni] V.Ser[mae] me huius regni quietem et tranquillitatem, quae turbulenta comitia praeterita consecuta est, ob pre-

---

ad a. 1594, et Marcus Merckler, ca 1555 – III 1595, qui Societatem a. 1588 est ingressus, ambo e Transilvania oriundi; in missione Moldavica annis 1589–1592 erant, unde Merckler in Poloniam est revocatus, Mediomontanus autem in Transilvaniam commigravit (Lukács: Catalogi 728 sq.; Lukács: Monumenta III 304, 380, 880 sq., IV 3).

[2] *Postquam Ludovicus Maselli, provinciae Polonae Iesuitarum praepositus, statuit, ut missio Moldavica dissolveretur, illic missi sunt duo alumni seminarii pontificii Vilnensis ab Ioanne Demetrio Solikowski aepo Leopoli consecrati; die 22 IV 1593 Ludovicus Maselli notum fecit eos in Moldaviam iam pervenisse (Lukács: Monumenta IV 3 sq.).*

[3] *Georgius Mohila (Movilă), metropolita orthodoxus Moldaviae annis 1587–1600 (Jaitner: Die Hauptinstruktionen 401 ann. 3).*

[1] *Anna Austriaca.*

ces praesertim a Ser^ma regina ad Deum effusas partam fuisse putare. Sic Deus ipse eandem servet incolumem faciatque pulchra prole parentem.

Quoniam vero intellexi Cel^nem V.Ser^mam intra paucos dies ad Ser^mum Bavariae ducem[2] profecturam, patronum meum maxime colendum, quem tam diu observo cuique tantum debeo, quantum praestare nunquam potero, si apud Cel^nem S.Ser^mam me in gratia ponat atque confirmet, [b-]maximo beneficio me esse putabo[-b]. Et cum aliud nihil in praesentia scribendum mihi occurrat, pro certo habeat me semper in omni observantiae et officii genere talem praestiturum erga Ser^mam reginam et totam domum Austriacam, qualem decet eum, qui eidem plurimum debet. Cel^ni V. cum tota familia veram precor foelicitatem.

[a-a] 17 calendas ianuarii *reg.* [b-b] *inter lineas et in margine ascriptum*

N. 224

Germanicus Malaspina archiduci Ferdinando, comiti Tirolis

Varsaviae, [a-]17 XII[-a] 1592

Verba observantiae plena ei facit et declarat se studio diligentiaeque non esse parsurum, ut cursus eventuum in Polonia magis opportunus et prosperus fiat. Officia sua ei offert.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 20–20v.*

Quia decere iudico interdum per litteras prae me ferre, si aliter non liceat, veterem observantiam meam multis suis erga me beneficiis auctam erga Cel^nem V.Ser^mam, idcirco manus deosculari libitum est tanquam patrono, cui omnia ex sententia contingere precor.

Quod ad negotia Regni Poloni pertinet, hoc, quamvis e morbo, quo fuerat affectum, ad sanitatem revenerit, tamen esse cavendum, ne iterum in illum incidat (cf. N. 221), quod sola diligentia et vigilantia praestari potest, nec per me certe stabit, quominus ea adhibeantur remedia, quae valetudini conducere possint.

Interim si quid Cel^ni V.Ser^mae inservire possim, nihil certe prius antiquiusve contingere mihi poterit, quam Cel^ni V.Ser^mae voluntati obtemperare, cui summum bonum ita exopto, ut vehementius exoptare non possim.

[a-a] 16 calendas ianuarii *reg.*

---

[2] *Gulielmus V.*

N. 225

Germanicus Malaspina card. Andreae Báthory

Varsaviae, [a-]*17 XII*[-a] *1592*

Significat Sigismundum III regem promisisse se abstenturum esse, ne eum in iudicium vocet ob causam ei notam. Iterum eum rogat, ut locum congressus eorum statuat.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 20v.*

Postremo cum Ser^ma^ R.M^te^ verba feci, [b-]a qua cum[-b] intellexissem D^onem^ V.Ill^mam^ iam fuisse citatam ob causam, quae D^oni^ V.Ill^mae^ nota est[1], Ser^mo^ regi affirmavi id fieri vix posse cum amplissimi collegii Ill^morum^ D^norum^ cardinalium existimatione, idcirco pro sua observantia erga Sanctam Sedem Apostolicam et erga collegium benevolentia, quod facere deliberaverat, suspensurum se promisit.

Praeterea superioribus diebus ad D^onem^ V.Ill^mam^ cum scripsissem nonnullis de rebus magni quidem momenti esse mihi cum D^one^ V.Illma colloquendum, ideo constituendum esse, quo loco possem eandem convenire[2], nihil mihi, quod ad meas manus pervenerit, rescriptum est. Quare, cum alia causa accedat, tanto magis D^onem^ V.Ill^mam^ oro, ut certum locum ostendat, ad quem cum primum iusserit, accedam. D^onis^ V.Ill^mae^ manus deosculor.

[a-a] 16 calendas ianuarii *reg.* [b-b] *ascriptum supra expunctum* cum vero

N. 226

Germanicus Malaspina Stanislao Karnkowski, aepo Gnesnensi

Varsaviae, [a-]*17 XII*[-a] *1592*

Eum certiorem facit de monitione, quam comitiis terminatis Anna Austriaca regina per litteras Maria archiducissa, matre eius, intercedente Rudolpho II imperatori atque Ernesto et Maximiliano archiducibus fecit, ut condiciones transactionis Bytomiensis et Bendzinensis observarent neque nobiles Polonos contra Sigismundum III regem, qui regnum Polonum usque ad mortem retinere desiderat, incitarent; archiducissam pro certo reginae affirmavisse illos voluntati eius satisfacere paratos esse. Refert deinde se cum Arnulpho Uchański, abbate Suleio-

---

[1] *Sermo est de pecunia aerario regio destinanda a card. Andrea Báthory sequestrata, cf. N. 96 p. 156, N. 183 p. 297–298.*

[2] *Vide N. 212.*

viensi, collocutum esse de dubitationibus ad officia ab illo implenda pertinentibus et de abbatia Suleioviensi visitanda; ipse huiusmodi visitationem quamprimum ad effectum adducendam esse putat.

Reg.: B. Vallic. L 18 f. 20v-21v.

E[x[b]] iis rebus, quae ad hoc regnum pertinent, praetermittendum non[c] esse decrevi, quominus ad D[onem] V.Ill[mam] scriberem, quapropter cum post praeterita proxima comitia Ser[ma] regina[1] litteras misisset ad archiducissam Ser[mam] Mariam Austriacam, matrem suam, quibus efflagitabat, ut ageret etiam precibus, si opus esset, cum Caes.M[te] et Ser[mis] Hernesto atque Maximiliano archiducibus, ne in posterum vellent nobiles Polonos solicitare ad aliquid cogitandum de regii status mutatione, sed in transactione Bezinensi persisterent, cum Ser[ma] R.M[tas] hoc regnum retinere omnino velit et in eodem permanere usque ad extremum vitae diem; quod si aliquando necesse illi fuerit in Sueciam proficisci illud regnum haereditarium retinendi gratia, qui casus vix videtur eventurus, id omnium ordinum consensu facturum se diceret. Idcirco eiusmodi officio cum functa esset, Ser[ma] archiducissa rescripsit reginae filiae suae Caes.M[tem] et archiducem Hernestum atque Maximilianum observaturos[d] se omnino transactionem Bezinensem promisisse, nec ullo tempore in posterum neque ad mansionem neque ad discessum S.R.M[tis] ex hoc regno se cogitaturos.

Haec habui de rebus ad regnum hoc pertinentibus, venio nunc ad abbatiae Suleoviensis negotium. Hesterna die fuit apud me abbas[2], cum quo locutus sum sane diu, quae pro dignitate atque existimatione D[onis] V.Ill[mae] nequaquam retinenda censui. Postremo Romam proficisci statuisse se cum diceret, eundem monui, ne tacenda loqueretur, et sic in provincia sibi demandata se gereret, ut iis satisfieret, quibus in primis satisfieri decet. De comissario ad praedictam abbatiam et ad eius dioecesim invisendam mittendo non modo non aegre ferre visus est mihi abbas, sed valde hoc idem optare se dixit, quo constare de actionibus suis possit. Quare cum comissarium aliquem eodem mittendum censeam, si talem habeat D[tio] V.Ill[ma], qui eiusmodi visitandi munere accurate et diligenter fungi queat, quin quamprimum illuc mittamus eundem, non recuso, quo posthac animo nobis quietiore esse omnino de abbatiae illius administratione liceat. Cum vero scribendum nihil aliud mihi occurrat, D[oni] V.Ill[mae] ex animo me commendans omnem gratiarum accessionem[e] a Domino precor.

[a-a] 16 calendas ianuarii *reg.* [b] *decoloratum* [c] *suprascriptum* [d] *syllaba anteposita* ob *suprascripta* [e] *ascriptum supra expunctum* augumentum

[1] *Anna Austriaca.*

[2] *Arnulphus Uchański; cf. N. 216.*

N. 227

Card. Georgius Radziwiłł Germanico Malaspina

Bodzentini, 17 XII 1592

Ad propositum se referens, quod ad irritum cecidit, ut Nicolaus Christophorus Radziwiłł, frater suus, legatus ad oboedientiam summo pontifici praestandam Romam mittatur, nuntio nihilominus nomine illius suoque gratias agit pro servitio apud Sigismundum III regem iis reddito, sed etiam se excusat et aliquot explicationes addit. Se curam suscepisse dicit, ut alium quendam virum ad hoc munus adimplendum inveniret; de qua ceterisque rebus Gasparum Biglia eum certiorem esse facturum significat, cui potestatem colloquia nomine suo gerendi tribuit.

Aut.: ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 18, dorsum f. 19v.
Cop.: B. PAN Kr. 8408/I (TR 68) f. 8-9.

Ringratio infinitamente a V.S.R^{ma} dell'officio fatto con S.M^{tà} per il duca mio fratello[1] et per me in materia di questa benedetta legatione di Roma[2]; et cierto che la non haverà inganato niente la M^{tà} S., perché, quant'a me, ho fatto tutto quello che mi era possibile et in un cierto modo più del possibile. Onde non senza raggione haveva io scritto a V.S.R^{ma} che m'ha bisognato studiar sopra quelle scritture mandatemi dal duca[3]; et V.S.R^{ma} si può ricordar che io subito al principio gli fecci difficile sto negotio, et me maravigliai quando la me disse che 'l duca non era alieno da questo viaggio. Haverei bene desiderato che non fusse stato scritto altro a Roma di questo particolare avanti che si havesse havuta la certezza. Adesse mo non si può far altro, bisogna pensar a qualcheduno che non sia da manco di questo, acciò che si serva, pur più che si potrà, a la dignità del papa et del re; di che essendo io grandemente sollecito, mando a posta per questo effetto a V.S.R^{ma} il mio Biglia, il quale gli parlerà in nome mio in questa materia et in altre, ma particolarmente per conto di quello che me mandò dir il palatino di Crac[ovi]a[4], il quale è già tutto mio, medesimamente il castellano di Sendomiria[5], genero del cancelliero[6]. Prego V.S.R^{ma} gli dia tutta quella fede che la darebbe a me medesimo. A lui adonque rimettendomi in tutto per tutto,

---

[1] *Nicolaus Christophorus Radziwiłł „Orbus".*

[2] *Cf. N. 167, 178, 193, 198 et N. 201 p. 328.*

[3] *Vide N. 193 p. 308.*

[4] *Nicolaus Firlej.*

[5] *Stanislaus Tarnowski.*

[6] *Castellanum Sandomiriensem Ioannis Zamoyski cancellarii socerum, non autem eius generum fuisse iam satis constat; cf. N. 59 ann. 10.*

me raccomando hora a V.S.R^{ma} con ogni affetto, augurandole ogni maggiore felicità et contento.

N. 228

Stanislaus Suchorzewski, canonicus Cracoviensis, Germanico Malaspina

Heilsbergae[1]*, 17 XII 1592*

Nomine card. Andreae Báthory suoque gaudium expromit nuntium in Varmiam venire intendere; descriptionem igitur itineris ab eo faciendi mittit et affirmat cardinalem Olstini eum esse exspectaturum.

Aut.: ASV FB III 96 D f. 196, dorsum f. 203v.

Illmo certe D^{no} meo cardinali[2] et mihi[3], qui totus sum in aere, D^{onis} V.Ill^{mae} et R^{mae} adventus in has oras frigido sub Arcto *[ss]* positas est longe iucundissimus, desideratissimus futurus. Utinam quamprimum illas sacratas manus exosculari liceat et iucundo perfrugi *[s]* conspectu. Ill^{mus} meus D^{onem} V.Ill^{mam} et R^{mam} percupide expectat. Ego vero, ut habeat explicatiorem rationem itineris, hanc descriptam mitto. Olstini[4] quidem Ill^{mus} meus D^{onem} V.Ill^{mam} praestolabitur. Pluribus non, ne gravioribus curis distento, molestus sim. Commendo me meaque humillima servitia D^{oni} V.Ill^{mae}. Quam ut magnus Deus omnibus suae gratiae donis cumulet, precor.

N. 229

Hieronymus Rozrażewski, epus Cuiaviensis, [Germanico Malaspina]

s.l., [ante 18 XII 1592]

Dicit se ipsum variis rumoribus divulgatis numquam esse suspicatum Sigismundum III regem coronam Polonam amittere in animo habere, tamen illius propositum terram patriam visitandi se anxium reddere, ne causa gravium motuum

---

[1] *Heilsberga (Pol. Lidzbark Warmiński), residentia episcoporum Varmiensium.*

[2] *Andreas Báthory.*

[3] *Stanislaus Suchorzewski, canonicus Cracoviensis ab a. 1583, card. Andreae Báthory familiaris, ob munera a Stanislao Reszka abbate in Italia obeunda unus inter administratores abbatiae Cisterciensium Andreoviensis a. 1588 et iterum a. 1592 ordinatus (Kuntze, Nanke pars 2 p. 19 ann. 27; Niesiecki VIII 560; Łętowski IV 96; Wierzbowski: Materiały 29, 36).*

[4] *Olstinum (Allensteinum, Pol. Olsztyn), tunc oppidum in dicione capituli Varmiensis ad Allam (Łyna) fluvium situm.*

ac tumultuum rege absente in Regno fiat; quod itaque necesse esse ad irritum redigi putat.

Exc.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 209, nomen destinatarii deest, s.l.d.; in dorso (f. 220v) eadem manu: Exemplum capitis litterarum d^ni^ episcopi Cuiaviensis, *alia manu:* Cum litteris episcopi S. Severi 19 *[s]* decembris datis[a]; sono discorsi[b].

***Summ., Exc.:** B. PAN Kr. 8408/I (TR 68) f. 97.*

Nota: Terminus ante quem statuitur ex mentione de hoc excerpto in epistula cifrata Malaspinae die 18 decembris data obvia (N. 231 p. 371).

Mirum certe est nondum plane ressedisse in animis multorum istas de discessu regio suspitiones atque eas passim in congressibus et symposiis nobilitatis, etiam nunc, non leviter percrebescere. Ego animum R.M^tis^ de non retinendo in perpetuum hoc regno, ex quo praesertim S.M^tas^ R. cogitationem contrahendae cum Austriacis affinitatis susceperat, suspectum habere nunquam potui. Quae causa etiam fuit, ut praeteritae legationis onus eo libentius susceperim[1]. Propositi tamen regii excurrendi ac visitandi patriam, etiam cum spe reditus, variis argumentis excitatae suspitiones sicut me in hanc horam quidem ex animo meo evelli possunt, ita me non parum anxium reddunt. Quod eiusmodi institutum ne tanto gravioribus utrumque regnum involvat periculis, quanto saeculi istius iniquitas consiliorumque Sueticorum cum nostris inter se pugnantium dissimilitudo maiores nobis procellas et tempestates minari videntur, subvertendum est. Quam enim tutum et pacatum hoc regnum, si brevi praesertim ille discessus immineat, in absentia S.M^tas^ R. habitura sit, cum etiam nunc praesens multa eiusmodi concoquere necesse habeat, Illma D^tio^ V. ex illis, quae in comitiis intercesserunt et nunc passim in Regno variis sermonibus circumferuntur, pro sua prudentia praevidere potest.

[a] *infra penitus expunctum* sono tanto fastidiosi discorsi ch'io non ho saputo che scrivere
[b] *infra expunctum* Reiette

N. 230

Germanicus Malaspina Cinthio Aldobrandini

Varsaviae, 18 XII 1592

Prolixitatem adiunctae epistulae notis secretis scriptae renascentibus machinationibus rerum novarum cupidorum explicat et profitetur rebus in Regno placatis se maiorem brevitatem in scribendo ostensurum esse. Mentionem deinde facit de

---

[1] *Sermo est de legatione, quam Hieronymus Rozrażewski una cum Alberto Radziwiłł marescalco negotii matrimonii regii tractandi causa vere a. 1592 obiit, vide N. 19 ann. 15 et N. 155 ann. 4.*

Hieronymi Rozrażewski, epi Cuiaviensis, recusatione, ne legatus ad oboedientiam pontifici maximo testificandam Romam se conferat; de visitationibus ab episcopis inchoatis et synodis dioecesanis convocandis, necnon de Stanislao Karnkowski, aepo Gnesnensi, qui apud se est questus, quod parochiae cura pastorali privatae sunt, e quo dispensationes super pluralitate beneficiorum erant concessae; cuius preces quoque exponit, ut Ioannes Rembieliński, adulterii reus, ad debitam poenam solvendam damnetur. Certiorem eum facit de causa iudiciali card. Andreae Báthory imminente, propterea quod ille pecuniam sequestro positam Sigismundo III regi restituere non vult, relationemque a secretario regio ad praefatum cardinalem misso regi et nonnullis aliis factam affert. Scribit praeterea de aegritudine animi, qua Ioannes Tarnowski vicecancellarius iniuste coram summo pontifice accusatus opprimitur. Significat regem a se persuasum prohibuisse, quominus praedicantes Lutherani in domicilio Annae Vasa, sororis regiae, agerent; alias quoque actiones a se susceptas enumerat ad id tendentes, ut illam ad fidem catholicam amplectendam adigat. De Annae Austriacae reginae dote stabilienda et de cursoris Gazi II Giraj, Tartarorum principis, Varsaviam adventu verba facit. Quattuor eius litteras se recepisse dicit miraturque magnam partem epistularum a se missarum Romam non pervenisse.

Or.: 1. ASV F. Borgh. III 96 D f. 204–206, dorsum f. 206v. — 2. ASV F. Borgh. III 96 D f. 193–194v, dorsum f. 195v.

***Reg.**: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 94v–96.*

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 152v–155. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 213v–219. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 242–247v. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 101v–103. — 5. ASV F. Pio 133 f. 211–213v.

***Ed.**: Wełykyj: Litterae n. 370 p. 328, fragmenta ex or. 1.*

Se io sono stato troppo lungo nel foglio a parte[1], l'attribuisca V.S.Illma al molto affetto che porta N.S. a questo Ser^{mo} re et Regno, il quale essendo noto, causa desiderio in S.M^{tà} che S.B^{ne} sappia distintamente li mottivi che vanno resurgendo, acciò con salutari documenti possa per tempo aiutare la M^{tà} S. et il Regno. Et per ciò, contra l'instituto mio, osservo hora di scrivere così prolisso come se costì non vi fussero altre facende che quelle di qua. Ma spero che dal tenore sì di questa et quella che scrissi il primo *[s]* di decembre[2], come anco da quella che scriverò con le prime dello stato di Svetia[3], si haverà piena informatione d'ogni cosa, et delli timori et delle speranze, et che con l'aiuto del Signor Dio si sgombrarà ben presto ogni novità, scoprendosi l'iniqui conati et fini d'alcuni cervelli seditiosi et inquieti. Et allhora, mancandomi li negocii, diventarò sterile nello scrivere, il che se bene mi dispiacerà per altri rispetti, mi piacerà almeno considerando che l'aridità mia sarà inditio di molta tranquillità in queste provincie.

---

[1] *Vide N. 231.*

[2] *Vide N. 202.*

[3] *Vide N. 245.*

Il vescovo di Cuiavia[4] s'è scusato di non poter accettare la legatione per Roma[5], di modo che io son constituito in tal termine che mi conviene, se ne voglio venir a fine, di essortare S.M^{tà} a concludere col primo che venga per le mani, altramente si andarebbe in infinito.

Questi R^{mi} vescovi tutti imitando S.B^{ne}, hanno dato principio a visitare le loro diocesi, et chi non può personalmente assistere a così santa attione, lo fa per interposta persona. Et oltre [a-]a ciò[-a] faranno quasi tutti hora le sinode diocesane, et in particolare la farà l'arcivescovo di Gnesna[6]. Il quale meco ha deplorato molto lo stato di Polonia, atteso che sono restate deserte le parochie et chiese cathedrali per la concessione della pluralità de' benefici, cosa che ancora io tocco con mano, ma non ho saputo che rimedio darle. V.S.R^{ma} potrà dirne una parola a N.S. se così giudicarà bene[7]. [b-]Mi ha similmente communicato come costì pende una causa di adulterio contra un Giovanni Dembislmsti[c8], et mi ha pregato ch'io rappresentassi a V.S.Illma lo scandalo che sarebbe qua se, essendo notorio l'adulterio et l'adulterio inveterato per sette anni in esso, venisse assoluto. Io non posso pretermettere di non supplicare V.S.Illma a voler ordinare che si habbia l'occhio acciò sia data sodisfattione, dove si potrà honestamente, all'arcivescovo[-b].

Il sig. cardinal Battori non ha voluto restituire quella somma di danari che havea preso a S.M^{tà}, di modo che hora si citarà conforme alle constitutioni del Regno et si procederà flegmaticamente per viam iuris[9]. Mi è ben rincresciuto che quel secretario che è stato mandato da S.M^{tà} a S.S.Illma[10] habbia riferito a S.M^{tà} et a molti publicamente che, nel progresso del ragionamento tenuto con lui, il cardinale disse che voleva far guerra al sig. cardinale Radzivil[d], et replicando il secretario che doveva S.S.Illma ricordarsi della beretta che portava, rispondesse: „poco mi curo di questa beretta". Se io mi abboccarò con S.S.Illma, non mancarò di avvertirlo et sapere s'è vero o no che habbia detto simili parole.

---

[4] *Hieronymus Rozrażewski.*

[5] *Cf. N. 201 p. 328, N. 204, N. 214 p. 346.*

[6] *Synodus archidioecesana Gnesnensis a Stanislao Karnkowski aepo convocata Lovicii die 29 III 1593 celebrata est (Sawicki V 177–182).*

[7] *Cf. N. 95, 122, 195.*

[8] *Ioannes Rembieliński, ob. 1614, i.u.d., canonicus Gnesnensis, Loviciensis et Lanciciensis, praepositus in Piątek oppidulo et Chruślin villa occidentem versus a Lovicio sitis. Stanislaus Karnkowski aepus eum aliquoties accusavit, quod vitam inhonestam gereret, verum is tutela capitulorum Gnesnensis, Loviciensis et Lanciciensis utebatur, quae res impediebat, quominus causa eius iudicii archiepiscopalis sententia concluderetur; in iudicium deinde Sacrae Romanae Rotae vocatus unius anni in Landensem monasterium inclusione est multatus, a. 1594 ex archiepiscopi sententia liberatus est ea condicione, ut capitulum Gnesnense eum idonee admoneret (Korytkowski: Arcybiskupi 476 sq., 494; Wieteska 46; Stanislaus Karnkowski Cinthio Aldobrandini, Lovicii 20 I 1594, ASV F. Borgh. III 66 B f. 131, 134v, or.).*

[9] *Cf. N. 96 p. 156, N. 183 p. 297–298, N. 225 p. 360.*

[10] *Cf. N. 183 p. 297.*

Il vicecancelliero[11] mi è venuto a trovare, et s'è mostrato molto afflitto et addolorato per una lettera venuta da Roma, nella quale si contiene che essendo alli piedi di N.S. un nobile polacco dimandato Miscovio[12] et interrogandolo S.S^{tà} di varii particolari concernenti lo stato del Regno et re, tra le altre cose disse che era stato scritto alla B^{ne} S. come egli tradiva S.M^{tà}, communicando tutti li secreti al cancelliero, et di più che haveva tenuto mano alle prattiche austriache. Et se bene le due sopradette assertioni sono di modo contrarie che implicano contradittione, non potendo stare che il vicecancelliero si intendesse et con il cancelliero et con li Austriaci, et che però si conosce che l'aviso dato sia falso, come io mi son ingegnato di persuaderlo ad esso vicecancelliero, tuttavia ho voluto dirne una parola a V.S.Illma acciò possa scrivermi un capitolo in questo proposito atto a racconsolarlo.

Occorse un accidente per il quale fui necessitato, per mezzo d'altri, a far penetrare a S.M^{tà} di quanto scandalo era che la sorella sua[13] facesse predicare in casa, di modo che non solo ella si confermava nelle condennate opinioni, ma alcuni cittadini et altre genti si corrompevano. Hora la M^{tà} S. ha fatto cessare le prediche, et li predicatori ch'erano appresso di lei si sono partiti. Se si potesse mo levarle i libri heretici, come si procura, si potrebbe sperare di guadagnar l'anima sua, et sarebbe attione che tirarebbe seco alcune buone consequenze per il Regno di Svetia. Io ho fatto penetrar alle sue orecchie che l'essere ella heretica causa che S.S^{tà} non pensa a collocarla in matrimonio a qualche gran signore, perché altrimenti, havendo S.B^{ne} tolta la protettione del Ser^{mo} re, suo fratello, non lasciarebbe di tenerla anco di lei, et che non può pensare a quella portione che le toccarebbe delle entrate di Napoli[14], perché il re Cattolico[15] presupporrà che siano decadute alla sua camera conforme alle leggi. Pare che da alcuni

---

[11] *Ioannes Tarnowski.*

[12] *Verisimiliter Ioannes Myszkowski, ob. 2 XI 1607, Ioannis, castellani Oświęcimensis, filius, cuius post mortem in tutelam sui patrui Stanislai, palatini Cracoviensis et confessioni Calvinianae adhaerentis, pervenit et Basileae ac Heidelbergae studuit; in iuvenili aetate ad subdiaconatus diaconatusque gradus extra tempora in cubiculo privato est promotus et canonicatum Cracoviensem obtinuit, a. 1582 canonicatu et praebenda dimissis matrimonium cum Catharina Lasocka, protestantismi fautrice, contraxit; fortasse a. 1592, postquam ad gremium Ecclesiae Catholicae accessit, a Sigismundo III rege Clementi papae VIII commendatus Romam se contulit; in Poloniam rediens brevi commendaticio ad regem 14 XI 1592 dato est instructus, ineunte a. 1594 Clemens VIII facultatem card. Georgio Radziwiłł concessit matrimonium ab illo contractum ratum faciendi, a. vero consequente Ioannes Myszkowski dispensationem in forma gratiosa a summo pontifice impetravit; a. 1599 magistratum tribuni Oświęcimensis iniit (ASV Arm. XLIV 38 f. 129, 14 XI 1592:* Miscochius*; ASV Sec. Brev. 211 f. 134–134v, 139v, Sec. Brev. 362 f. 157v–161v, Sec. Brev. 364 f. 99–104, 1 I 1594, 28 III 1594, 20 IV 1595; Dworzaczek: Genealogia tab. 130; Halina Kowalska, PSB XXII 398; Kuntze, Nanke pars 2 p. 19; Niesiecki VI 502; UDR IV/2 n. 785; Urban: Chłopi 219 sq.).*

[13] *Anna Vasa.*

[14] *Sermo est de summis Neapolitanis, quae dicuntur, a Bona regina Philippo II de Habsburg quondam commodatis et proventibus telonii Fodiensis in Regno Neapolitano praemunitis.*

[15] *Philippus II de Habsburg.*

giorni in qua ella sia alquanto mutata. Piaccia a Dio che sia la mutatione della destra del Signore.

L'assicuratione della dote della Ser^ma^ regina[16] difficilmente si potrà effettuare se non con l'occasione della futura dieta, tuttavia si va cercando alcun mezzo per darle sodisfattione come ricerca il dovere[17].

[c-]Il Tartaro[18] ha mandato qua un suo per sollecitare la speditione dell'ambasciatore trattenuto qua alcuni mesi[-c], come altre volte si è scritto[19], et ha mandato a donare un Moscovita principale fatto cattivo da' suoi soldati, essagerando che egli per far cosa grata a S.M^tà^, come principe hereditario di Svetia, ha spento alli giorni passati, spontaneamente, buon numero di soldati a' danni della Moscovia. [c-]Ma che mentre esso s'impiegava per servitio del Regno di Svetia, ha ricevuto molte percosse da questo di Polonia, perché li Cosacchi sono entrati ne li suoi dominii et vi hanno fatto gran danno. Si spedirà con buone parole, dubitandosi però che quando gli tornarà commodo, sia per tentare di danneggiar questo regno et far poi un simile officio col Mosco[-c20].

Ho ricevuto in un istesso tempo quattro lettere di V.S.Illma delli 25 et 27 *[s]* di settembre, delli 3 di ottobre et 7 di novembre[21]. Né posso se non maravigliarmi che sin allhora non fussero capitate molte mie lettere, havendo io nel tempo delli comitii scritto due et tre volte la settimana et ispedito con esse quattro volte huomini a posta insino a Vienna et Wratislavia. Et qui facendo fine, bacio riverentemente le mani di V.S.Illma et le prego ogni colmo di felicità.

[a-a] acciò *or. 1* [b-b] *fragmentum in margine signatum* [c] Dambislmsti *or. 2* [d] Razivile *or. 2* [e-e] *ed. Welykyj: Litterae*

N. 231

Germanicus Malaspina Cinthio Aldobrandini

Varsaviae, 18 XII 1592

Rationem adducit, quod cunctatus est, ne prius de suo cum Stanislao Karnkowski, aepo Gnesnensi, congressu relationem faceret. Verba affert, quibus ille se excusavit, quod comitia inopinate ac praemature reliquerat, explanavitque, quare in iis infensis erga Sigismundum III regem ordinibus Regni ab incepto causam eius in iudicium deducendi erat decessum. Adiungit archiepiscopum

---

[16] *Anna Austriaca.*

[17] *Cf. N. 214 p. 347.*

[18] *Gazi II Giraj princeps.*

[19] *Vide N. 168 p. 274.*

[20] *Theodorus I, magnus dux Moscoviae.*

[21] *Vide N. 133, 134, 142, 176.*

mentionem fecisse de Ioanne Zamoyski cancellario, qui periculum sibi imminens in Austriacis positum esse sentiat; declarationem a rege praestitam ad suam in Regno Poloniae mansionem spectantem non sufficientem agnovisse; opinionem praeterea expressisse Polonos in conatibus suis coronae Sueticae obtinendae illi auxilio venire non posse variisque argumentis iudicium corroboravisse illum bono Regni Poloni non satis consulere et porro cogitationes ad discessum e Polonia intendere. Certiorem eum facit de nuntio consolante sibi ab archiepiscopo dato, quod ad particulares terrarum conventus post comitia generalia habendos non est perventum. Opinionem pronuntiat illum voluntati card. Andreae Báthory et Martini Leśniowolski, castellani Podlachiae, sed quoque nonnullorum aliorum rerum novarum cupidorum adeo cedere, ut ludibrio solum iis sit; quibus de rebus regem sollicitum sese ostendere dicit; sui ipsius iudicium de modo, quo res se habeant, facit. Dolet, quod Hieronymus Rozrażewski, epus Cuiaviensis, de regis in Sueciam discessu idem ac primas sentit et immodice timet motus et tumultus nobilitatis, quae nonnulli solum afferunt. Scribit deinde de suo responso archiepiscopo dato, quod scilicet rex propositum Poloniam relinquendi omnino amisit et constanter ac continuo sedem et domicilium hoc in regno habere cogitat, in Sueciam autem se conferre solum statibus Regni consentientibus et eo periculo instante, ut regnum hereditate debitum perdere possit; adiungit se primati commoda fructusque huius consilii regii ad Ecclesiam Catholicam et Regnum Poloniae redundantes dilucide exposuisse et variis argumentis illi persuadere conatum esse, ut regem adiuvaret. Revelat se, quamquam archiepiscopus regis voluntati morem gerere pollicitus est, paucam fidem in constantia animi illius ponere, maxime postquam quoddam indicium dubia sua confirmans a card. Georgio Radziwiłł sibi datum habuit. Scribit suam relationem de congressu cum primate regi satisfecisse; opinionem pronuntiat sinceritatem regis in declarationibus ab illo factis negandam non esse et dicit oppositione factionis regiae contra illius in Sueciam discessum crescente se illi esse suasurum, ut coniunctius cum cancellario agat. Nuntiat se relationem de statu Regni Sueciae brevi ei esse missurum.

C.: 1. BAV Chigi M III 64 f. 123–127, in f. 127v manu Matthaei Argenti: Dicifrato 21 di gennaro 1593. Consegnato 22 detto a l'Illmo sig. Cintio[1]. — *2. BAV Chigi M III 64 f. 129–133, s.l., in f. 133v manu Matthaei Argenti:* Duplicato. Dicifrato 21 gennaro '93. Riceuto 5 febraro.

Dec.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 197–200v, dorsum f. 202v.

Reg.: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 96–99, in praescriptione: in cifra.

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 155v–160v. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 219v–231. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 248–258. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 103–108. — 5. ASV F. Pio 133 f. 213v–218v.

Se bene è già una settimana ch'io ritornai dall'arcivescovo gnesnense[2], col

---

[1] *Cinthius Aldobrandini.*

[2] *Stanislaus Karnkowski.*

quale me tratenni un giorno, tuttavia ho differito di scrivere a V.S.Illma quello che ho sotrato da esso, giudicando convenirsi di conferirlo prima con S.M^{tà} per potere con fondamento rapresentarlo alli santissimi piedi di N.S. Hora, havendolo fatto et essendo restato di appuntamento con S.M^{tà} di ciò che devo scrivere, che è in somma tutto quello che me ha detto l'arcivescovo gnesnense, non ho voluto tirare più a lungo il darne parte a V.S.Illma.

Sapia dunque come io presi resolutione de dare quel breve all'arcivescovo gnesnense che V.S.Illma, già alcune settimane sono, mi havea mandato[3]; et questo si fece a fine ch'egli non intrasse in suspicione che questo Ser^{mo} re me havesse spinto a lui. Egli, come persona assai aperta et candida, subito proruppe in lamentarsi del modo vario de procedere di S.M^{tà} circa la dechiaratione della sua mansione in questo regno. Et volendossi escusare, nonostante che da me non fosse accusato, se così alla sfuggita, senza far motto ad alcuno, s'era partito dalla dieta[4], con molte parole s'ingegnò de farmi credere che passò quel suo impeto non solo consideratamente, ma misteriosamente, et che per esso la maggior parte della nobiltà lo chiamava padre della patria, soggiongendomi che io non me persuadesse[a] che nelli comitii non se fusse proceduto contra il re perché li ordini del Regno le siano bene affetti, né perché desiderino che resti con loro, ma perché dubitorno li mal affetti al canceliero che, se si veniva a innovatione alcuna, non fosse caduta la corona del Regno nella persona sua o vero in quella del Transilvano[5]. Et da l'altra parte il canceliero non era sicuro delli Austriaci, et particularmente de l'arciduca Massimiliano, del quale mi disse esser aviso che haveva in ordine diece mila cavalli nel tempo della dieta, cosa ch'io non ho creduto. Et che se un'altra volta se venisse alli cimenti passati, il re esperimentarebbe essere aliena la voluntà delli ordini verso di lui, perché la nobiltà saprebbe come governarsi, né temerebbe tanto li domestichi né li esterni pretendenti. Et che però non bastava di dire „non voglio lasciare il Regno in eterno", ma ch'era necessario de non partirsi mai da esso, altrimente l'harebbe perduto[6]. Che non potevano li Polacchi voltare li suoi pensieri alla conservatione del Regno di Svetia, né vivere con tanta suspensione d'animo, havendo loro che fare a custodire questo regno, circondato da tante genti[b] barbare che sarebbe hormai tempo di pensare di far guera al Turco et non applicare l'animo a l'andare in Svetia. Ch'era gran compassione vedere questo regno senza danari, senza munitioni, senza arteleria, senza fortezze et senza quel nervo nel quale il tutto consiste. Della congiontione delli animi, essendo hora il Regno diviso in tante fattioni solamente per causa della incerteza che si ha della persona regia, et che non curando, né pensando S.M^{tà} punto al benefitio et buon governo del Regno, né ricorrendo nelli bisogni di esso al consiglio de alcuno, lasciando ogni cosa alla dispositione della fortuna, era argumento chiaro che lei haveva poco pensiero

---

[3] *Vide N. 130 ann. 1 et N. 175 p. 283.*

[4] *Cf. N. 160 p. 261, N. 197 p. 315.*

[5] *Sigismundus Báthory princeps.*

[6] *Cf. N. 197 p. 315.*

di fermarsi in esso. Che li altri re havevano o fabricato o fatto giardini, o impiegatosi in qualche altra cosa, solamente per fare con simili mezzi credere che loro dissegnavano di fermarsi et che pigliavano amore al Regno, ma che S.M^{tà} attendeva a mettere da parte danari per potersi partire. Che mostrava de essere mal affeta a' Polacchi, essendosi data in preda a' Lituani[c][7], ritornando nel fine a repetere che se voleva regnare qua, bisognava dechiararsi di non volere mai partire.

Mentre egli andava narrando le sopradette cose, sentivo dentro di me molto ramarico, dubitando che fusse stato falso l'aviso havuto che li conventi particulari fussero svaniti[8]. Et però prima d'ogn'altra cosa le domandai se si sarebbono tenuti quelli conventi. Et intendendo de no, me consolai invero tutto, dandomi a credere che questi suoi discorsi speculativi si risolverano in semplici et nude parole, tanto più che cognobbi che li architeti de così fatta fabrica erano il sig. cardinal Battori et il Podlaschi[9], già favorito di S.M^{tà}, quali insieme, con alcuni altri mal sodisfatti de S.M^{tà}, se servono de l'instrumento de l'arcivescovo gnesnense et lo vanno girando con una debole aura di gloria a guisa di canna aggitata da vento, et egli non s'accorge che non solo non acquista[d] quel titolo da lui ambito di padre della patria, ma che se pigliono trastullo della persona sua et lo tengono inquieto in utroque homine. Tuttavia S.M^{tà} tiene qualche conto delli sopradetti mottivi et del modo che tiene seco l'arcivescovo gnesnense, ma io le ho detto che dovendo havere qualche capo li mali contenti, vedo volentieri c'habbino eletto lui, per esser huomo flessibile et di quella natura che V.S.Illma conosce meglio di me, la quale con l'auttorità di N.S. se contenerà in officio.

Me rincresce bene che il vescovo di Cuiavia[10], quale è de giudicio fermo, habbi l'istesso senso de l'arcivescovo gnesnense in questo particolare, come V.S.Illma vedrà dalla copia d'un capitolo d'una sua che le mando[11], oltre a quello che ha comunicato con quel mio familiare che inviai da esso[12], mostrando de dubitare che nel Regno bollino mali humori et dando inditio di non minore timidità di quello che habbia fatto nelli comitii passati. Io nondimeno non[e] scopro essere universali li mottivi che passono, ma tra pochi; né me meraviglio, come altre volte ho scrito[13], ch'in una republica populare et libera latrino coloro che hanno fame et si lamentino coloro che si tengono offesi, et non mettendo loro conto di scoprire le loro passioni, le coprono con il mantello del beneficio della patria.

---

[7] *Hoc modo mentio episcopatus Cracoviensis a Sigismundo III rege card. Georgio Radziwiłł, origine Lithuano, collati facta est.*

[8] *Cf. N. 214 p. 348.*

[9] *Martinus Leśniowolski.*

[10] *Hieronymus Rozrażewski.*

[11] *Vide N. 229.*

[12] *Cf. N. 201 p. 328, N. 214 p. 346.*

[13] *Vide N. 183 p. 295.*

Ma perché il tempo chiarirà questa partita, me ne passarò a quello che risposi a l'arcivescovo gnesnense, il che fu che S.M[tà] haveva fatto tre resolutioni, doppo la mia venuta in queste parti, circa il retenere et fermarsi nel Regno. La prima era che la M[tà] S. haveva totalmente deposto il pensiero di lasciare il Regno, ma che era risoluto di ritenerlo per sempre; che voleva fare la sua residenza di continuo in esso et governare il Svetico per interposte persone; che non havea animo di transferirsi in Svetia se non in caso ch'in quel regno nascese accidente tale che non vi essendo in persona, corresse manifesto pericolo di perderlo, et ch'in tal caso meno vuole partire senza saputa et consenso delli ordini. Che per la prima resolutione si escludevono tutte le pratiche, perché volendo retenere il Regno, chiara cosa è che non lo vuole dare ad altri, et poco importa alli principi esterni ch'egli vadi in Svetia, dovendo ritornare. Per il che diedi segno di maravigliarmi che l'arcivescovo gnesnense havesse mostrato, nelle lettere scritte a me, di tenere così poco conto di questa ferma intentione di S.M[tà], nella quale consiste la salute del Regno[14]. Che per la seconda, essendo resoluta S.M[tà] di fare la sua residenza in Polonia, haveva megliorato molto di conditione il Regno da quello che sarebbe suceduto in altri casi, et in spetie se l'imperatore Massimiliano[15] fosse stato eletto re, perché non era credibile che dovesse indursi a lasciare la sede de l'Imperio per quella di Polonia, et pur la maggior parte della nobiltà concorse nella sua persona. Et che havendo altri re governato questo regno rimanendo loro nelli suoi hereditarii[16], dovevano havere obligo al presente che postponeva l'hereditario a l'elettivo. Che non vedeva in che cosa peccasse il re con la terza resolutione presa, poiché era tanto giustificata per le due conditioni[f] restretive, cioè in caso di manifesto pericolo di perdere il Regno et con il consenso delli ordini, che bene havrebbe peccato questa natione et denigrato in qualche parte il candore della gloria sua, et particularmente lo stato ecclesiastico, et più d'ogn'altro l'arcivescovo gnesnense, et tutti li catolici havrebbono perso molto nella universale piazza del mondo se potendo acquistar quel regno alla vera fede et Catholica Chiesa, et conservarlo ne la persona del loro re senza detrimento della pace et tranquillità loro, anzi con augumento di auttorità, potenza et forza, havessero permesso che con tanta iattura dell'honore de Dio et danno del presente loro re et suoi successori, et de l'istesso Regno di Polonia, al quale forsi anco con il tempo se potrebbe incorporare, fosse caduto

---

[14] *Vide ann. 6.*

[15] *Maximilianus II de Habsburg, 31 VII 1527 - 12 X 1576, Ferdinandi I imperatoris filius, archidux Austriae, Romanorum rex ab a. 1562 et imperator ab a. 1564. Unus eorum, qui ad regnum Polonum obtinendum aspirabant; favore magnae partis senatus, Lithuanorum et Prussiae Regalis nobilitatis utens die 12 XII 1575 rex Poloniae et magnus dux Lithuaniae est proclamatus, sed in certamine de corona a Stephano Báthory contra eum electo victus est.*

[16] *Hic sermo referri potest ad Venceslaum II de stirpe regnante Premislidarum, 17 IX 1271 - 21 VI 1305, Bohemiae ab a. 1278 et Poloniae ab a. 1300 regem, ad filium eius Venceslaum III, 6 X 1289 - 4 VIII 1306, Hungariae annis 1301-1305, Bohemiae et Poloniae ab a. 1305 regem, atque ad Ludovicum I Magnum Andegavensem, 5 III 1326 - 10/11 IX 1582, Hungariae ab a. 1342 et Poloniae ab a. 1370 regem.*

in mano di principe heretico. Et che però ogni concetto per apparente et spetioso, che fusse opponendosi alle[g] sopradette resolutioni del re, sarebbe stato tenuto non per concetto de cattolica persona, ma fabricata da coloro che sono fascinati dal condennato seme delle heresie, alle quali non può piacere né ch'il re accreschi in auttorità, né ch'il Regno habbi forze, perché l'augumento de l'uno et de l'altro è diminutione di loro. Et però conclusi il mio ragionamento che chi parla hora di queste materie, non può havere altro obietto che resuscitare le antiche pratiche esterne et renovare le mortificate fattioni domestiche, et che sì come il pretesto che insin hora hanno havuto di dare tante vessationi a S.M[tà] non era senza qualche fondamento di honestà, poiché l'abbandonare il Regno era attione illecita et quanto a Dio et quanto al mondo per essere de diretto contra la vocatione di S.M[tà] et in detrimento del beneficio del Regno, così hora non concorrendo né offesa divina né humana nelle risolutioni prese da S.M[tà], era cosa chiara che non si caminava a fine del benefitio publico, ma che coloro che parlavano erano dominati da' passioni et interessi privati. Et che però io, come amico di S.S.R[ma], non potevo se non con ogni sincerità metterle in consideratione le sopradette cose et esortarlo a procedere con molta cautella con quei cervelli inquietti che ricorrevano da lui; et sì come non ardivo de dirle che se li levasse davanti, così lo confortavo a stare molto bene sopra di sé, acciò loro non l'imbratassero della loro farina, ma che più tosto reportassero di quella di S.S.R[ma].

Egli me ringratiò et me promisse di volere indrizzare le sue attioni al scopo sopradetto, et me pregò ad assicurare S.M[tà] della sua buona voluntà. Et se in esso come è buona et pia mente, così fosse stabilita, crederei che questo nostro congresso fosse stato molto utile. Ma non so che ci potiamo promettere della sua stabilità, tanto più ch'il sig. cardinal Radivil m'ha fatto intendere che l'arcivescovo gnesnense ha detto ad alcuni, et in spetie a S.S.Illma, non senza demostratione d'indignatione, che la nobiltà più confidi a un esterno, accenando la mia persona, che non faceva a li naturali. Et il sig. cardinal Radivil le rispose conforme alla pietà et zelo suo.

S.M[tà] ha sentito molto piacere de quanto ho passato con l'arcivescovo gnesnense. Et sì come la M[tà] S. procede con ogni candore con il Regno, non potendo io persuadermi che confessandosi ogni settimana hora, con l'occasione de l'Advento, et comunicandosi spesso, volesse inganare né il Regno né S.B[ne], così credo che si possino afermare per vere le sopradette resolutioni, et però nelle risposte che di costà si dovrano dare converà presuporle per già stabilite.

Io starò più vigilante che potrò attendendo se queste voci sparse nelli convit[h] pigliono maggior fomento; et in evento che penetri potere apportare seco qualche consequenza fastidiosa, mutarò la forma che ho tenuta insin hora a consigliare S.M[tà], la quale è stata che S.M[tà] non se stringhi con il canceliero molto, né se li mostri in tutto et per tutto gratioso, per non alienare li animi di coloro che sono ben affetti a S.M[tà] et mal affetti a lui. Ma hora se vedrò che tacendo il canceliero, li nostri vadino a camino di alterare la pace et quiete del Regno, poiché tanto è impedire l'andata del re in Svetia nelli accidenti detti di sopra, quanto è il non volere che retenghi questo regno, esortarò S.M[tà] a unirsi perfetamente con lui, perché egli, come ha il vento prospero dalla parte di S.M[tà] et di

S.S^{tà}, saprà bene guidare la barca, di modo che il re potrà andare in Svetia senza timore di perdere questo regno. Soprasederò però di passare ulteriormente a cosa alcuna insin tanto che S.B^{ne} me prescrivi il modo con il quale me devo governare in evento che questi mottivi non cessino.

Ho di già hauta la relatione del stato del Regno di Svetia[17]. Conferirò con S.M^{tà} il mio aviso et collationatolo insieme con la relatione che ne deve havere S.M^{tà}, ne darò con le prime parte a V.S.Illma.

[a] *sic c. 1 pro* persuadessi [b] gente *c. 1* [c] *subducta linea notatum* [d] *sic reg., correctum ex* è acquisto; è acquisto *c. 1 et 2,* acquistò *dec.* [e] *suprascriptum* [f] conditione *c. 1* [g] *sic reg.;* le *c. 1, 2 et dec.* [h] *correctum ex* conventi

N. 232

Germanicus Malaspina Andreae Opaliński, marescalco Regni

Varsaviae, [a-]18 XII[-a] 1592

Eius litteras se recepisse dicit affirmatque suum liberum ac sincerum colloquium cum Iacobo Brzeźnicki, suffraganeo Posnaniensi, habitum animi aequitate se affecturum esse, si hoc modo Lucae Kościelecki, epo Posnaniensi, persuaserit, ut indignam vivendi rationem abiciat et maiore cum cura commissam sibi dioecesim administret, praesertim cum marescalcus stimulos sibi admoveat, quo dictum episcopum ad honestum modum vitae amplectendum confirmet. Nomine summi pontificis ei gratias agit eumque incitat, ut maiore quodam studio pro bono ordinis ecclesiastici et Sedis Apostolicae agat, simulque spem ei dat filium Andream ad dignitates ecclesiasticas brevi esse accessurum.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 21v–22.*

Percepi sane voluptatem non vulgarem ex D^{onis} V.Ill^{mae} litteris, ea narrantibus, quae intelligere mihi iucundum fuit. Siquidem R^{mus} D^{nus} episcopus Posnaniensis[1] poenitentia ductus et conscientiae stimulis commotus non solum veterem vivendi rationem episcopo detestandam prorsus abiecerit, sed diligentius muneri suo invigilare et comissam sibi provinciam optime sancteque administrare statuerit, ad quod praestandum non parum amicorum etiam hortationes proficere possunt, sique liberius loquendo cum R^{mo} D^{no} suffraganeo Posnaniensi[2] aliquid profecero, nunquam me liberioris illius orationis generis poenitebit, cum nec incerto

[17] *Cf. N. 202 p. 331.*

[1] *Lukas Kościelecki.*

[2] *Iacobus Brzeźnicki.*

auctore de iis locutus sim, quae liberrime etiam, nec adeo liberius agenda essent[3]. Si vero R^mus^ D^nus^ episcopus ob ea, quae a me dicta sunt et pietatis studio, et ut fratrem lucrarer, resipuerit, certe non video, cur benevole confirmare non debeam ad se revertentem et vetere homine omisso novum induentem; quod eo studiosius et libentius mihi faciendum esse censeo ab amico non vulgari rogatus, cuius fidei atque benevolentiae multum tribuo, sperans fore, ut quo magis R^mus^ D^nus^ episcopus Posnaniensis in hoc Poloniae nobilissimo Regno splendore maiorum clientum atque affinium multitudine polliat ingenioque valeat, eo vehementius in posterum operam daturum, ut temporis iacturam resarciat gregique suo ivigilet, ne commissa sibi animarum cura detrimenti aliquid patiatur. Sed de his hactenus.

A S.D^no^ N. litteras accepi, quibus iubet D^oni^ V.Ill^mae^ suo nomine gratias agi hisce verbis: Regni marsciallo, de quo tanta praedicant litterae ad nos scriptae, nostro nomine gratiae agendae sunt[4]. Quare D^onem^ V.Ill^mam^ hortor ad amplectenda eo maiore studio semper, quae ad ordinem ecclesiasticum et Apostolicam Sedem in primis, hoc regnum maximi facientem, pertinent, quo apertius intelligit se ipsam et sua omnia S.D^no^ N. cordi esse, qui occasione oblata filium etiam D^onis^ V.Ill^mae^[5], moribus animique virtutibus satis ornatum, ornatiorem etiam dignitatibus reddere potest. D^oni^ V.Ill^mae^ omnia ex sententia contingere exopto.

[a-a] 15 calendas ianuarii *reg.*

N. 233

[Cinthius Aldobrandini] Germanico Malaspina

Romae, 19 XII 1592

Certiorem eum facit se nullas litteras ab eo recenti tempore habere exspectatque eas crebrius Romam esse perventuras, postquam Sigismundus III rex tota cum aula Cracoviam revenerit. Opinionem summi pontificis ei tradit firmam concordiam inter Ioannem Zamoyski cancellarium et regem in eiusdem voluntate, clare expressa, in Polonia remanendi esse positam. Adiungit pontifici maximo quietem atque tranquillitatem animi regis magni cordi esse.

***Reg.**: 1. ASV F. Borgh. III 18 f. 46-46v, nomen auctoris deest. — 2. DHI 1 f. 331v-332, nomen auctoris deest.*

Non ho lettere di V.S.R^ma^ questa settimana, né haverei che scrivere a lei se non volessi servare la buona usanza di non lasciar vacuo il dispaccio d'alcuna

---

[3] *Cf. N. 214 p. 347.*

[4] *Vide N. 164.*

[5] *Andreas Opaliński, praepositus Plocensis.*

settimana se ben dovesse[a] empirlo con lettera vana.

Aspettamo d'intendere che 'l re con la corte sia ritornato in Craccovia per havere poi anco da lei lettere più frequenti con avisi de progresso dell'accommodamento che si fece in Varsovia[1]; la durabilità del quale, pensa N.S. in somma che consista nella perseveranza del re in Polonia et nell'imprimere ben bene negl'animi[b] de' paesani et forestieri[c] questa risoluta determinatione. Dall'altra banda S.B^ne^ non mancarà di favorire tutti i consigli che tendono alla quiete et tranquillità di S.M^tà^ nel modo che a V.S.R^ma^ si scrisse nelle precedenti[2], alle quali non resta che aggiongere di più se non che le bacio la mano et le prego dal Signore ogni vera felicità.

[a] *sic reg. 1 pro* dovessi [b] *sic reg. 2,* anime *reg. 1* [c] *sequitur* similmente *reg. 2*

N. 234

Claudius Acquaviva, praepositus generalis Societatis Iesu, Germanico Malaspina

[Romae], 19 XII 1592

Ad eius litteras respondens gaudium et voluptatem non celat propter felicem decursum eventuum in Polonia, sed etiam ob auxilium, quo sodales Societatis Iesu ei venerunt. Precibus eius indulget, ut pater Sigismundus Ernhoffer penes aulam regiam remanere possit.

***Reg.**: ARSI Epp. NN. 2 f. 23, s.l., ante textum in margine inscriptio cursualis:* Vars[avi]a.

Mi son consolato molto[a] haver inteso per lettera di V.S.Illma che lo[b] stato delle cose[c] del Ser^mo^ re[d] sia incaminato in modo che se ne speri [e]per l'avvenir maggiore[-e] pace et tranquillità nel Regno, al che non ho dubio alcuno che la molta prudenza et destrezza di V.S. ha veramenti giovato grandemente. Che sì poi anco alcun de nostri habbia fatto buon offitio a questo desiderato effetto[f2], mi è piaciuto[g], et in particolare che V.S.Illma resti servita del padre Sigismondo Ernover, de cui scrivo al suo superiore[3] che lo lassi trattener costì ove, spero,

---

[1] *Hic sermo est de reconciliatione comitiis inquisitionis terminatis inter Sigismundum III regem et Ioannem Zamoyski cancellarium facta, cf. N. 160 p. 261–262, N. 162 p. 265, N. 165 p. 268, N. 168 p. 271–272, N. 169, N. 183 p. 295, N. 203 p. 334.*

[2] *Vide N. 217.*

[1] *Vide N. 203.*

[2] *Hic procul dubio agitur de opera, quam pater Petrus Skarga sibi post comitia inquisitionis dedit, ut Sigismundum III regem cum Ioanne Zamoyski cancellario in concordiam reduceret.*

[3] *Ludovicus Maselli, provinciae Polonae praepositus.*

sarà bene impiegato[h], tanto più che V.S. così comanda per il maggiore servitio divino et contento anco di lei in particolare, a cui desidero in ogn'occasione mostrar quanto brami[i] la sua sodisfattione. Et con tal fine le priego da N.S. felicissime feste.

[a] *sequitur expunctum* che V.S.Illma resti [b] *sequitur expunctum* cose [c] *sequitur expunctum* di cotesta [d] *sequitur expunctum* habbino comi[nciato], pigliato quella buona piega [e-e] *ascriptum supra expunctum* molta [f] *sequitur expunctum* saria stato per debito suo [g] *sequitur expunctum* et priego la Divina Maestà conservi et accresca loro suoi santi doni [h] *in margine* resti il padre Sigismondo Ernover [i] *ascriptum supra expunctum* desideri

N. 235

Germanicus Malaspina Clementi VIII, pontifici maximo

Varsaviae, 21 XII 1592

Refert de responso Mariae archiducissae ad epistulam Annae Austriacae reginae, filiae eius, dato, in quo illa fortiter affirmavit Ernestum archiducem et Rudolphum II imperatorem nullas actiones suscepturos esse, quibus sollicitudine Sigismundum III regem afficere vel motus in Polonia excitare possint; quod ad personam Maximiliani archiducis spectare, imperatorem operam esse daturum, ut illi persuadeat, quo desiderio regis satisfacere velit. Non dubitat, quin Maximilianus archidux proposita transactionis Bytomiensis et Bendzinensis ad effectum perducere debeat, si spem coronae Polonae post mortem quidem Sigismundi Vasa obtinendae destruere et totam domum Austriacam ad periculum exclusionis ab electione novi regis exponere nolit, necnon attendat, ut status Regni Poloni adduci possint, quo Turcis pro omnis christianitatis bono bellum indicant.

Or.: 1. ASV F. Borgh. III 96 D f. 214-215, in dorso (f. 215v), in summario in secretariatu pontificio confecto, alia manu: Lettera da legersi, perché vi sono vive raggioni da cavarne fondamento grande, *infra:* Tutte cose di Polonia, ma anco ci è una lettera del Canobio[1], dove tratta delle lodi e parti del cardinale Aldobrandino[2]. — *2. ASV F. Borgh. III 96 D f. 207-208, ante textum in margine:* 1592. Duplicato delli 18 *[s]* di decembre, *dorsum f. 208v.*

***Reg.**: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 99v-100, ad finem textus:* 18.

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 160v-162v. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 231v-235. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 258-261. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 108v-110.

---

[1] *Ioannes Baptista Mazza de Canobio, 2 II 1533 - 17 VI 1596, i.u.d. universitatis studiorum Bononiensis, divisione munerum in secretariatu Clementis VIII m. septembri a. 1592 perpetrata secretarius dicioni Petri Aldobrandini subiectus fuit (Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. XLIV, XLVIII sq.).*

[2] *Petrus Aldobrandini cardinalis die 17 IX 1593 demum est creatus, ex quo efficitur, ut verba haec aliquo temporis spatio interposito ascripta sint.*

— *5. ASV F. Pio 133 f. 219-220v.*
Summ., Exc.: B. PAN Kr. 8408/I (TR 68) f. 96.

Quando questo Ser^mo re nelli comitii fece la dichiaratione in scritto di non voler mai lasciare questo regno[3], la Ser^ma regina[a4] scrisse all'arciduchessa, sua madre[5], pregandola a voler dar parte di questa risolutione alli Ser^mi principi di casa d'Austria et in spetie all'arciduca Ernesto[b]. Hora ha rescritto l'arciduchessa che quel Ser^mo con volto sereno ha mostrato di sentire molta consolatione che questa M^tà habbia deposto ogni pensiero di partenza, et l'ha assicurata che sì come egli continuarà[c] nel medemo amore et buona corrispondenza et affinità con la M^tà S., così si persuada che mai l'A.S. farà attione alcuna per la quale, sotto qualsivoglia colore o pretesto, si venga a perturbare la persona o li dominii suoi: risposta et risolutione degna della singolar pietà et bontà di quel Ser^mo Signore. Ha ancora l'arciduchessa havuto risposta da S.M^tà Ces. intorno alla persona del Ser^mo arciduca Massimiliano, la quale, quanto alla persona dell'imperatore, è conforme a quella del fratello, ma quanto al sopradetto arciduca, quella M^tà non promette cosa di certo, l'assicura bene che dal canto suo cercarà di disponerlo acciò dia ogni[d] sodisfattione a questo Ser^mo re[6].

Io veramente, B.P., come persona che son sul fatto, non posso pretermettere di significare alla S^tà V. che l'arciduca Massimiliano deteriora la sua conditione non sodisfacendo alla transattione bedzinense, in modo tale che mentre vorrà tentare d'entrar per quella porta, la ritrovarà sempre chiusa, et si correrà manifesto pericolo che per causa sua venga esclusa tutta la Ser^ma casa austriaca. Et di questo senso mostrò di essere il vescovo d'Olmuz[7] quando fu qua[8]. Et dall'altro canto, dando sodisfattione al Regno con adempire a quella transattione, se non haverà S.A. l'intento suo, volendo questo re ritenere il Regno per sé, almeno essendo le cose humane sottoposte a varii et incerti accidenti di morte et d'altro, potrebbe, quando Dio permettesse[e] tal cosa, sperare molto più di quello che potrà mai fare, non havendo adempito a quella transattione. Et chi lo persuade in contrario, lo inganna et non li è ben affetto, et non cerca né l'utile né l'esistimatione dell'A.S., ma ben di servirsi dell'instromento suo per incommodare et inquietare questo Ser^mo re et impedire tutte quelle sante et necessarie risolutioni che si potrebbono pigliare per servitio di Dio, della christianità et delli stati et dominii della Ser^ma casa austriaca, perché mentre si tengono vive le prattiche, le quali staranno sempre vive mentre non sodisfa alla transattione, non è possibile di disponere li ordini di questo regno a movere le armi contra il Turco, perché li adherenti a quella A. non vogliono veder armato

---

[3] *Vide N. 137 ann. 3.*
[4] *Anna Austriaca.*
[5] *Maria archiducissa.*
[6] *Cf. N. 226 p. 361.*
[7] *Stanislaus Pawłowski.*
[8] *Cf. N. 160 p. 259-260.*

il cancelliero, come necessariamente sarebbe per essere generale del Regno, sapendo bene[f] che niuna esclusione si può fare più sicura et certa a tutta[g] casa d'Austria quanto è porre le armi in mano del cancelliero. Doverebbe mo collationare insieme quel Ser[mo] Signore che cosa apporti[h] più commodo al privato et publico bene: o di nutrirsi con speranza poco riuscibile, con tanto detrimento della christianità et danno di quei dominii che non sono semplicemente della sua Ser[ma] famiglia, ma de' quali è ancora lui hereditario principe, o vero sodisfare alla transattione et non dare occasione che sia esclusa la sua famiglia in perpetuo, et non essere causa d'impedire quel bene che si può sperare mediante l'auttorità di V.B[ne] et la buona inclinatione di questo Ser[mo] re. Poiché stando le cose come di presente stanno, non si può cavare frutto alcuno dell'affinità contratta per mezzo del matrimonio, non si potendo stabilire una soda intelligenza, né col mezzo della congiuntione delli animi congiungere insieme le forze d'Alemagna et Polonia, le quali darebbono forsi che pensare a coloro che hora, vedendole divise, non le stimano. Et con questo fine bacio humilissimamente i beatissimi piedi di V.S[tà], pregando il Signor Dio che le conceda lunghissima vita per beneficio del christianesimo.

[a] *sequitur* sua moglie *or. 2 et reg.* [b] Hernesto *or. 2* [c] vive *or. 2* [d] *deest or. 2* [e] promettesse *or. 2 et reg.* [f] *sequitur* loro *or. 2 et reg.* [g] *deest or. 2 et reg.* [h] torna *or. 2 et reg.*

N. 236

Germanicus Malaspina Cinthio Aldobrandini

Varsaviae, 21 XII 1592

Eum rogat, ut in actionibus suis exsecutionem transactionis Bytomiensis et Bendzinensis a Maximiliano archiduce reliquisque domus Austriacae membris promoveat, et proponit, ut Attilius Amalteo hac de re ad archiducem mittatur. Ei significat de conatibus a se susceptis, ut Sigismundum III regem de consilio card. Andream Báthory in iudicium vocandi detrudat, necnon de Stanislao Mińki, palatino Lanciciensi, Romam cum legatione ad praestandam oboedientiam mittendo. Commemorat se regi persuadere potuisse, ut quoddam beneficium in Ioannem Zamoyski cancellarium conferret.

Aut.: *ASV F. Borgh. III 96 D f. 213-213v, dorsum f. 216v.*

Or.: *ASV F. Borgh. III 96 D f. 212-212v, in margine ante textum:* Duplicato delli 20 di decembre 1592, *dorsum f. 217v.*

Reg.: *ASV F. Borgh. III 52 AB f. 100v, ubi dies 20 decembris est ascripta.*

Cop.: *1. ASV SS Pol. 35 f. 162v-163v. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 235v-237. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 261v-263. — 4. ASV F. Pio 133 f. 220v-221v.*

Da quello che io scrivo a N.S.[1] vederà V.S.Illma come la salute di questo regno, et in qualche parte ancora del resto della christianità, depende dal adempire la transattione bedzinense, et però farà V.S.Illma opera degna della sua singolar pietà et cosa gratissima a questa M^tà^, la quale confida molto ne la persona di V.S.Illma, se la incaminarà questa così santa et necessaria ess[e^a^]cutione in modo tale che non solamente l'arciduca Massimiliano, ma il resto della Ser^ma^ familia austriaca sodisfaccia a quello che ne la sopradetta transattione fu concluso et havuto a l'hora per fermo et rato^b^. Et se S.B^ne^ si compiacesse di mandare alcuno dal^c^ arciduca, acciò in viva voce lo persuadesse a renontiare a le sue pretensioni et titoli, et ^d^-nel resto anco-^d^ adempire la transattione, sarebbe in vero attione che piacerebbe mirabilmente qua. Né suggetto alcuno sarebbe più accetto che il sig. Attilio Amalteo, come quello che è confidente di questo Ser^mo^ re et grato a la familia austriaca, et che nel resto ha^e^ li requisiti necessarii.

Perché ho giudicato che il citare questo Ser^mo^ re il sig. cardinale Batorio^f^ sia attione degna di qualche consideratione, considerato l'amplissimo et Illmo ordine de' cardinali, ho cercato de disuadere S.M^tà^ a venire a questo cimento, offerendomi di assumere in me tutte le differentie et determinarle con sodisfattione de ambedue le parti. Ma non ho potuto per ancora havere circa questo risolutione alcuna dalla M^tà^ S.[2]

Credo che il Misky, palatino di Lancicia[3], accettarà^g^ con conditioni honeste la legatione di venire a rendere l'obedientia a N.S. in nome di questo Ser^mo^ re et Regno[4], et io non perderò punto di tempo in sollecitare la sua espeditione se la pratica mossa si concluderà, et lo spingerò quanto prima a cotesta volta.

Hoggi la M^tà^ S. a contemplatione mia come ministro di N.S. ha fatto una gratia al sig. cancelliero di qualche^h^ qualità, desiderata^d^ et procurata da lui già molto tempo fa, ma non ottenuta se non hora. Et basciando con ogni reverentia le mani di V.S.Illma, prego N.S. Dio a conservarla con ogni colmo di felicità spirituali et corporali.

[a] *macula* [b] *sequitur* da tutti *or. et reg.* [c] *sequitur* sopradetto *or. et reg.* [d-d] *deest or. et reg.* [e] *sequitur* tutti *or. et reg.* [f] Battorio *or.* [g] *sequitur* prontamente et *or. et reg.* [h] molta *or. et reg.*

N. 237

Germanicus Malaspina Iacobo Brzeźnicki, suffraganeo Posnaniensi

Varsaviae, ^a-^21 XII^-a^ 1592

---

[1] *Vide N. 235.*

[2] *Cf. N. 96 p. 156, N. 183 p. 297-298, N. 225 p. 360, N. 230 p. 366.*

[3] *Stanislaus Miński.*

[4] *Cf. N. 230 p. 366.*

Eum certiorem facit se cum Ioanne Dziekczyński, canonico Posnaniensi, qui litteras eius sibi reddidit, collocutum esse de rebus ad regimen ecclesiasticum spectantibus; in responso ad litteras Lucae Kościelecki, epi Posnaniensis, et Andreae Opaliński, marescalci Regni, dato se officiose huic gratias fecisse, illum vero admonuisse. Existimat deliberandum esse, priusquam poenae ecclesiasticae in reos adhibeantur. Aliis in rebus benevolentiae suae eum confidere posse affirmat.

Reg.: B. Vallic. L 18 f. 22–22v.

Litterae D^onis^ V.R^mae^ a R^do^ D^no^ Ioanne Dziescetynhi, canonico Posnaniensi[1], mihi[b] redditae iucundae certe fuerunt, sicut illius quoque adventus gratus, quem cum virum pium atque prudentem iudicaverim, cum eodem multa sum locutus ab optimo ecclesiae regimine et ab iis rebus, quae nunc tractantur, [c-]non aliena[-c]. Ad litteras tam R^mi^ D^ni^ episcopi Posnaniensis[2], quam Ill^mi^ D^ni^ [d-]Regni praefecti[-d3] rescripsi[4], et sicuti officiose huic gratias egi, sic illum pro ratione muneris mihi demandati a S.D^no^ N. admonui; quas admonitiones si audiverit, fratris lucrum fecero, sicuti valde opto, certeque cum intellexerim illum pietate et charitate esse praeditum, aliquid profici posse sperandum est[5].

Quae a D^one^ V.R^ma^ ad me scripta sunt, mecum habebo. De hominibus illis excomunicandis sive interdicendis deliberandum videtur, an morbo tali eiusmodi remedium sit adhibendum. In reliquis operam dabo, ut suo erga me studio et benevolentiae respondeam, si quidque praestare potero, quod rebus suis conducat, me sui studiosum cognoscet, cui me commendo, Dominationemque V.R^mam^ bene valere valde cupio.

[a-a] 12 calendas ianuarii *reg.* [b] *suprascriptum* [c-c] *suprascriptum* [d-d] *ascriptum supra expunctum* marscialli

N. 238

Stanislaus Karnkowski, aepus Gnesnensis, Germanico Malaspina

Lovicii, 21 [XII] 1592

---

[1] *Ioannes Dziekczyński, ca 1550 - 18 VII 1610, theologiae doctor, ecclesiae cathedralis Posnaniensis canonicus et concionator ab a. 1584, Academiae Lubranscianae rector, vicarius generalis et officialis Posnaniensis annis 1598–1608 (Karol Mazurkiewicz, PSB VI 130 sq.; Nowacki I 645 sq., II 216 sq.; Aleksandra Popioł-Szymańska, WSB 169 sq.).*

[2] *Lucas Kościelecki.*

[3] *Andreas Opaliński, supremus Regni marescalcus generalisque Maioris Poloniae capitaneus.*

[4] *Vide N. 232.*

[5] *Cf. N. 214 p. 347, N. 232.*

Scribit de responso Arnulphi Uchański, abbatis Suleioviensis, ad nuntii litteras dando et de illius ad eum discessu. De congregatione abbatum provinciae Polonae ordinis Cisterciensis recens habita ei referens non approbat id, quod de seminario monachorum in abbatia Suleioviensi instituendo ibi decretum est; illorum autem preces, ut munus protectoris praefati ordinis obeat, aliqua interposita dubitatione non reicit, tamen exoptat, ut ad approbationem summi pontificis hac in re obtinendam Gregorius Ostrowski, monachus Vangrovecensis, non vero abbas Suleioviensis, de quo malum iudicium pronuntiat, Romam se conferat. Itaque nuntium rogat, ut litteras commendaticias pro illo dare velit, necnon ut visitatio abbatiae Suleioviensis ad effectum perducatur. Significat de nuntio Roma recepto ad condemnationem Ioannis Rembieliński pertinente. Occasione dierum festorum Nativitatis Domini aves paucas ac feras mittit et ineuntem annum felicem ei exoptat.

Reg.: B. PAN Kr. 1884 n. 500 p. 598–601, ubi dies 21 novembris est ascripta.
Cop.: B. PAN Kr. 8626 n. 503 f. 595–596.
Nota: Ex eo, quod Malaspina prima mensis decembris decade exeunte Lovicii fuit (vide N. 215, 216 et 231), atque ex eo, quod festo Nativitatis Christi et anno novo appropinquante primas nuntio omnia fausta optavit, conici potest epistulam hanc non mense novembri, sed decembri scriptam esse.

Quas Illma D^tio^ V. hic ad abbatem Suleioviensem[1] reliquerat litteras[2], ad eas ille meo nuncio nullum dedit responsum, per suum se rescripturum promittens. Audio illum evolasse ad Ill^mam^ D^onem^ V., haud scio, an syncerior et emendatior rediturus.

Hodie ab abbate Vangrovecensi[3], Cisterciensium apud nos commissario, venit ad me nuncius, religiosus et doctus vir Gregorius Ostrowski[4], cum actis congregationis abbatum eiusdem ordinis mense praeterito habitae. Is munus protectoratus ordinis, ut susciperem, rogavit, designatum esse abbatem Suleioviensem ad Urbem, ut eius protectionis confirmationem nomine congregationis a S.D^no^ N. peteret[5]. Sed in actis eius congregationis, quod de seminario monachorum in abbatia Suleioviensi instituendo decretum est, ut non omnes illi abbates probarunt, ac ne ipse quidem commissarius, ita probare ego quoque non possum, cum quod abbati, in cuius monasterio seminarium istud foret et qui vultu Anto-

---

[1] *Arnulphus Uchański.*

[2] *Vide N. 216.*

[3] *Adalbertus Zajączkowski, abbas Vangrovecensis ab a. 1584 (Niesiecki X 28; Hieronim E. Wyczawski, PSB XXIV 574).*

[4] *Gregorius Ostrowski, theologiae licentiatus, prior Vangrovecensis (Stanislaus Karnkowski card. Hieronymo Rusticucci, s.l.d. (ca 3 II 1593), B. PAN Kr. 1884 n. 507 p. 611, reg.; Boratyński: Caligari MPV 810; Kuntze, Nanke pars 1 p. 386, 651, pars 2 p. 758; Czaplewski 451).*

[5] *Cf. N. 211, 216, 226.*

nios[6] Hilarionesque[7] simularet, via panderetur eludendae obligationis de fovendo praescripto in eorum statutis monachorum numero, cum proprio parcens alieno impendio abunde ad obeunda claustri munia instructum se ornatumque posset ostentare; tum quod hoc agi a Suleioviensi sententia, ut pensionis ad seminarium nostrum diocaesanum[8] onus, quod ex decretis S. Concilii Tridentini[9] trinis aut quaternis congregationibus nostris diocaesanis abbates suscepissent[10], eo colore excuterent novamque nobis difficultatem facesserent. Monasteriis vero omnibus in seminario nostro monachos fovendi, ad ipsorum abbatum postulationem, permissa est libera facultas, ipsique abbates id, quod verissimum est, experiuntur meliores et doctiores eorum monachos ex Iesuitarum scholis evadere quam qui unquam in monasteriis saecularium magistrorum opera instituti fuissent. Ad protectionem quod attinet, mihi sane non honorem, sed potius laborem cum invidia coniunctum patres deferunt, qui tamen mihi gravis omnino non esset, cum maxime cupiam, ut is ordo ad gloriam Dei Ecclesiaeque Sanctae ornamentum suis iuribus et libertatibus per me sibi pro virili restitutis et defensis laetetur. Sed ut iste, in quem non omnes consensissent, cuius ego crimina ad Apostolicam Sedem detulissem, qui bona monasterii sui prope omnia abligurivisset ac difficultatibus innumeris implicuisset[11], quique multa contra me in congregatione illa leviter temereque effutivisset, homo levissimus et fluxae fidei hac legatione se cooperiat, et quod hactenus fecit, gravius etiam suo discessu monasterii bona pessundet, id vero me nulla ratione, invocata, si opus fuerit, Ill^{mae} D^{onis} V. authoritate, passurum neque ita leviter existimationem et dignitatem meam commissurum sum professus. Censui igitur datis ad commissarium nostrae provinciae litteris (quam in sententiam et ille propendet), ut Gregorius Ostrowski, Vangrovecensis monasterii professus, in istis ordinis negociis ad Urbem ablegaretur, acceptis ab Illma D^{one} V. commendaticiis litteris, cum ad S.D^{num} N. tum ad cardinalem eius ordinis protectorem[12]. Quas ut Illma D^{tio} V., eodem quo abbati Suleioviensi dedit exemplo, ad me mittere velit atque suis etiam privatis com-

---

[6] *S. Antonius Eremita, Magnus nuncupatus, ca 251 - 17 I 356, anachoresis sator.*

[7] *S. Hilarion Gazensis, 291-371, anachoresis in Palaestina constituendae moderator.*

[8] *Seminarium archidioecesanum a Stanislao Karnkowski Calissiae conditum et cum collegio Iesuitarum ibi fundato coniunctum legitime e decreto synodi archidioecesana Lovicii a. 1593 celebrata munere suo fungi coepit (Bruździński 190 sq.; Piechnik 124).*

[9] *Sessio 23 cap. 18 (15 VII 1563).*

[10] *Quaestio tributi annualis e beneficiis ecclesiasticis saecularibus et regularibus archidioecesis Gnesnensis pro seminario et clericis ad tribunal Regni deputatis solvendi, quae controversias excitabat, iam in sessionibus synodorum Lovicii a. 1583 et Lanciciae a. 1589 celebratarum atque in congregatione archidioecesana praelatorum, canonicorum et abbatum die 23 IV 1591 Gnesnae habita examinata erat, sed stipis divisio definitiva in synodo a. 1593 celebrata decreta est (Bruździński 181, 189 sq.; Piechnik 121, 124; Sawicki V 161, 165-169, 176).*

per l'amore che le porta et per il zelo che ha del servitio del Signor Dio, non mancherà di darle buoni raccordi et consigli. Delle risolutioni che si prendessero nella dieta, mi parerebbe bene darne subito conto per mezzo d'ambasciatore in Svetia et altrove, acciò li amatori di novità, sapendo che li Polacchi non sono per permettere che V.M^{tà}, per esser lor re, perda quel regno, pensassero a' casi loro. Et se si giudicasse bene, per assicurare maggiormente le cose di Svetia, V.M^{tà} potrebbe resedere in qualche provincia vicina a quel regno. Et nell'interim, affinché li Polacchi havessero occasione di vedere che lei ha intentione di fermarsi con loro, mostrar di pigliar amore al Regno con fabricar et fare altre attioni a questo fine, et soprattutto mostrarsi verso ognuno gratioso, assicurando tutti che non conserva memoria de' disgusti ricevuti. Venendo poi il tempo di partire, $^{c-}$sarei di parere^{-c} che V.M^{tà} conducesse seco quel maggior numero de' principali senatori che fosse possibile, tanto di coloro che sono aderenti al canceliero, quanto degli altri; et non volendo venir essi, condurei li figliuoli et parenti, et d'ogni famiglia principale haverne uno.

$^{a-a}$ porli *reg.* ^{b} *omissum* $^{c-c}$ *deest reg.*

N. 247

Germanicus Malaspina Cinthio Aldobrandini

Varsaviae, $^{a-}$*25 XII*$^{-a}$ *1592*

Epistulam cifratam adiungit, in qua certiorem eum de nuntio recens recepto facit, eique ineuntem annum felicem exoptat.

Aut.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 240, dorsum f. 243v.

Doppo d'havere chiuso il plico è sopragionto la nova che V.S.Illma vederà ne l'incluso foglio[1], quale me ha mosso in questo santissimo giorno di Natale a scrivere di nuovo a V.S.Illma et pregarle da Dio un principio d'anno felicissimo con ogni augumento di honori. Et basciando a V.S.Illma le mani humilmente, mi faccio raccomandato ne la buona gratia sua.

$^{a-a}$ il giorno di Natale *aut.*

N. 248

Germanicus Malaspina Cinthio Aldobrandini

---

[1] *Vide N. 248.*

Varsaviae, 25 XII 1592

Ei significat novum de Ioannis III Vasa regis morte sibi allatum esse. Nuntiat de Sigismundi III regis statu animi, postquam eam notitiam recepit; de consiliis a se captis; de monitu, quem Annae Austriacae reginae fecit; de regis dolore, cuius causa sint molestiae a nonnullis Polonis ei latae; de suo proposito appositum cursorem cum certis nuntiis Romam mittendi. Affirmat se invigilaturum esse, ut rex prudenter et caute agat.

C.: 1. BAV Chigi M III 64 f. 150-150v, in f. 157v manu Matthaei Argenti: Dicifrato 5 febraro. Consegnato a mons. Cintio[1]. — *2. BAV Chigi M III 64 f. 151-151v, s.l., in f. 156v manu Matthaei Argenti:* Duplicato.

Dec.: ASV F. Borgh. III 96 D f. 241, dorsum f. 242v.

Reg.: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 106v-107, in praescriptione: Cifra.

Cop.: 1. ASV SS Pol. 35 f. 174-174v. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 259-260v. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 280v-282. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 119v-120. — 5. ASV F. Pio 133 f. 231-232.

Il canceliero di Lituania[2] me ha communicato questa mattina in molta confidentia come hieri, doppo l'audientia che io hebbi da S.M[tà], venne aviso che il re di Svetia[3] era morto, et che questo Ser[mo] ordinò a li Svecchi che sotto pena della vita non dovessero palesare tal nuova ad alcuno. L'aviso è venuto da due parti, da Dancich et per la via di Livonia, ma non vi sono lettere di Svetia, et attribuiscono la causa ad haver il duca Carlo[a4] serrato tutti li passi[5]. S.M[tà], per quanto intendo, non fornisse[b] di dar credito a l'aviso, et di modo dissimula il dolore che ha che io non l'ho veduto mai con facia più alegra. Io ho fatto tre resolutioni: di suspendere la mia andata dal cardinal Battori[6], di chiamare qua il cardinal Radivil et communicare il secreto con la regina[7]. Il che havendo fatto per mezzo del suo confessore[8], essortandola a esser avertita che la M[tà] del re non facia qualche risolutione di partire all'improviso, non essendo dubio che li Polacchi et li Svecchi saranno tutti d'accordo in consigliarlo a transferirse in quel regno, me ha fatto dire ch'il re tutta la precedente note ha pianto, et che supplicandolo[c] lei che volesse dirli la causa del suo dolore, egli le disse che stava così mal contento per alcuni disgusti riccevuti da alcuni signori Polacchi. A me non è parso, essendo l'aviso[d] per ancora incerto[e], espedire correro espres-

---

[1] *Cinthius Aldobrandini.*

[2] *Leo Sapieha.*

[3] *Ioannes III Vasa.*

[4] *Carolus Vasa.*

[5] *Quos transitus Nicolaus Fleming, Finlandiae gubernator, et non Carolus dux claudendos curavit (Pärnänen: Sigismond 90, 92 ann. 1).*

[6] *Cf. N. 240.*

[7] *Anna Austriaca.*

[8] *Sigismundus Ernhoffer.*

so a V.S.Illma, ma semplicimente mandare queste mie per un pedone a Cracovia, ma se sopragiongerà la certezza, subito espedirò, parendomi che la importantia de l'accidente in tal caso lo ricercarà. Né da questa parte lasciarò di tenere li occhi aperti acciò S.M^{tà} non si appigli a' [f-]partiti pericolosi[-f], ma procedi maturamente, se bene in vero la M^{tà} S. sarà constituita in un intricato laberinto, è però degna di gran compassione.

[a] *suprascriptum* [b] *ita c. 1 pro* fornisce [c] *ita c. 2,* supplicandola *c. 1* [d] cosa *dec.* [e] incerta *dec.* [f-f] parti pericolose *dec.*

N. 249

[Cinthius Aldobrandini] Germanico Malaspina

Romae, 26 XII 1592

Nullas ab eo litteras nuper habens et maximis occupationibus impeditus sollicitudinem suam ad pacem intestinam fidemque catholicam in Polonia confirmandam pertinentem solum exprimit, sed etiam certiorem eum facit de epistulis Sigismundo III regi atque card. Georgio Radziwiłł datis et de voluntate a summo pontifice patefacta, qui officia regi praestare velit. Eius Cracoviam reditum se exspectare dicit ineuntemque annum felicem ei exoptat.

Reg.: 1. ASV F. Borgh. III 18 f. 46v-47, nomen auctoris deest. — 2. DHI 1 f. 332v-333, nomen auctoris deest.

Il non havere lettere di V.S.R^{ma} questa settimana et l'essere occupato in quel che è proprio di questi santi giorni, doveriano escusarmi a bastanza anco che lasciassi partire questo corriere senza mie lettere; ma non ho voluto farmi buona questa ragione, a ciò ella intenda almeno da queste poche linee la buona salute di N.S. et il desiderio c'havemo di vedere stabilite fermamente le cose di cotesto regno in buona pace et in un securo mantenimento della religione catolica, di che s'è scritto questi dì a S.M^{tà} medesima et al sig. cardinale Radzivil[1], che mandò qua per tal effetto huomo espresso. Et V.S.R^{ma} può in ogn'occasione assicurare S.M^{tà} che N.S. tenerà sempre l'occhio alle cose di suo servitio, non comportando altrimenti l'amore che le porta come a proprio figliuolo.

Intanto s'aspetta d'intendere il ritorno a Craccovia, et a lei senz'altro prego felice principio d'anno, con ogni continuata prosperità, et le bacio la mano.

---

[1] *Breve Clementis VIII ad Sigismundum III, Romae 23 XII 1592, ASV Arm. XLIV 38 f. 157, min.:* Scripsit ad nos dilectus filius noster Georgius cardinalis Razivilius iis de rebus, de quibus, ut scriberet, mandasti *(vide N. 139)*; scripsit autem tanta fide et studio, quanto illum in tuis rebus uti perspectum tibi esse certo scimus. Nos, quae res ipsae postulare videbantur, ei vicissim per literas significavimus *(vide N. 218 ann. 6)*. Omnia igitur ex ipso cognosces. — —

N. 250

Observationes a Germanico Malaspina regi Sigismundo III Vasa post notitiam receptam de morte Ioannis III, patris eius, factae, una cum responso regis ad eas praestito

[Varsaviae, 25–28 XII 1592]

Nuntiis a Carolo Vasa duce de Ioannis III regis morte nullis datis suspicatur in Regno Sueciae rerum publicarum aliquam commutationem accidisse; rebus ita se habentibus Sigismundo III regi proponit, ut praeparationes sequentes adhibeat: favorem militum Sueticorum in Livoniam contra Moscovitas missorum sibi asciscat; legatos ad Theodorum I, magnum Moscoviae ducem, mittat, ut — inter res alias — illi persuadeant, ne verbis Caroli ducis fidem attribuat; Christianum IV, Daniae regem, Rudolpho II imperatore etiam intercedente moneat, ne hominem rebellem et seditiosum adiuvet; operam suscipiat, ut naves in portibus Polonis constitutas sequestro ponantur; aliquot cursores secreto cum litteris in omnes provincias Regni Sueciae mittat; studium in quadam summa pecuniae acquirenda ponat; Carolum ducem certiorem faciat Lithuaniam et Poloniam auxilium militare illi esse praestituras; nuntios suos in Sueciam ire faciat per simulationem illos litteras Carolo duci porrigendas habere; supradictis hominibus mandet, ut se statum rerum Sueticarum in Dania aliisque locis cognoscere conentur; a Suecis in aula regia commorantibus et a senatoribus Polonis consilium quaerat; Ioannem Zamoyski cancellarium de nuntiis e Suecia affluentibus certiorem faciat; rationem agendi excogitet, ne post eius in Sueciam discessum ille rex declaretur eique reditum in Poloniam prohibeat; curam quidem suscipiat, ut Rudolphus II imperator archiducesque per scriptum affirment Maximiliano archiduce proposita transactionis Bytomiensis et Bendzinensis ad effectum perducere recusante rege in Polonia absente se consilia nociva contra eum non esse structuros. Responsa regis ad singula proposita affert.

***Or.**: 1. ASV F. Borgh. III 96 D f. 244–245v, s.l.d., sub textu titulus alia manu:* Ricordi dati da mons. Malasp[ina], nontio etc., al re di Polonia dopo l'aviso della morte del re di Svetia[1], *et numerus:* 4. — *2. ASV F. Borgh. III 66 CD f. 10–11v, ante textum in margine eadem manu:* Duplicato, *in f. 12v titulus alia manu:* Avertimenti al re di Polonia caso che la morte del re suo padre sia vera, dati dal nuntio et mandati a Roma li 5 di gennaro 1593.

***Reg.**: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 110v–112, s.l.d.*

***Cop.**: 1. BAV Ottob. Lat. 2421 f. 45–46v. — 2. ASV SS Pol. 35 f. 180–181v. — 3. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 272v–277v. — 4. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 291–294v. — 5. BAV Barb. Lat. 5783 f. 121v–124. — 6. ASV F. Pio 133 f. 237v–239v.*

***Summ., Exc.**: B. PAN Kr. 8408/I (TR 68) f. 78–80.*

***Nota**: Dies intra terminum a quo et ad quem statuitur ex N. 248 et mentione de hoc memoriali in N. 251.*

---

[1] *Ioannes III Vasa.*

Se la M^tà del Ser^mo re, padre di V.M^tà, è morto, potiamo con qualche fondamento suspicare che nel Regno di Svetia sia alteratione di governo, perché altrimenti il duca Carlo[2] haverebbe scritto a V.M^tà et espedito huomini a posta; et non comparendo alcuno, è inditio assai manifesto che siano chiusi li passi et per consequentia vi sia nel Regno novità[3]. Onde ricerca l'importanza dell'accidente che non si tenghi la mano a la cintola, ma si dia principio a far quelle risolutioni che comporta la stagione, la quale se bene è contraria grandemente, nondimeno non vieta che non si facci alcuni preparatorii, tra quali si tiene per assai espedienti li sequenti.

1. Prima, di cercare ogni mezzo possibile per guadagnare, o con promesse o con danari, gli animi de' soldati svechi che furno mandati dal Ser^mo re, suo padre, in Livonia contro il Moscovita[4], quali dicono ascendere al numero di 18 mila, et saranno senza dubio più atti in mare che non sono li Polacchi.

È piacciuto grandemente a S.M^tà questo raccordo, et ha detto di voler mandare uno a questo effetto.

2. Spedir subito gli ambasciatori destinati al Moscovita[5] con due instrutioni, cioè con l'ordinaria già stabilita et con un'altra da presentarsi dato che fosse vera la morte del re, per la quale si monisca seriamente esso Mosco in nome di questo regno a non dar credito al duca Carlo, né ricevere sue lettere, altrimenti che V.M^tà insieme con questo regno gli saranno inimici.

È parso a S.M^tà di differrire insin tanto che sappi la certezza della morte.

3. Scrivere al re di Dania[6], pregandolo a voler vivere da buon vicino et non porgere aiuto a persona seditiosa et intrusa, et fare officio con l'imperatore che esso ancora lo ammonisca.

Lo farà quando verrà più certo aviso.

4. Comminciare a muover prattica come si possa arrestare li navigli delli porti di questo regno per potersene servire a suo tempo.

Dice S.M^tà che darà principio subito a farlo.

5. Mandare due o tre in Svetia secretamente con lettere a tutte le provintie di quel regno et a tutti coloro che hanno in mano le fortezze, raccordandogli il giuramento fatto da loro et facendogli sapere che V.M^tà sarà presto in quel regno, et che verrà con animo d'essere gratioso verso ognuno, et cercare con questa et ogni altra via di tenerli suspesi.

Non si è fatta la speditione per ancora se non per un solo, se bene S.M^tà ha approvato il conseglio.

---

[2] *Carolus Vasa.*

[3] *Cf. N. 248.*

[4] *Theodorus I, magnus dux Moscoviae; vide N. 168 ann. 7.*

[5] *Cf. N. 183 p. 298.*

[6] *Christianus IV.*

6. Fare ogni possibile diligenza per provedere di qualche somma di danari, perché in essi consiste ogni cosa.

S.M[tà] rispose che non sa che partito pigliare, ma il nuntio le ha messo in consideratione li 130 mila ducati che deve havere in Nap[o]li dal re Cattolico[7], offerrendo a S.M[tà] il mezzo di S.S[tà] per facilitare il pagamento.

7. Far penetrare al duca Carlo come la Livonia[a8] ha promesso in questo accidente a V.M[tà] grosso numero di soldati, et la Polonia similmente.

L'huomo che andrà in Svetia haverà questa cura.

8. La speditione degli huomini si potrebbe fare sotto pretesto di mandargli al duca Carlo con lettere di V.M[tà] per essortarlo a diportarsi con lei come si conviene ad un buono et amorevole zio, acciò intendendo egli che V.M[tà] manda nel Regno, non impedisse l'andata loro o vero non trattasse male quelli che vi andassero.

Dice S.M[tà] che haverà l'occhio a questo.

9. Dare ordine a coloro che andaranno che di Dania et altri luoghi piglino lingua dello stato di Svetia et ne avisino qua.

Si è fatto.

10. Ma acciò V.M[tà] non si muova a far cosa che potesse partorire qualche inconveniente, sarà bene di convocare li Svechi che sono appresso di lei et intendere il loro parere, et fare parimenti l'istesso con li senatori polacchi che sono qua, et udito il loro voto, subito porlo in esecutione.

Ha comendato S.M[tà] il raccordo et hieri diede principio ad esequirlo.

11. Sarà bene ancora che V.M[tà] dia aviso con sue lettere al sig. cancelliero di queste nuove che vengono rapportate di Svetia, affinché mostrando con questo V.M[tà] la gran confidenza c'ha in lui, s'acquisti et oblighi maggiormente l'animo d'esso cancelliero.

Dice S.M[tà] che le piacce e che lo farà.

12. Andando la M[tà] V. in Svetia, è da presupporre per cosa certa che gli ordini di questo regno, et particolarmente il cancelliero, voranno che prima ch'ella parta di qua, lasci provisto in modo il Regno di soldati che in ogni evento potessero opporsi et sostenere gagliardamente sì il Turco et gli Tartari, come gli Austriaci. Ma qui è da considerare che es-

S.M[tà] dice essere necessario di procurare nella dieta che si nominano[b] li collonelli, capitani et altri officiali non dependenti da lui, ma di altra fattione.

---

[7] *Philippus II de Habsburg; vide N. 230 ann. 14.*

[8] *Argumentum totius huius capituli ac differentiae in or. 2 et reg. apparentes ostendunt hoc loco procul dubio de Lithuania agi.*

sendo il cancelliero capitano generale delli esserciti di questo regno et dovendo perciò essi soldati obedire a lui, egli mentre la M[tà] V. fosse absente, non volesse cercare, havendo l'armi in mano, di farsi eleggere re et prohibire poi a la M[tà] V. il ritorno in Polonia, la quale perciò correrebbe pericolo di perdere l'uno et l'altro regno. Onde bisogna cercar modo di contenere in officio il cancelliero et chiudergli la strada di poter essequire le cose sudette, quando gli ne venisse pensiero, se ben non credo ch'egli si mettesse mai ad una tal impresa.

13. Delle sopradette nuove et dell'andata di V.M[tà] in Svetia è da tener per certo che i fautori et promotori dell'arciduca Mass[imilia]no ne daranno subito aviso a quell'A. et la empiranno di grandissime et quasi certe speranze. Onde esso arciduca si potrebbe facilmente render alieno dal sodisfare a la transattione bedzinense per non chiudersi la strada per la quale forsi pretenderebbe et cercarebbe d'haver la corona di questo regno quando la M[tà] V. partisse per Svetia. Sì che per essere sicuro che da quella banda non si facesse mottivo alcuno, giudicarei bene che caso che vi fosse difficoltà in ottenere pienamente l'intento circa la transattione, almeno si procurasse di haver promessa in scriptis dall'imperatore et dalli Ser[mi] suoi fratelli che mentre la M[tà] V. starà absente da questo regno, non tentaranno[h] mai cosa che potesse alterare lo stato di esso regno et essere con danno et preiuditio dell'honore et dignità della M[tà] V.

[c-]Quando[d] non si possa ottenere altro[e], pensa [f-]S.M[tà] che[-f] sia per bastare la promessa[g-c].

[a] Lituania *or. 2 et reg.* [b] *ita or. 1, or. 2 et reg. pro* nominino [c-c] *manu nuntii ascriptum reg.* [d] *praeceditur a* S.M[tà] dice che *reg.* [e] *sequitur* che *reg.* [f-f] *deest reg.* [g] *sequitur* in scritto *reg.* [h] trattaranno *reg.*

N. 251

Germanicus Malaspina Cinthio Aldobrandini

Varsaviae, 28 XII 1592

Eum certiorem facit variisque e locis nuntia pervenisse Ioannis III Vasa regis mortem inimicaque Caroli ducis incepta confirmantia; ea affert, quae nautae in Poloniam perventi de defuncti regis funere, de transitibus a Carolo duce clau-

sis et de litteris illius ad clericos protestantes scriptis, ut populum contra Sigismundum III regem incitarent, dixerunt. Refert de suis cum rege colloquiis secreto habitis illiusque timoribus, de consiliis illi a se datis et de rebus tristibus ex eo aliquando eveniendis, ut ille regnum hereditatis nomine debitum amiserit; scribit amicis fidelibusque consiliariis deficientibus illum in summo pontifice solo adiutorem habere; narrat de conatibus a se susceptis, ut regi animum addat. Affirmat se litteras Roma nullas habuisse, postquam epistulam 14 novembris missam recepit; se cum nuntiis gravibus peculiares cursores esse missurum; modum dicit, quo eius litterarum Vindobona in Poloniam transmissio facilior fiat. Significat nuntiorum e Suecia affluentium causa alia negotia conficienda procrastinata esse; argumenta adducit, quibus clare explicat, cur facultas ab haeresi absolvendi sibi sit concedenda; Hieronymum Barboncini, auditorem suum, laudat eique illum commendat; dicit opinione Iesuitarum necesse esse alias quoque facultates concedi. Notitias ei dat de procuratoribus negotiorum Eduardi Burton, oratoris Anglici Constantinopoli residentis, in Moldaviam et Valachiam missis, qui infesto animo in catholicos sint; de duobus sacerdotibus patrum iesuitarum loco in Moldaviam missis; de doctrina Mahometana a praefato oratore Anglico amplexa; de modo, quo Aaron, palatinus Moldaviae, in catholicos se gerat; de suis litteris illi scriptis, necnon de palatino Petro Constantinopoli interfecto.

***Or.**: 1. ASV F. Borgh. III 96 D f. 249-251, dorsum f. 251v. — 2. ASV F. Borgh. III 66 CD f. 5-7, ubi ascripta est dies 5 I 1593, ante textum in margine:* Duplicato, *dorsum f. 7v.*

***Reg.**: ASV F. Borgh. III 52 AB f. 108v-110v, ubi ascripta est dies 5 I 1593, sub praescriptione:* Cifra *[s].*

***Cop.**: 1. ASV SS Pol. 35 f. 177-180. — 2. BEU α.T.5.11 (It. 768) f. 266-272v. — 3. AS Torino Racc. Mong. 121 f. 286-291. — 4. BAV Barb. Lat. 5783 f. 120-121v. — 5. ASV F. Pio 133 f. 234v-237v.*

***Exc.**: B. Vallic. L 18 f. 26v, praescriptio:* Caput litterarum ab Illmo D^no^ nuncio Malaspina ad Ill^mum^ D^num^ cardinalem S. Georgii[1] de Hieronymo Barboncino scriptarum 4 idus ianuarii[2] 1593, qui Barboncinus eiusdem d^ni^ nuncii in Regno Poloniae fuit per sexennium[a] generalis causarum auditor, [b]-vero per quinquennium etiam ab epistolis etc.-[b]

***Ed.**: Isopescu n. 5 p. 15, fragmentum ex or. 1.*

Si è andato confirmando da diverse parti la morte del re di Svetia[3], di modo che qua sì come è publicata la fama di tal nuova, così universalmente è creduta, et questo Ser^mo^ re la tiene per vera; ma perché non sono per ancora comparse le lettere di Svetia, S.M^tà^ sta tuttavia con suspensione d'animo, inclinando nondimeno più tosto a creder quello che viene scritto da Livonia, Prussia et Danzich[c] della mala intentione del duca Carlo[4] che speri esser falso l'aviso havuto. Si sono chiamati qua alcuni huomini venuti sopra certi navigli, quali riferiscono

---

[1] *Vide N. 218 ann. 1.*

[2] *Die 10 ianuarii.*

[3] *Ioannes III Vasa.*

[4] *Carolus Vasa.*

che nel passare per il mare di Svetia hanno inteso per cosa certa che 'l giorno di S. Catherina[5] fu seppelito il re[6], et che il sopradetto duca havea chiuso li passi[7] et scritto a tutti li ministri heretici ch'essortassero il popolo a non ricevere il nostro Ser^mo^ re per essere cattolico, ma riconoscere esso per loro re, promettendo mari et monti. Stiamo aspettando che arrivino li sopradetti huomini per intender da loro in viva voce ogni cosa, et allhora si potrà scrivere con maggior fondamento, se bene io credo che per via di Lubeca a quest'hora s'haverà havuto l'aviso costì.

S.M^tà^ ha ragionato meco già tre volte dopo ch'io scrissi l'ultima mia delli 25[8], et come quello che non può aprire il suo dolore et afflittione né a la Ser^ma^ regina[9], non volendo sentire parola dell'andata di suo marito in Svetia, né ad altri per le cause già scritte, si è con molta confidenza aperto meco. Et vedo che la M^tà^ S. vive tra il timore et la speranza, tanto per quello che tocca a la parte de' Polacchi, quanto per quella de' Svechi; et nel disponer gli animi di questi signori, non si discostarà molto da quel conseglio ch'io le ho dato et n'ho mandato copia a V.S.Illma[10], et nella direttione di quello che concerne Svetia, vedrà V.S.Illma la risposta c'ha fatto a quei raccordi ch'io gli ho somministrato[11]. Egli è degno di gran compassione, perché oltre che si tratta di perdere un regno hereditario, è anco sicuro che restando senza esso, viverà in questo con mala sodisfattione, perché in tal caso lo riduranno a poco a poco a guisa di re dipinto, et sarà insieme incerto della heredità che habbino d'havere li suoi figli. Ma quello che deve maggiormente muovere ognuno a compatire a l'afflito stato suo, è il vederlo privo de parenti, amici, clientele et amorevoli et fedeli consiglieri; et però dice che non gli resta altro refuggio né consolatione che quello della S^tà^ di N.S., soggiungendo che se le fosse lecito di trasferirsi costà et gettarsi alli santissimi piedi suoi, et aprirli il suo petto et la qualità della sua piaga, che ivi trovarebbe la vera sua medicina et proportionato antidoto, et che in tal caso sopportarebbe la percossa con più forte et franco animo. Io lo vado consolando al meglio ch'io posso et confortandolo a far buon animo, et sopra il tutto sperare nella misericordia di Dio, quale acciò le sia più propitia, la essorto a disponersi a volere posseder quel regno non tanto per la grandezza et gloria della M^tà^ S., quanto per quella della Divina, quale si aumentarebbe grandemente reducendosi quel regno al grembo di Santa Chiesa, assicurando la M^tà^ S. che se haverà tal

---

[5] *Die 25 novembris.*

[6] *Revera funus Ioanni III Vasa die 11 II 1594 demum in ecclesia cathedrali Upsalensi factum est (Germanicus Malaspina card. Cinthio Aldobrandini, Upsalae 12 II 1594, ASV F. Borgh. III 91 AB f. 46, or.).*

[7] *Vide N. 248 ann. 5.*

[8] *Vide N. 248.*

[9] *Anna Austriaca.*

[10] *Vide N. 246.*

[11] *Vide N. 250.*

fine, che ogni impresa le succederà felicemente et che Dio non abbandonarà la causa sua.

Il pedone che si solea espedire da Cracovia a Viena non camina sempre, et perciò non sono comparse lettere dopo quelle delli 14 di novembre[12]. Io mandarò huomini a posta come habbi cosa di momento, et desidero che V.S.Illma, quando la giudicherà che sia bene che le sue mi capitino presto et fidelmente, la ordini ad Ambrosio Ferrario[13] in Viena che m'espedischi un pedone, ch'io havrò cura di sodisfarlo; et questo dico perché se sarà vero l'aviso della morte del re, occorrerano materie le quali ricercaranno maggior diligenza di quella che potiamo aspettare per la via ordinaria, né io posso sapere quando le lettere che V.S.Illma mi scrive contengono cose d'importanza, per potere ordinare se hanno da spedire o non espedire pedone.

Delli negocii pendenti non posso avisare cosa alcuna di nuovo, perché ogni negociatione è sospesa, né si tratta né si parla d'altro che del sopradetto accidente. Né S.M^tà^ verrà a innovatione di qualità né in Posnania[14] né altrove se sarà vero l'aviso, perché non si giudica qua né sicuro né espediente di muovere humori né incitare gli animi di alcuno, ma più tosto concigliarsi la benevolenza d'ognuno. Solamente m'occorre di dire a V.S.Illma che 'l servitio di Dio ricerca che il ministro di S.S^tà^ habbia facultà di assolvere ab heresi, perché ho veduto per esperienza in quel poco tempo che sono stato qua che hanno havuto ricorso da me più di ducento persone per tale effetto; et non si potendo tutti indurre ad andare da' Padri Gesuiti, restono senza assolutione, et alcuni, per quanto intendo, sono ritornati al vomito di prima. Et però sì come io ho scritto il mio senso sinceramente circa la dispositione[d] in materia di pluralità de' beneficii, giudicando che non convenghi concederla[15], così intorno a quest'altro particolare [e]supplico V.S.Illma a dirne una parola a N.S. et oprare che quanto prima sia impinguata in questa parte la mia autorità. Et io tanto più francamente mi muovo a scrivere, quanto che sin hora non è uscita cosa dal mio tribunale che non si sia concessa gratis, et m. Girolamo Barbomcino[f], mio auditore et gran[g] servitore di V.S.Illma, postponendo ogni suo interesse, etiam nelle cose lecite, di modo va cooperando meco a questo fine che ne riporta odore di molta buona fama qua appresso tutti, et nel resto attende a servire con molta fede, usando io dell'opera sua in tutti li maneggi di questa nunciatura. Ho voluto per conscienza[h] rendere a V.S.Illma questo testimonio per non defraudare esso delle sue honorate fattiche, et insieme acciò V.S.Illma tanto più prontamente lo tenghi sotto la sua protettione[-e]. Li Padri Gesuiti hanno posti altri particolari, de' quali dicono essere ne-

---

[12] *Vide N. 180.*

[13] *Ambrosius Ferrari, negotiorum cursus publici Vindobonae curator, cf. Sebastianus Montelupi Ioanni Zamoyski cancellario, Cracoviae 20 V 1594, AGAD AZ 681 n. 21.*

[14] *Hic agitur de consilio capto, ut delubro ac coetui Lutheranorum Posnaniensi finis ponatur, cf. N. 214 p. 346–347 et N. 244 p. 392.*

[15] *Vide N. 95; cf. N. 122 et N. 230 p. 366.*

cessario che si habbi qua facultà; io circa essi mi rimetto a quello che costì si giudicherà espediente.

[i-]L'arcivescovo di Leopoli[16] mi scrive come l'ambasciatore della regina d'Anglaterra[17] residente appresso il Gran Turco[18] ha mandato un suo agente nell'una et l'altra Moldavia acciò assistino a quelli voivodi[19], et che la loro assistenza apporta gran detrimento a li cattolici, et che si sono lasciati intendere che se ritrovarano gesuiti in quella provintia, volevano fargli impalare[20]. Di qua habbiamo, pochi giorni fa, inviato doi sacerdoti[21] in quelle parti in luogo de li gesuiti[22], quali vedendo di non poter far frutto, si sono partiti. Mi dice anco, nelle sopradette lettere, l'arcivescovo affirmarsi per cosa certa che quel ambasciatore passava dalla sua setta a la mahometana, et che si credeva che dovesse diventare un gran bassà; chi sa che la sua patrona non dia intentione a quella Porta di voler fare l'istesso, per farsi più facile la strada d'incomodare lo stato della christianità. Quel Aron, che fu fatto voivoda in luogo di Pietro[23], non si dimostra molto alieno d'animo dalli cattolici. Io le ho scritto[24], et le ho raccomandato caldamente quelli sacerdoti da noi destinati là et tutti li cattolici. Pietro fu fatto morire in Constantinopoli. Et baciando humilissimamente le mani a V.S.Illma, le prego da Dio ogni contento et felicità[-i].

[a] *correctum ex* triennium [b-b] *ascriptum* [c] Danzch *or. 2* [d] dispensatione *or. 2 et reg.* [e-e] *hoc fragmentum in ms. B. Vallic. L 18 transcriptum* [f] Barboncino *or. 2 et reg.* [g] *sequitur* devoto *reg.* [h] consequenza *or. 2* [i-i] *ed. Isopescu; lineae initium in margine signatum*

N. 252

Caesar Speciano, nuntius apostolicus penes aulam imperialem, Germanico Malaspina

[Pragae], 29 XII 1592

---

[16] *Ioannes Demetrius Solikowski.*

[17] *Eduardus Burton (Barton), Elisabeth I reginae orator Constantinopoli residens (Mierzwa 156 et passim).*

[18] *Muradus III imperator.*

[19] *Aaron Tyrannus, palatinus Moldaviae, et Alexander Pravus (cel Rău), Bogdani IV Lăpuşneanu filius, palatinus Moldaviae VI–VIII 1592, deinde Valachiae VIII 1592 – IX 1593, Constantinopoli vita privatus.*

[20] *Cf. Halecki: From Florence 263.*

[21] *Vide N. 222 ann. 2.*

[22] *Ioannes Mediomontanus et Marcus Merckler.*

[23] *Petrus VI Cosacus.*

[24] *Vide N. 222.*

Ad nuntium se referens ab eo traditum, quod Ioannes Zamoyski cancellarius propositum societatis contra Turcas ineundae approbaverit, eum certiorem facit se iuxta summi pontificis voluntatem actiones opportunas hac in re in aula imperiali iam suscepisse, ubi cancellario parva fide digno existimato a nuntio nihilominus exspectatur, ut accessioni Polonorum ad societatem adversus Turcas directam invigilet, hac tamen ratione, quo nomen summi pontificis solum (non vero Rudolphi II imperatoris) unionem principum christianorum contra communem inimicum cupientis proferat. Eum incitat, ut viribus non parcat ad hoc effectum consequendum, et sperat se notitias idoneas tempore opportuno ab eo esse recepturum.

***Reg.**: B. Ambr. D. 124 suss. f. 292v–293, s.l., epistula notis arcanis scribenda erat.*

N.S. sentì molto contento dell'aviso che V.S.R^{ma} gli diede un pezzo fa delle cose di cotesto regno[1] et della volontà del cancelliero nel servitio publico et contra li nemici communi nel negotio che già io scrissi a V.S.R^{ma} di ordine di questa M^{tà}[2]. Et se bene qui, per le cause già^{a} note a V.S.R^{ma} et anche a S.S^{tà} medesima, non si confidava molto di esso cancelliero, nondimeno S.B^{ne} ha voluto che io ne tenga buon proposito qui[3], come ho fatto in tutte le occasioni et in tal maniera che si è venuto in parere di nuovo che sia molto bene che V.S.R^{ma} tenga viva la pratica della lega contra al Turco, avertendo però di non nominar mai la persona dell'imperatore, ma solo spendere il nome di N.S., il quale, come padre commune di tutti i christiani et che desidera di tenere li principi che sono li membri principali di questo corpo bene uniti, fa ogn'opra et usa esquisita diligenza per collegarli insieme a' danni del commune nemico, che non pensa mai ad altro che alla destruttione nostra et della nostra^{a} santa^{b} fede, come $^{c-}$pur troppo^{-c} si vede ogn'hora. Sarà dunque bene che V.S.R^{ma} usi a questo fine tutta la prudenza sua et adopri la sua industria et zelo per tirare avanti questa santa opera come ministro di N.S. nel modo sudetto, col quale forse si farà anche il

---

[1] *Sermo est de litteris cifratis Germanici Malaspina die 22 octobris ad Clementem VIII scriptis, quibus ei de exitu comitiorum ac de concordia inter Sigismundum III regem et Ioannen Zamoyski cancellarium facta nuntiavit (vide N. 160). De pontificis maximi voluptate ex hac epistula accepta Cinthius Aldobrandini episcopum Cremonensem litteris die 29 XI 1592 datis certiorem fecit (Mosconi II 72).*

[2] *Vide N. 110. De Sigismundi III regis arbitrii mobilitate atque indifferentia et de Ioannis Zamoyski cancellarii ardore approbationis pleno, quo animo propositum Poloniae ad societatem armorum contra Turcas instituendam accedendae ab illis acceptum esset, Germanicus Malaspina Caesarem Speciano in epistula non asservata docuit, de qua episcopus Cremonensis in litteris ad Cinthium Aldobrandini diebus 10 et 16 XI 1592 datis mentionem fecit, Mosconi I 224–225 (ubi perperam scriptum est epistulam die 16 m. novembris datam Minutio Minucci afferendam fuisse).*

[3] *In litteris ad episcopum Cremonensem die 5 XII 1592 datis Cinthius Aldobrandini opinionem summi pontificis patefecit, quod scilicet suspiciones in aula imperiali ortae ad personam Ioannis Zamoyski cancellarii pertinentes nullo argumento probatae viderentur, immo iustum non esset conatus eo tendentes, ut inter Austriam et Poloniam societas armorum iniretur, interrumpi (Mosconi II 74).*

negotio più riuscibile. Et in ogni caso non si può perdere cosa alcuna, anzi ognuno doverà confessare che S.S^{tà} haverà fatto quello officio che è proprio del grado suo supremo et del zelo che Dio benedetto gl'ha dato a beneficio commune di tutti i christiani. Et a suo tempo aspettarò poi d'intendere quello che succederà et che a V.S.R^{ma} parerà bene[a] che io[d] sappia [e-]o faccia[-e] per servitio publico.

[a] *suprascriptum* [b] *sequitur expunctum* nostra [c-c] *suprascriptum* [d] *sequitur expunctum* possi far [e-e] *ascriptum supra expunctum* a S.M^{tà}

N. 253

Germanicus Malaspina Hieronymo Rozrażewski, epo Cuiaviensi

Varsaviae, [a-]31 XII[-a] 1592

Mittit ei documentum, quo praeposituraе hospitalis Iunivladislaviensis ad ecclesiam cathedralem Vladislaviensem annexio confirmatur, eumque in aliis quoque piis operis adiuvare promittit.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 23-23v.*

Eum certiorem facit Annam Austriacam reginam — dum comitia praeterita haberentur — *Mariam archiducissam, matrem suam, per litteras rogavisse, ut curam susciperet, ne Rudolphus II imperator et Ernestus archidux futuro tempore nobiles Polonos contra Sigismundum III regem incitarent; archiducissam deinde reginae affirmavisse utrumque huic voluntati satisfacere intendere (textus paucis mutatis idem ac in N. 226).*

Mitto confirmationem iunctae[b] [c-]et annexae[-c] praeposituraе[1], [d-]beneficii simplicis[-d] suaeque cathedrali ecclesiae per D^{onem} V.Ill^{mam} visitantem connexi[2], laudoque summopere pietatem et diligentiam D^{onis} V.Ill^{mae} in exornanda sua ecclesia, et si quid aliud sibi in mentem veniat, in quo piae voluntati suae respondere possim, nullum studii genus sum praetermissurus, ut eidem satisfiat, cui ineuntem annum foelicem precor.

[a-a] pridie calendas ianuarii *reg.* [b] *ascriptum supra expunctum* unitae [c-c] *ascriptum in margine, decoloratum, lectio incerta* [d-d] beneficio simplici *reg.*

---

[1] *Praepositura ecclesiae S. Spiritus domus hospitalis Iunivladislaviensis.*

[2] *Vide N. 219.*

N. 254

Germanicus Malaspina card. Andreae Báthory

Varsaviae, [a]*-31 XII-*[a] *1592*

Cardinali significat se, cum post dies festos Nativitatis Christi ad eum venire statuerit, tamen impedimentis gravibus prohibitum profectionem suam paucos dies differre cogi. Scribit de benevolentia ei a Sigismundo III rege demonstrata et pro certo dicit se omnibus in rebus cum illo cardinaleque Georgio Radziwiłł disserendis eum magna in observantia esse habiturum. Addit se eadem ac Ioannem Zamoyski cancellarium esse sententia in rebus, quas eum docuit.

Reg.: B. Vallic. L 18 f. 23v-24.

Decreveram omnino peractis festis diebus natalibus D^ni^ N. ad D^onem^ V.Ill^mam^ accedere, eoque magis quo ex litteris suis mihi 10 *[s]* calendas ianuarii[1] redditis[2], singulari humanitate refertis, id posse fieri ex D^onis^ V.Ill^mae^ voluntate cognovi. Caeterum adventum meum aliquot dies differendum necessario censui ob quoddam gravissimum negotium[3], quod coram postea D^oni^ V.Ill^mae^ referam. Interim pro certo hoc habeat hanc Ser^mam^ R.M^tem^ optimo animo atque voluntate propensa esse erga D^onem^ V.Ill^mam^. Hoc unum summopere rogo pro summa pietate atque in Sedem Apostolicam fide, ut D^tio^ V.Illma existimet in omnibus rebus tractandis sive cum hac Ser^ma^ R.M^te^ sive cum Illmo D^no^ cardinale Radivilio me existimationis et rerum D^onis^ V.Ill^mae^ rationem magnam habiturum; quod omnino mihi faciendum est, quia sic decet atque S.D^no^ N. me ita agere summopere gratum esse scio, cum iam diu [b]-S^tas^ S.-[b] totam familiam Batthoream, praecipue D^onem^ V.Ill^mam^, benevolentia prosequatur singulari.

Communicavi quaedam praeteritis diebus cum Illmo D^no^ cancellario Zamoscio, D^onis^ V.Ill^mae^ affine, cognovique sententiam meam, immo S.D^ni^ N., a sua non discrepare[4], aequo igitur ferat animo, si aliquantum prorogetur mea hinc profectio ad D^onem^ V.Ill^mam^, nam quo diutius protrahetur, eo opportunius istuc accedam. Existimetque D^tio^ V.Illma me ea tantum cogitare, quae vel cum dignitate vel utilitate D^onis^ V.Ill^mae^ coniuncta esse videantur, cui foelix instantis anni initium summopere precor.

[a-a] pridie calendas ianuarii *reg.* [b-b] *suprascriptum*

---

[1] *Die 23 decembris.*

[2] *Cf. N. 240.*

[3] *Hic agitur procul dubio de nuntiis de Ioannis III regis morte in aulam Sigismundi III regis allatis, vide N. 248.*

[4] *Cf. N. 244 p. 391-392.*

N. 255

Germanicus Malaspina card. Andreae Báthory

Varsaviae, [a-]*31 XII*[-a] *1592*

Eum admonet se iam primum nuntium ei fecisse de Sigismundi III regis promisso actionem iudiciariam ad pecuniam ab eo detentam pertinentem rescindendi; pro certo affirmat regem bene in eum esse animatum; nomine summi pontificis suoque ei suadet, ut modum agendi adhuc adhibitum mutet et regi supradictam pecuniam restituat. Iterum se excusat, quod gravis impedimenti causa suum ad eum adventum aliquot dies procrastinare debet.

Reg.: B. Vallic. L 18 f. 24v-25.

Superioribus diebus ad D^{onem} V.Ill^{mam} scripsi, cum intellexissem Ser^{mam} R.M^{tem} ius[s[b]]isse citari D^{onem} V.Ill^{mam}, ut iure ageret ad pecunias retentas sibi[c] recuperandas[1], cum eadem Ser^{ma} M^{te} me egisse, ut pro amplissimi ordinis cardinalium dignitate ulterius progredi et pro sua benignitate et in eum ordinem benevolentia se ulterius non[d] progressurum promisit. Idcirco collocutus praeterea cum essem cum M^{te} S.Ser^{ma}, satis propensa mihi visa est ad D^{onem} V.Ill^{mam} magis in dies ornandam; ipseque cum sciam, quanta benevolentia S.D^{nus} N. M^{tem} S.Ser^{mam} et D^{onem} V.Ill^{mam} complectatur, ut D^{oni} V.Ill^{mae} alia uti ratione et via[e] in assequendo, quod petit[f], quam ea, qua adhuc usa est, ut suadeam, libenter facio. Id enim S.D^{no} N. gratum summopere est futurum. Ipse vero tanquam D^{oni} V.Ill^{mae} maxime addictus id ipsum cupio et ut Sanctae Sedis minister valde suadeo; tantum enim abest, ut dimittendo eam pecuniarum summam ad Ser^{mum} regem afferendam quicquam detrimenti D^{tio} V.Illma sit acceptura, ut utile potius futurum iudicem. Et quoniam haec mea sententia ab integra fide et optimo animo proficiscitur erga D^{onem} V.Ill^{mam}, facile futurum credo, ut mihi assentiat, quod summopere opto.

De meo autem adventu, ut iam scripsi[2], illum quidem a me differri per aliquot dies necesse est ob gravissimum negotium, quod opportune cum[d] D^{one} V.Illma postea communicabo, quando[g] istic praesto ero. Manus D^{oni} V.Ill^{mae} deosculans[h] ineuntem annum foelicem[d] precor.

[a-a] pridie calendas ianuarii *reg.* [b] *omissum* [c] *ascriptum in margine, decoloratum* [d] *suprascriptum* [e] *sequitur deletum* utatur [f] *ascriptum supra expunctum* intendit [g] *ascriptum supra expunctum* cum [h] *correctum ex* deosculatus

---

[1] *Vide N. 225; cf. N. 96 p. 156, N. 183 p. 297-298, N. 230 p. 366, N. 236 p. 380, N. 244 p. 390.*

[2] *Vide N. 254.*

N. 256

Germanicus Malaspina Adalberto Baranowski, epo Plocensi

Varsaviae, [a-]31 XII[-a] 1592

Gratias ei agit pro opera pro se suscepta. Significat suum ad eum adventum se aliquot dies differre debere eumque rogat, ut litteras card. Andreae Báthory tradendas curare velit.

***Reg.**: B. Vallic. L 18 f. 24–24v.*

Diligentiam a D^one^ V.R^ma^ in rebus meis adhibitam sicuti multum laudo, ita summopere gratias ago[1]. De meo ad D^onem^ V.R^mam^ adventu necesse est, ut aliquot dies eundem differam[2], immo citius puto D^onem^ V.R^mam^ Varsaviam accessurum, quam hinc ipse discedam. Ad Ill^mum^ D^num^ cardinalem Batthoreum litteras mitto[3], quas si ad eundem deferendas pro humanitate sua curabit, mihi gratissimum erit. Cumque aliud scribendum mihi non occurrat, officia omnia mea D^oni^ V.R^mae^ defero.

[a-a] pridie calendas ianuarii *reg.*

---

[1] *Cf. N. 241.*

[2] *Quod ad huius morae rationem pertinet, vide N. 254 ann. 3.*

[3] *Vide N. 254 et 255.*

APPENDICES



Epistula autographa card. Georgii Radziwiłł ad Germanicum Malaspina Bodzentini 4 XII 1592 data (ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 17)
vide N. 207 p. 337–338

A. 1

Innocentius IX, pontifex maximus, Sigismundo III, regi Poloniae, et archiducissae Annae Austriacae

Romae, 30 XI 1591

Ad matrimonium ab iis contrahendum se referens ab impedimento tertii et quarti consanguinitatis gradus eos dispensat et prolem hac unione nasciturum legitimat.

Min.: ASV Sec. Brev. 184 f. 464.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae regi Ill[ri] et dilectae in Christo filiae nobili mulieri Annae, bonae memoriae Caroli archiducis Austriae natae.

Innocentius papa IX. Charissime fili et dilecta in Christo filia nobilis mulier, salutem etc. Cum sicut accepimus, vos invicem matrimonium contrahere cupiatis, sed quia tertio et quarto consanguinitatis gradu a communi stipite proveniente invicem coniuncti estis, desiderium hoc absque speciali Sedis Apostolicae dispensatione adimplere non potestis, nos huiusmodi matrimonium cum benedictione nostra ad effectum deduci cupientes, vestris in hac parte nobis humiliter porrectis supplicationibus inclinati, vobiscum, ut impedimento tertii et quarti consanguinitatis gradus a communi stipite provenientis huiusmodi ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque non obstantibus matrimonium inter vos publice servata forma Concilii Tridentini contrahere illudque in facie Ecclesiae solemnizare et in eo postmodum remanere libere et licite possitis et valeatis, auctoritate apostolica tenore praesentium dispensamus, prolem exinde suscipiendam legitimam nunciando, distantiam vero tertii respectu quarti gradus huiusmodi non obstare declaramus. Datum Romae apud S. Petrum etc., die 30 novembris 1591, anno primo.

M[arcellus] Vestrius Barbianus

A. 2

Germanicus Malaspina Clementi VIII, pontifici maximo

Romae[a], 17 II 1592

Accusationes sibi factas, quod tempore, quo munere nuntii apostolici in Regno Neapolitano fungebatur, iurisdictionem ecclesiasticam defendere neglexerit, propulsat et summum pontificem rogat, ut de actionibus suis aequabile et integrum iudicium pronuntiare velit.

Aut.: ADLP F. Aldobr. 27 f. 274–274v, in dorso alia manu praeter alia: Scolpa[b] di Ger[mani]co fedele et li negotii da esso publicamente trattati nella nuntiatura di Napoli l'anno 1591.

Non crederò di essere tenuto da la S[tà] V. per troppo ardito se prostrato a' suoi santissimi piedi per defensione de l'honore et inocentia mia la suplicarò non di gratia, poiché presuporebbe colpa, ma di rigorosa giustitia et a volere suspendere l'intelletto nel condenarmi intorno le imputationi datemi insin tanto che V.B[ne] tochi con mano la verità, la quale aparirà di manierà, con l'aiuto de Dio, che V.S[tà] cognoscerà che io ho sempre mantenute le mani monde et conservata la conscientia immaculata in defensione della iurisditione ecclesiastica, et particularmente nel Regno di Napoli, come la S[tà] V. potrà vedere dal scritto che invio a li suoi santissimi piedi[1], quale authenticarò con lettere publiche ad ogni ordine di V.B[ne]. Et se li principi appresso a' quali son reseduto me hanno amato, la loro benevolentia non è stata convertita da me ad altro uso che a quello del beneficio della Santa Sede, poiché da essi non ho pur voluto accettare lettere di favore non che imbratarmi le mani con intrate o presenti. Se le cose delle quali son imputato causassero danno solamente a la mia persona, potrei con minore dolore dissimulare, ma partendomi da questa corte con opinione d'havere commesso cose tanto brute, non tanto in persona di un prelato quale ha servito in sette carichi publici, ma in quale si voglia altro huomo, vengo a rendermi inhabile per il governo del mio vescovato. Però, B.P., ritorno a suplicarla a volersi chiarire della verità, et conforme a quello che ritroverà o castigarmi o, in evento che io sia inocente, non permetter[e[c]] che a torto sia lacerato l'honore mio. Né voglio credere che Dio s[ia[c]] di modo adirato meco che essendo io stato chiamato qua dal c[....[c]] suo senza alcuna mia manifatura, voglia permettere che da ta[l[c]] chiamata ne debba resultare che io in ricompensa de molte fatiche ne riporti tanto danno ne la reputatione. Et basciando li suoi santissimi piedi, prego N.S. Dio che a la beatissima persona di V.S[tà] concedi longa et felice vita.

[a] Di casa *aut.* [b] *praeceditur ab expuncto* è bene da legerla per le cose di Napoli [c] *decrementum chartae*

[1] *Vide p. XV ann. 19.*

A. 3

Relatio de card. Georgii Radziwiłł, legati a latere Clementis papae VIII, itinere in Poloniam a Paulo Alaleone, caerimoniarum magistro, confecta

22 II - 30 X 1592

Aut.: *BAV Vat. Lat. 12294 f. 205v-228v, titulus:* Itinerarium Poloniae usque ad paginam 224.

Cop.: 1. BAV Barb. Lat. 2815 f. 239-266v. — 2. BAV Barb. Lat. 2448 f. 69v-77v. — 3. ASV F. Pio 15 f. 8-38v. — 4. BAV Chigi L II 35 f. 15-63v. — 5. BAV Vat. Lat. 9244 f. 299-336. — 6. BAV Vat. Lat. 12428 f. 139-154. — 7. A. Caetani Misc. 1005/62 p. 629-696. — 8. B. Vallic. I 66 p. 216-274. — 9. AS Torino Racc. Mong. 103 f. 7, 9-48. — 10. BL Add. 8453 f. 291-323v.

Ed.: *Meysztowicz 43-75, ex cop. 3.*

Sabato, die 22 februarii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus, qui a die, quo crucem in consistorio habuit[1], semper in Urbe secrete stetit extra moenia in vinea Ill^mi^ D^ni^ Salviati[2], deinde per diem ante ivit ad monasterium S. Mariae de Populo[3], et eadem die de mane audita Missa, et ego[4] simul cum eo, discessit Roma a dicto monasterio, in quo dormierat nocte praeterita, et ego secum discessi[5]. Ill^mus^ D^nus^

---

[1] — — Demum in eodem consistorio *(die 17 II 1592 habito)* crux a pontifice cum solitis caerimoniis R^mo^ D^no^ cardinali Radzivil, legato ad regem Poloniae destinato, data fuit, qui finito consistorio a collegio usque ad aulam Regiam associatus fuit, ubi factae fuerunt solitae et mutuae reverentiae; non autem usque ad portam Civitatis, ut conveniebat, cum esset legatus ultra montes, associatus fuit, quia ob tempus frigidissimum et ventosum pontificaliter equitare non admodum commodum et oportunum iudicaverunt (Diariorum caerimonialium Ioannis Pauli Mucantii Romani, i.u.d. et caerimoniarum magistri, t. 2, *BAV Vat. Lat. 12317 f. 86-86v, cop.). Cf. diarium Pauli Alaleone, BAV Vat. Lat. 12294 f. 204, aut.; diarium card. Iulii Antonii Santoro, ASV Arch. Consist. Acta Misc. 51 f. 8, aut.; diarium card. Hieronymi Rusticucci, camerarii Sacri Collegii, ASV Misc. Arm. XII 118 A f. 47, cop.; ASV Arch. Consist. Acta Vicecanc. 13 f. 31, or.; diarium alicuius cubicularii secreti Clementis papae VIII, ASV F. Borgh. IV 145 A f. 125, aut.; BAV Urb. Lat. 1060 f. 109, novitates de 19 II 1592.*

[2] *Antonius Maria Salviati, 21 I 1537 - 17 IV 1602, epus S. Papuli (Saint-Papoul) annis 1561-1567, nuntius in Gallia annis 1572-1578, cardinalis a 12 XII 1583, legatus Bononiae a. 1585 nom. (HC III 47, 270; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. LXXX ann. 60).*

[3] *Monasterium Fratrum Eremitarum S. Augustini ad ecclesiam S. Mariae de Populo situm.*

[4] *Paulus Alaleone de Branca, ca 1551 - in. I 1643, caerimoniarum pontificiarum magister 15 XII 1582 - VII 1638: primo fuit coadiutor avunculi sui Ludovici Branca (ob. 29 VI 1587), postea socius Francisci Mucante in secundo loco, quo mortuo (6 X 1592) primum locum in caerimoniarum officio obtinuit; duabus legationibus in Galliam missis interfuit: annis 1589-1590 card. Henricum Caetani, annis autem 1596-1598 card. Alexandrum de Medicis comitatus est; beneficiatus basilicae S. Petri de Urbe a 1 XI 1595; una cum card. legato Petro Aldobrandini m. septembri a. 1600 exeunte Florentiam se contulit, ubi magister caerimoniarum nuptiis per procuratorem Mariae de Medicis et Henrici IV regis astitit; canonicus basilicae S. Ioannis in Laterano a 24 XI 1608 et S. Petri a 22 VIII 1622 (Caetani; Moroni XXXVII 274, XLI 178).*

[5] *Paulus Alaleone pontifice maximo mandante cardinalem legatum comitatus est, sed in Poloniam invitus se contulit:* Papa mandavit mihi *(die 17 februarii)*, ut vadam cum Illmo D^no^ cardinale

cardinalis Radzivilius legatus ascendit caroziam seu currum, familiares sui et ego equitavimus, et facto ientaculo in hospitio Baccani[6] ivimus omnes ad Caprarolam[7], in qua de nocte pervenimus; quod oppidum est Ill^mi^ D^ni^ cardinalis Farnesii[8], in quo laute et commode hospitati fuimus ac pernoctavimus expensis Ill^mi^ D^ni^ cardinalis Farnesii, more Farnesiorum.

Dominica 2 Quadragesimae, die 23 februarii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus permansit Caprarolae, et in mane dixit Missam lectam in ecclesia principali dicti oppidi, quae est sub invocatione et titulo S. Angeli, et nos omnes secum permansimus.

Feria 2, die 24 februarii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus simul cum suis familiaribus et me in lectica vectus discessit a Caprarola et ivit ad Montem Faliscum[9], facto ientaculo Viterbii[10], in quo pernoctavit et nos omnes pernoctavimus.

Feria 3, die 25 februarii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa in habitu itineris rubeo discessit a Monte Falisco in lectica vectus, facto ientaculo in oppido Bulsenae[11] ivit ad Aquam Pendentem[12], ubi propter malum tempus frigoris et nivis pernoctavit et hospitatus est.

Feria 4, die 26 februarii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa in ecclesia Beatae Mariae Virginis Fratrum Conventualium S. Francisci oppidi Aquae Pendentis, in habitu itineris rubeo de lana, in qua Missa osculatus est librum Evangeliorum et instrumentum pacis a me sibi oblata et portata, ivit ad hospitium prope oppidum S. Quirici[13], ubi pernoctavit et hospitatus est, facto ientaculo in hospitio Aradicofani[14] seu in caupona.

Feria 5, die 27 februarii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa in ecclesia S. Francisci oppidi S. Quirici in lectica vectus arripuit iter versus Senas[15], quo pervenit hora 24[16]. Et in itinere obviam Illmo D^no^ legato venit gubernator civita-

---

Radivilio legato de latere in Poloniam, et quamvis mihi displiceat, faciam pro oboedientia. — — Eadem die *(19 februarii)* denuo mandavit mihi pontifex absoluta processione, ut irem cum Illmo D^no^ cardinale Radivilio legato de latere in Poloniam. — — Eadem die *(21 februarii)*. Ego osculatus sum pedem papae et habui benedictionem, et licentiavi me pro itinere faciendo; et pontifex dixit mihi: „gratum mihi facis in eundo", et ego respondi: „libenter proficiscor cum Illmo D^no^ legato, cum S^tas^ S. hoc mihi mandaverit" *(BAV Vat. Lat. 12294 f. 204, 205–205v; cf. Caetani 18–19)*.

[6] *Baccanae (Baccano), statio cursualis in via Cassia, ad Baccanas dicta, 22 km a Roma distans (Fornari 58; Nibby 290–292).*

[7] *Caprarola, oppidum ad lacum Ciminium (Lago di Vico) situm nobilissimo palatio Farnesiorum excellens.*

[8] *Odoardus Farnese.*

[9] *Mons Faliscus (Montefiascone), oppidum.*

[10] *Viterbium (Viterbo), civitas.*

[11] *Volsinium (Bolsena), oppidum.*

[12] *Aquipendium (Acquapendente), oppidum.*

[13] *S. Quiricus (S. Quirico d'Orcia), oppidum.*

[14] *Radicofanum (Radicofani), oppidum.*

[15] *Senae (Siena), civitas.*

[16] *Secundum horologium integrum, i.e. ante horam 18.*

tis Senarum[17] cum equitibus cataphractis, et descendit ad palatium d^ni^ gubernatoris, qui d^num^ legatum invitavit, et hospitatus est. In itinere fecimus ientaculum in Bonconvento[18], et introivit Senas simul cum d^no^ gubernatore in curru ductus, et non in lectica propter d^num^ gubernatorem.

Feria 6, die 28 februarii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam in ecclesia parochiali Senarum, quae est prope palatium d^ni^ gubernatoris Senarum, et huic Missae etiam adfuit d^nus^ gubernator, cui fuit data pax post d^num^ legatum. Audita Missa Ill^mus^ D^nus^ legatus associatus a d^no^ gubernatore, in curru ductus usque extra portam et moenia civitatis Senarum, et factis caerimoniis ascendit in lecticam et ivit ad oppidum S. Casciani[19] facto ientaculo in oppido Pogibonzii[20]. In Missa librum Evangeliorum et instrumentum pacis ad osculandum ego tuli et dedi, ut semper feci in aliis Missis, cum non sit praelatus ullus cum d^no^ legato.

Sabato, die 29 februarii 1592 anno bisestili *[s]*. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa lecta discessit a S. Cassiano et in lectica vectus ivit Florentiam, quo pervenit hora prandii. Et in itinere obviam venit Illmo D^no^ legato praefectus domus[21] Ser^mi^ magni ducis Hetruriae[22], qui nomine Ser^mi^ magni ducis invitavit cum maxima instantia d^num^ legatum. Deinde obviam venit R^mus^ D^nus^ episcopus Viterbiensis, nuncius apostolicus Florentiae[23], qui erat sine mozetta pro reverentia Ill^mi^ D^ni^ legati, et ita ei monitum fuit. Ill^mus^ D^nus^ legatus permansit tota hac die Florentiae et pernoctavit, et hospitatus fuit cum omnibus suis familiaribus expensis Ser^mi^ magni ducis, qui non erat Florentiae[24].

Dominica 3 Quadragesimae, die prima martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa in cappella secreta palatii ducalis de Pittis[25] nuncupati ascendit in currum seu caroziam cum d^no^ nuntio apostolico Florentiae residente et cum praefecto domus Ser^mi^ magni ducis ivit usque extra portam civitatis Florentiae, deinde invicem salutatis ascendit in lecticam et ivit Protolinum[26] *[s]* versus, in quo loco

---

[17] *Thomas Malaspina de Villafranca, ob. 1605, gubernator Senarum annis 1591–1593 et iterum, post Fabium Penna de Corgna, annis 1594–1603 (AS Siena. Guida 16; Litta IV tav. XIX).*

[18] *Bonconventum (Buonconvento), oppidum.*

[19] *S. Cassianus (S. Casciano in Val di Pesa), oppidum.*

[20] *Podium Bonitii (Poggibonsi), oppidum.*

[21] *Aeneas Vaini.*

[22] *Ferdinandus I de Medicis.*

[23] *Carolus Montilio (Montigli), ob. 10 IV 1594, i.u.d., aepus Amalphitanus a 20 XI 1570, administrator Viterbiensis a 28 III 1576 et epus Viterbiensis a 18 V 1587, nuntius ordinarius Florentiae 3 VIII 1591 – II 1592 (HC III 106, 336; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CXXVII ann. 20, p. 6 ann. 5).*

[24] *Cf. N. 5.*

[25] *Palatium de Pittis, saeculo XV exstructum (opus Philippi Brunelleschi) et saeculis XVI–XVII ampliatum.*

[26] *Pratolinum (Pratolino), locus.*

pransus est expensis Ser^mi magni ducis, et postea ivit ad Scarpariam[27], in quo loco cenavit et pernoctavit expensis Ser^mi magni ducis, uti hodie mane et heri.

Feria 2, die 2 martii 1592. Ill^mus D^nus legatus audita Missa lecta discessit ab[a] oppido Scarpariae, in lectica vectus, et ivit ad Scarcalasinum[28], in quo loco pernoctavit, et fecimus ientaculum in oppido Florenzolae[29].

Feria 3, die 3 martii 1592. Ill^mus D^nus legatus [audita[b]] Missa in ecclesia monasterii monacorum Montis Oliveti[30] in Scarcalasino, in quo monasterio hospitatus fuit et diversatus, ascendit lecticam et facto ientaculo in Pianoro[31] ivit Bononiam, in quam civitatem ingressus est circa horam 24[32] in lectica vectus. Et in itinere obviatus fuit a multis viris nobilibus Bononiensibus per duo milliaria extra civitatem cum multis curribus; et etiam obviatus fuit a d^no vicelegato Bononiae[33] et a R^mo D^no coadiutore[34] archiepiscopi Bononiensis[35] per quartum miliaris, cum quibus factis debitis caerimoniis sequutus est suum iter; et hospitatus fuit in domo d^norum de Fachinettis cum omnibus suis familiaribus expensis Ill^mi D^ni Caesaris Fachinetti[36], nepotis felicis recordationis Innocentii papae IX; et lautissime Ill^mus D^nus legatus cum omnibus suis familiaribus tractatus et honoratus fuit.

Feria 4, die 4 martii 1592. Ill^mus D^nus legatus permansit Bononiae in domo d^norum de Fachinettis expensis Ill^mi D^ni Caesaris Fachinetti cum omnibus de sua familia, et lautissime tam Ill^mus D^nus legatus quam alii omnes tractati fuerunt et verbis et factis.

Feria 5, die 5 martii 1592. Post prandium Ill^mus D^nus legatus discessit in lectica vectus Bononia et ivit ad oppidum Centi[37] sub ditione Ser^mi ducis Ferrariae[38].

---

[27] *Scarperia, oppidum.*

[28] *Scarcalasinum (Scarcalasino), locus.*

[29] *Florentiola (Firenzuola), oppidum.*

[30] *Olivetani, congregatio Benedictina a. 1313 condita.*

[31] *Pianorium (Pianoro), oppidum.*

[32] *Secundum horologium integrum, i.e. ca horam 18.*

[33] *Ferdinandus (Ferrante) Farnese, 2 XII 1542 – 27 VIII 1606, utriusque Signaturae referendarius, epus Montis Falisci a 27 VIII 1572, epus Parmensis 30 III 1573 – 1 VIII 1606, vicelegatus Bononiae 30 III 1591 – III 1592, gubernator Marchiae Picenae a 10 I 1594 (Allodi 94–147; Annibali 89–91, 98–99; HC III 249, 270, IV 275; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CXCIII sqq.; Litta III tav. VIII; Pasquali, Ferrenti 208 sq.; Schiavi I 94, II 241).*

[34] *Alfonsus Paleotti, ob. 18 X 1610, i.u.d., epus coadiutor aepi Bononiensis et aepus titularis Corinthiensis a 13 II 1591, aepus Bononiensis a 23 VII 1597 (HC III 137, 178, IV 118).*

[35] *Gabriel Paleotti, 1524 – 22 VII 1597, auditor Rotae, cardinalis a 12 III 1565, epus Bononiensis a 30 I 1566, aepus Bononiensis a 10 XII 1582 (HC III 41–42, 137; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. XCI–XCII ann. 15).*

[36] *Caesar Facchinetti, ob. 1606, Antonii Tita Tridentini et Antoniae de domo Facchinetti filius, ab Innocentio IX adoptatus, senator Bononiensis ab a. 1586, generalis S.R.E. capitaneus.*

[37] *Centum (Cento), oppidum.*

[38] *Alfonsus II Estensis.*

Feria 6, die 6 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa, in lectica vectus, habitu solito rubeo de lana itineritio ivit ad Finale[39], ubi descendit et comedit, et postea per flumen Padus[40] *[ss]* cum omnibus suis familiaribus in tribus navigiis ivit ad Bondinum[41], ubi pernoctavimus.

Sabato, die 7 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa in Bondino transivit flumen Padus[42] *[ss]* cum omnibus de sua familia, ubi nos expectabant quidam nobiles viri missi a Ser^mo^ D^no^ duce Ferrariae cum octo curribus sive caroziis; et in unam ingressus est Ill^mus^ D^nus^ legatus, et in aliis omnes sui familiares, et ivit Ferrariam invitatus ab her[i^c^] a nobili^d^ viro misso praecipue a Ser^mo^ D^no^ duce Ferrariae, qui obviam venit Illmo D^no^ legato usque ad portam Angelorum dictae civitatis. In quo loco Ill^mus^ D^nus^ legatus descendit de curru, quia iam Ser^mus^ D^nus^ dux descenderat, et ibidem factis debitis caerimoniis inter ipsos, simul in eadem carrozia, in qua Ill^mus^ D^nus^ legatus a Bondino venerat, ascenderunt et ad castrum, sic appellatum palatium ducale[43], iverunt; et Ill^mus^ D^nus^ legatus a Ser^mo^ D^no^ duce associatus fuit usque ad suas cameras, in quibus d^num^ legatum reliquit, et hospitatus fuit simul cum omnibus de sua familia expensis Ser^mi^ D^ni^ ducis Ferrariae lautissime et abundanter.

Post prandium hora 22[44] Ser^mus^ D^nus^ dux Ferrariae venit ad Ill^mum^ D^num^ legatum, qui erat indutus rochetto et mozetta rubea de lana cum veste subtana eiusdem coloris, et simul in curru iverunt ad ecclesiam Beatae Mariae Virginis, in qua demorant Fratres Congregationis Scopetinorum sub regula S. Augustini, et Ser^mus^ D^nus^ dux ostendit in una cappella eiusdem ecclesiae miraculum unius hostiae consecratae, quae cum sacerdos, qui celebrabat et illam frangeret, nec vere credens, quod in illa hostia consecrata esset Corpus verum Christi, in fractione exivit magna copia Sanguinis, et cappellam a parte superiori circumcirca sanguine aspersit, et adhuc videntur espresse guttae sanguinis, et hoc miraculum fuit ab annis citra 430. Deinde ad palatium redierunt, et Ill^mus^ D^nus^ legatus simul cum Ser^mo^ D^no^ duce visitavit ducissam Urbini[45], sororem Ser^mi^ ducis, et Ser^mam^ D^nam^ ducissam Ferrariae[46], uxorem Ser^mi^ ducis. Postmodum Ser^mus^ dux associavit Ill^mum^ D^num^ legatum usque ad suas cammeras.

Dominica 4 Quadragesimae, die 8 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa lecta in cappella secreta palatii ducalis Ferrariae simul cum Ser^mo^ D^no^

---

[39] *Finalium (Finale Emilia); cf. N. 19.*

[40] *Card. Georgius Radziwiłł Finalio Panaro flumine secundo iter fecit, quod flumen ante Ferrariam in Padum influit.*

[41] *Bondinum (Bondeno), oppidum.*

[42] *Bondini cardinalis legatus una cum itineris sui comitibus Panarum flumen, non Padum transire potuit.*

[43] *Castellum Estense, saeculi XIV parte posteriore exstructum, saeculo XVI immutatum est.*

[44] *Secundum horologium integrum, i.e. ca horam 16.*

[45] *Lucretia de Este, 1535 - 12 II 1598, Francisci Mariae II de Rovere, ducis Urbini ab a. 1574, a 18 I 1570 uxor, ex pacto die 31 VIII 1578 facto a marito separata.*

[46] *Eleonora, 1564-1618, Gulielmi de Gonzaga, ducis Mantuae, filia, Alfonsi II ducis uxor ab a. 1579.*

duce, a quo associatus fuit, in curru ducti extra portam Angelorum, et ibidem factis debitis caerimoniis Ill^mus D^nus legatus introivit in navigium Ser^mi ducis, dictum bucentoro[47], et ivit per flumen Padus[48] *[ss]* cum suis familiaribus intus in aliis navigiis ad locum nuncupatum Loreum[49] sub dominio Reipublicae Venetiarum, et ibidem pernoctavit intus bucentorum in aqua, et in eodem bucentoro pransus est et cenavit.

Feria 2, die 9 martii 1592. Ill^mus D^nus legatus summo mane ductus in dicto bucentoro per flumen Padus *[ss]* iter arripuit Venetias versus. Et in itinere per flumen obviatus fuit Ill^mus D^nus legatus a podestate Chiozzae[50] et associatus usque ad parvam insulam[51], in qua est ecclesia et monasterium S. Spiritus, in qua ecclesia Missam lectam audivit; deinde pransus est intus monasterium, in quo demorant religiosi canonici ordinis S. Augustini Congregationis Lateranensis. Et post prandium indutus veste subtana rubea, rochetto et mozetta de lana fuit d^nus legatus visitatus a multis senatoribus Reipublicae Venetiarum indutis vestibus rubeis de raso, et ab eisdem senatoribus associatus intus navigium versus Venetias, cum multis navigiis vulgo dictae gondole et aliis navigiis vulgo dictis piatte, quibus usus non fuit, quia Ill^mus D^nus legatus ante tempus discessit ab ecclesia S. Spiritus et dicti D^ni Clar^mi senatores ex improviso adventum Ill^mi D^ni legati de certo sciverunt. Fuit hospitatus in monasterio S. Georgii Maioris ordinis S. Benedicti[52] expensis Reipublicae Venetiarum.

Pro ingressu Ill^mi D^ni cardinalis Radzivilii, legati de latere, senatus Venetus misit duos senatores et duos equites, ut illi obviarent d^no legato et conducerent, et etiam senatus deputavit, ut obviam illi irent navigia vulgo dictae piattae; sed quia citius quam credebatur Ill^mus D^nus legatus Venetias applicuit, ideo non omnes senatores deputati obviam iverunt, et ex duobus equitibus unus tantum fuit, qui fuit Clar^mus Sorantius[53]; et alius deputatus, qui erat Clar^mus Baduerus[54], non fuit, quia infirmus erat et male se habebat in lecto iacens. Et quia totus honor,

---

[47] *Vide N. 19 ann. 3.*

[48] *Novitates die 21 martii Romae perscriptae de hac parte itineris cardinalis legati nuntiaverunt:* S'intende che 'l cardinale Razivil nell'andare giù per il Po verso Venetia habbia perso 17 persone di sua famiglia per essersi rivoltata la barca ove era S.S.Illma, con gran pericolo di sua persona salvatasi a fatica. *Quem nuntium falsum fuisse die 28 martii notum factum est:* Fu bugia (Dio lodato) che 'l cardinale Razivil patisse burasca con li suoi di annegarsi nel Po, anzi ci è nuova che S.S.Illma seguiva il suo viaggio allegramente per Polonia *(BAV Urb. Lat. 1060 f. 171, 191v; Lechniak 17).*

[49] *Loreum (Loreo), locus.*

[50] *Grimani, Fossae Clodiae praefectus.*

[51] *S. Spiritus (Santo Spirito).*

[52] *Monasterium in insula S. Georgii Maioris (San Giorgio Maggiore) situm, in qua magistratus Reipublicae Venetae hospites illustres recipere solebant; cf. N. 19 ann. 9.*

[53] *Sine dubio Ioannes Soranzo, 24 IV 1520 - 2 VI 1603, non vero frater eius Iacobus, 1518 - 17 III 1599, qui, postquam exilio multatus est et veniam delicti a. 1586 impetravit, a rebus publicis se amovit et in insula Murano domicilium sibi constituit (Donazzolo 119-120, 152-153).*

[54] *Verisimiliter Albertus Badoero, cuius mortem novitates Venetiis die 2 V 1592 datae nuntiaverunt (BAV Urb. Lat. 1060 f. 287).*

uti voluerant, non fuit adhibitus, eis multum displicuit, et male sentierunt de Clar^mo^ Grimano, podestate seu praetore Chiozzae, quia non retinuit Ill^mum^ D^num^ legatum Chiozzae, et ita tempus habuissent omnes ad se parandos ad illum recipiendum.

Feria 3, die 10 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam in cappella privata monasterii S. Georgii, quae est prope suas cammeras, et fuit visitatus a d^no^ nuntio apostolico Venetiarum[55], qui propter reverentiam Ill^mi^ D^ni^ legati deposuit mozettam, et etiam a multis senatoribus Venetis et aliis visitatus fuit.

Feria 4, die 11 martii 1592. Ser^mus^ dux et princeps Venetiarum[56] indutus habitu ducali cum cornu de mane venit ad monasterium S. Georgii, discedens a palatio ducali S. Marci, suae solitae residentiae, ductus in piattis et associatus a consiliariis[57], a senatoribus de Precaio[58] et ab aliis solitis Ser^mum^ principem associare, indutum veste longa cum magnis manicis de raso rubeo et cornu similiter de raso rubeo. Et visitavit primus Ill^mum^ D^num^ legatum, qui indutus [v^c^]este subtana rubea de lana, rochetto et mozetta rubea ivit obviam Ser^mo^ duci usque ad primum claustrum de novo fabricatum monasterii; et factis simul debitis caerimoniis ascenderunt superius ad cammeras Ill^mi^ D^ni^ legati, qui semper retinuit manum dexteram et a dextris Ser^mi^ ducis ivit, et Ser^mus^ dux ad sinistram d^ni^ legati, quae cammerae sunt sitae in galleria^e^ monasterii. Et in cammera Ill^mi^ D^ni^ legati, in qua audientiam dedit, fuerunt collocatae duae sedes camerales super solio alto unius palmi, in quarum^f^ una a dextris sedit Ill^mus^ D^nus^ legatus et in altera a sinistris sedit Ser^mus^ dux Venetiarum; et in eadem camera circumcirca erant aliae sedes in plana terra, in quibus sederunt senatores, videlicet consiliarii, senatores de Precaio, sapientes de terra firma[59] et alii secundum ordinem ipsorum, et ibidem longum spatium temporis steterunt simul loquentes[60]. Deinde surgentes discesserunt, et Ill^mus^ D^nus^ legatus associavit Ser^mum^ ducem a dextris incedens et tenens Ser^mum^ a sinistris extra primum claustrum novum dicti monasterii, quamvis prius Ser^mus^ dux^g^ rogaverit Ill^mum^ D^num^ legatum, ne antea procede-

---

[55] *Marcellus Acquaviva (Aquaviva), 1532/1533 - 18 III 1617, utriusque Signaturae referendarius, epus Hydruntinus 25 II 1587 - 20 XI 1606, nuntius Venetiis 8 I 1590 - 22 IV 1592, nuntius in Sabaudia a 13 IX 1592, vicelegatus Bononiae IV-VII 1595 (BAV Urb. Lat. 1060 f. 269, 25 IV 1592; HC III 212, IV 205; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CLX-CLXI).*

[56] *Paschalis Cicogna.*

[57] *Consilii Minoris (Minor Consiglio) socii, scilicet sex consiliarii ducis Venetiarum a Consilio Maiore (Maggior Consiglio) electi, qui sex urbis partes repraesentabant (Koranyi 82; Szyszkowski 116, 295, 297).*

[58] *Vide N. 19 ann. 7.*

[59] *Sapientes de terra firma (Savi di terraferma), una e sectionibus Collegii Sapientium (Savi) a senatu electi, quae sectio in terra continenti res ad administrationem pertinentes curabat (Koranyi 82).*

[60] *Novitates Venetiis die 14 martii perscriptae nuntiaverunt card. Georgium Radziwiłł, cum supra commemorata colloquia haberentur,* habbia ricercato che si mandi ambasciatore ordinario appresso il suo re*; die autem 28 martii notum factum est cardinale legato rogante Petrum Duodo electum esse, qui nuptiis Sigismundi III Vasa et Annae Austriacae adesset (BAV Urb. Lat. 1060 f. 164v, 201; Lechniak 18).*

ret. Et discesso Ser^mo^ duce cum sua comitiva senatorum Ill^mus^ D^nus^ legatus recta via per claustrum ivit ad ecclesiam S. Georgii, in qua audivit Missam lectam in altari maiore; librum Evangeliorum et instrumentum pacis ad osculandum dedit R^mus^ D^nus^ episcopus Torcellensis[61] *[s]*, V[e^c^]netus Venetiis demorans. Absoluta Missa ascendit superius ad suas cammeras et hora competenti pransus est cum aliquibus praelatis et nobilibus viris Venetis.

Consiliarii erant induti vestibus rubeis, senatores de Praecaio et aliqui alii, qui officium habent, vestibus violaceis, alii vestibus nigris cum amplis et magnis manicis.

Eadem die post prandium Ill^mus^ D^nus^ legatus fuit visitatus ab Illmo et R^mo^ D^no^ patriarcha Venetiarum[62], qui deposuit mozettam, quam supra mantellettum deferebat. Fuit etiam visitatus ab oratore[63] Ser^mi^ ducis Sabaudiae[64] et deinde a residente[65] pro rege Hispaniarum[66], ab episcopo Patavino[67] et aliis clarissimis Venetis.

Feria 5, die 12 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam, in qua librum Evangeliorum et instrumentum pacis osculandum dedit R^mus^ D^nus^ episcopus Patavinus. Post prandium visitatus fuit ab oratore[68] Ser^mi^ ducis Mantuae[69] hic Venetiis residente. Deinde d^nus^ legatus privatim cum veste camerali indutus ivit spatiatum per civitatem ductus in gondola seu phaselo.

A feria 6 diei 13 mensis martii 1592 usque ad feriam 3 diei 17 martii Ill^mus^ D^nus^ legatus in lecto cubavit dolore podagrae detentus, qui illum valde vexavit.

Feria 4, die 18 martii 1592. De mane hora 15[70] Ill^mus^ D^nus^ legatus indutus veste subtana rubea de lana, rochetto et mozetta, praecedente cruce a monasterio S. Georgii Maioris ductus in navigio cooperto dicto piatta, associatus a 20 senatoribus Reipublicae Venetiarum indutis vestibus longis cum amplis et magnis manicis, pellibus suffultis, de raso rubeo et damasceno rubeo, et sequutus a duobus similibus navigiis piattis nuncupatis^h^, in quibus senatores cum aliis vene-

---

[61] *Antonius Grimani, ob. 26 I 1628, epus Torcellanus a 26 X 1587, a 22 V 1618 coadiutor et a m. decembri a. 1622 patriarcha Aquileiensis (HC III 315, IV 90).*

[62] *Laurentius Priuli, ob. 26 I 1600, patriarcha Venetiarum a 7 I 1591, cardinalis a 5 VI 1596 (HC III 329, IV 4, 362).*

[63] *Prob. comes de Motta, orator Sabaudus Venetiis residens (BAV Urb. Lat. 1060, f. 443, 18 VII 1592).*

[64] *Carolus Emmanuel I.*

[65] *Franciscus de Vera y Aragon, orator Hispanorum Venetiis residens (BAV Urb. Lat. 1060 f. 373v, 476v, 13 VI, 1 VIII 1592; Cozzi 516 sqq.; Paruta 12).*

[66] *Philippus II de Habsburg.*

[67] *Aloisius Cornaro (Cornelius), ob. 31 X 1594, i.u.d., a 20 II 1589 coadiutor et a 4 X 1590 epus Patavinus; epus Paphiensis a 30 VI 1589 (in partibus infidelium), cum indulto habendi sedem in ecclesia Patavina (HC III 267, 269).*

[68] *Aurelius Pomponazzi, orator Mantuanus usque ad a. 1595 Venetiis residens (Luzio 40 ann. 3, 233; Quazza 142, 144; Torelli p. LXXVIII ann. 5; Volta 155).*

[69] *Vincentius I de Gonzaga, 1562–1612, dux Mantuae ab a. 1587.*

[70] *Secundum horologium integrum, i.e. ca horam 9.*

runt ad monasterium S. Georgii ad Ill^mum^ D^num^ legatum associandum, qui ivit ad visitandum et reddendam visitationem Ser^mo^ principi et duci Venetiarum, qui obviam venit Illmo D^no^ legato in fine scalarum superiorum palatii S. Marci, et factis debitis caerimoniis simul superius ascenderunt, stans a dextris Ill^mus^ D^nus^ legatus; et in aula Consilii Secreti[71] sederunt, videlicet Ill^mus^ D^nus^ legatus a dextris et Ser^mus^ princeps a sinistris, cum quibus sederunt in locis suis senatores Consilii Secreti soliti, caeteris omnibus exeuntibus, et ibidem per longum spatium temporis steterunt negotiantes, quae erant tractanda, et in eadem aula in loco deputato fuit relicta crux Ill^mi^ D^ni^ legati. Absoluto sermone Ill^mus^ D^nus^ legatus abiit, et fuit associatus a Ser^mo^ principe in discedendo in capite scalarum, ubi sunt duo gigantes marmorei[72], deinde a senatoribus, qui d^num^ legatum associarunt et conduxerunt, fuit associatus d^nus^ legatus, in piattis ductus, ad monasterium S. Georgii Maioris, suae habitationis, usque ad suas cammeras, et illis abeuntibus Ill^mus^ D^nus^ legatus illos honoravit et associavit extra suas cammeras, et remansit cum aliquibus praelatis Venetis, qui d^num^ legatum associarunt a dextris senatoribus incedentes. Demum Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam in cappella privata monasterii, in qua Missa librum Evangeliorum et instrumentum pacis osculanda tulit et dedit R^mus^ D^nus^ episcopus Torcelli.

Eadem die post prandium Ill^mus^ D^nus^ legatus discessit a monasterio S. Georgii Maioris, in quo his diebus elapsis stetit cum omnibus suis familiaribus expensis Ser^mae^ Reipublicae Venetiarum, et ivit domum Clar^mi^ D^ni^ Caroli Ruzini, sui amici[73], in qua incognite stetit et fuit hospitatus cum aliquibus paucis suis familiaribus, inter quos ego fui.

Feria 5, die 19 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam in ecclesia S. Mariae Gratiarum extra civitatem, quae ecclesia est in insula[74], in qua Fratres ordinis Carmelitani manent, et ivit incognite ductus in gondola.

Feria 6, die 20 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus incognitus in gondola ductus ivit ad ecclesiam S. Christophori, ubi manent Fratres Augustiniani, quae ecclesia est extra civitatem in insula[75], in qua dixit Missam lectam.

Sabato, die 21 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam in ecclesia supradicta S. Christophori, deinde rediit domum d^ni^ Caroli Ruzini et pransus

---

[71] *Aula Consilii Secreti (Sala del Collegio), in tertia contignatione palatii ducum Venetiarum sita, ubi legati diplomatorii civitatum exterarum recipiebantur.*

[72] *Sermo est de Martis et Neptuni statuis, quas fecit Iacobus Tatti dictus Sansovino (1486–1570), architectus et sculptor, qui Venetiis degit.*

[73] *Iam die 14 martii rumores afferebantur, tamquam card. Radziwiłł* habbia dato una badia in Polonia di 3 mila scudi al Clar^mo^ sig. Carlo Ruzzini, gentilhuomo venetiano, suo amicissimo *(BAV Urb. Lat. 1060 f. 164v).*

[74] *S. Maria Gratiarum, parva insula Santa Maria della Grazia seu della Cavana vulgo dicta, non procul a S. Georgio Maiore sita.*

[75] *S. Christophorus de Pace (San Cristoforo della Pace), parva insula non procul a pariter parva insula S. Michaelis (San Michele) sita. Saeculo XIX fossa, qua insulae illae separabantur, terra obruta est, ut campus coemeterio instituendo aptus fieret.*

est. Post prandium Ill^mus^ D^nus^ legatus in gondola ductus discessit Venetiis[76] et pervenit usque ad locum dictum Megeram[77], associatus ab aliquibus praelatis Venetis et aliis, deinde ascendit in lecticam et cruce praecedente, sequentibus et praeeuntibus suis familiaribus et d^no^ Carolo Ruzino, qui cum d^no^ legato voluit venire in Poloniam, ivit Tarvisum[78]. Et antequam ad civitatem Tarvisinam perveniret, in itinere obviam ei venit R^mus^ D^nus^ episcopus Tarvisinus de familia Corneliorum[79] absque mozetta cum mantelletto, in curru seu carozia ductus, associatus a multis nobilibus viris Tarvisinis in caroziis ductis; et invitatus a R^mo^ D^no^ episcopo hospitatus est in palatio episcopali cum omnibus de sua familia expensis R^mi^ D^ni^ episcopi, ubi etiam pernoctatum fuit, et lautissime nos tractavit et libenter vidit.

Dominica 6 Quadragesimae, quae Palmarum dicitur, die 22 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam in cappella privata palatii episcopalis et hora competenti pransus est, et similiter omnes de sua familia expensis R^mi^ D^ni^ episcopi Tarvisini, qui est de nobilissima et antiquissima familia Corneliorum. Post prandium fuit Ill^mus^ D^nus^ legatus a R^mo^ D^no^ episcopo Tarvisino et praetore civitatis[80] ac aliis nobilibus viris Tarvisinis cum caroziis associatus extra civitatem per duo milliaria in suo discessu, deinde in lectica vectus cruce praecedente ivit ad Coniglianum[81], in quo pernoctavimus.

Feria 2, die 23 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa, in lectica vectus, praecedente cruce discessit a Conigliano et ivit ad Saccilum[82], quo pervenit hora prandii, et ibidem permansit tota die et pernoctavit in nobili palatio et hospitio familiae Ragazonorum.

Feria 3, die 24 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa discessit a Saccilo in lectica vectus cruce praecedente, et ivit ad S. Vitum[83], et hospitatus est in domo d^ni^ Martii Malacredae, sui secretarii, expensis eiusdem cum tota sua familia, et ibidem pernoctatum fuit. In itinere fuit obviatus ab aliquibus viris S. Viti equitantibus, et in ingressu loci fuerunt pulsatae campanae et exoneratae aliquae bombardae alias mortalia appellata.

---

[76] *Venetiis proficiscens card. Georgius Radziwill in hac urbe reliquit unum comitum suorum, de quo in novitatibus ibidem die 18 aprilis datis scriptum est:* A un servidor del cardinal Razivil restato qua per affari del padrone in casa d'una meritricola è stato levato alcuni denari et dato di buone ferite *(BAV Urb. Lat. 1060 f. 251v).*

[77] *Marghera, tum portus Venetus in terra continenti situs.*

[78] *Tarvisium (Treviso), civitas.*

[79] *Franciscus Cornaro (Cornelius), ob. 15 IV 1598, epus Tarvisinus a 29 XI 1577, a. 1595 huic episcopatui renuntiavit, cardinalis a 5 VI 1596 (HC III 309, IV 4; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. LXIV ann. 25).*

[80] *Leonardus Mocenigo, a. 1592 Tarvisii praefectus (podestà di Treviso), qui die 23 III 1593 in senatu Veneto relationem suam recitavit (Podesteria p. LIV, 91–93).*

[81] *Conelianum (Conegliano), oppidum.*

[82] *Sacilum (Sacile), oppidum.*

[83] *S. Vitus (San Vito al Tagliamento), oppidulum.*

Feria 4 Maioris Hebdomadae Sanctae, die 25 martii 1592. In die festo Annuntiationis Beatae Mariae Virginis Ill^mus^ D^nus^ legatus indutus veste subtana rubea de lana, rochetto et mozetta, cruce praecedente, a domo Malacredorum, ubi hospitatus fuit in S. Vito, ivit ad ecclesiam principalem dicti loci S. Viti, in qua Missam lectam^g^ audivit, qua audita rediit domum et pransus est, et similiter omnes sui familiares expensis d^ni^ Martii Malacredae, sui secretarii. Post prandium indutus Ill^mus^ D^nus^ legatus habitu solito itineris, in lectica vectus cruce praecedente, discedens a S. Vito ivit ad Spilinbergum[84] et ibidem pernoctavit ac coenavit.

Feria 5, in Coena Domini, die 26 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus habitu rubeo de lana itineris audivit Missam lectam in ecclesia principali sub invocatione Beatae Mariae oppidi Spilimbergi, in qua Missa fuit communicatus de Corpore Christi per manus celebrantis. Et Missa audita ascendit in lecticam et cruce praecedente ivit ad Venzonum[85], in quo loco coenavit et pernoctavit.

Feria 6, in Parasceve Hebdomadae Sanctae, die 27 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus indutus habitu itineritio violaceo de lana, in lectica vectus, discedens a Venzono ivit ad Malburghettum[86] cum aliquibus ex suis familiaribus; reliqui vero, qui erant in caroziis seu curribus, remanserunt in Ponteba[87], in quo loco etiam ego remansi cum d^no^ secretario, et habuimus pessimum iter pro^i^ caroziis seu curribus. In hoc loco Pontebae, quae est chiusura, transacto quodam ponte statim introitur in provincia[m^j^] Carinthiae sub dominio Ser^morum^ D^norum^ archiducum Austriae.

Sabato Sancto, die 28 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus sine cruce praecedente, quia per loca haereticorum transiebat, in lectica vectus, discedens a Malburghetto ivit ad Villaccum[88], et nos, qui in curribus ducti sumus, remansimus ad Herlestanum[89] et summo mane ante diem Paschatis Resurectionis ivimus ad Villaccum, in quo oppido sunt omnes haeretici.

Dominica Paschae Resurectionis, die 29 martii 1592. Remansit in oppido Villacchi, quod est oppidum Lutheranum, sed nihilominus est in dicto oppido una parva ecclesia catholica, in qua manet unus frater tantum ordinis S. Francisci Conventualium[90], qui asseruit in Villaccho non esse aliquem hominem catholicum. De mane vero eodem die Paschatis Ill^mus^ D^nus^ legatus, indutus veste subtana rubea de serico, rochetto et mozetta, ivit ad dictam ecclesiam catholicam et ibidem dixit Missam lectam, et in Missa communicavit de Corpore Christi

---

[84] *Spilimbergum (Spilimbergo), oppidum.*

[85] *Ventionum (Venzone), pagus.*

[86] *Malborghettum (Malborghetto-Valbruna), pagus.*

[87] *Pontebba, oppidulum.*

[88] *Villacum (Villach), oppidum.*

[89] *Arnoldstein, pagus.*

[90] *In monasterio Villacensi, quod olim ad Franciscanos Conventuales pertinebat quodque iam saeculo XIII medio in fontibus commemoratum est, cardinalis legatus convenit fortasse eundem religiosum, quem mense septembri a. 1580 Germanicus Malaspina nuntius Graecium petens invenit:* al presente vi sta solamente un frate Ferrarese, il quale va senz'habito regolare et non fa frutto alcuno, *Rainer: Nuntiaturberichte 1 n. 6 p. 20.*

omnes nos suos familiares. Deinde absoluta Missa redivit ad hospitium et pransus est cum omnibus, qui sunt de sua mensa, inter quos sum ego.

Feria 2 Paschatis Resurectionis, die 30 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam in eadem ecclesia catholica Villacchi, et Missa audita redivit ad hospitium et pransi sumus. Post prandium, in lectica vectus sine cruce, eo quia transeundum est per loca haereticorum, ivit ad villam nuncupatam Feldtkirchen[91], quae distat a Villaccho per spatium trium leucarum, et ibidem coenavit et pernoctavimus. Inter Villacchum et dictam villam est unus lacus[92], et apud lacum in fine seu radice montis est unum monasterium[93], in quo sepultus est rex Borrislaus *[s]* Poloniae[94], qui occidit S. Stanislaum, episcopum Chacroviae[95] *[s]*; qui post penetratum homicidium et martyrizatum S. Stanislaum discessit a Regno Poloniae et ivit ad dictum monasterium, in quo servivit in servitio coquinae pro sua poenitentia per spatium 18 annorum, et in obitu suo manifestavit se esse regem Poloniae, interfectorem S. Stanislai, episcopi Cracoviensis, monacis[k] praedicti monasterii, et iam sunt anni 500, quod ibi sepultus est[96].

Feria 3 Paschatis Resurectionis, die 31 martii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus discessit a villa dicta Feldtkirchen et in lectica vectus ivit ad prandium ad oppidum dictum Sanfayt, Latine ad S. Vitum[97]; et post prandium ivit ad oppidum dictum Frisachum[198], in quo hospitatus fuit, cenavit et pernoctavimus.

Feria 4 Paschatis Resurectionis, die prima aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa in oppido Frisachi[l], quod est Ill^mi^ et R^mi^ D^ni^ archiepiscopi Salsburgensis[99], in lectica vectus ivit ad prandium ad oppidum nuncupatum Neimarch[100]. Deinde post prandium ivit ad oppidum nuncupatum Onsmarch[101], in quo hospitatus fuit, et cenavimus et pernoctavimus.

Feria 5 Paschae Resurectionis, die 2 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus in lectica vectus discessit ab Onsmarch et ivit ad prandium ad Judemburgum[102], et

---

[91] *Feldkirchen (Feldkirchen in Kärnten), villa.*

[92] *Lacus Ossiacensis (Ossiacher See).*

[93] *Abbatia Benedictinorum Ossiaci (Ossiach) condita.*

[94] *Boleslaus II Audax, ca 1042–1081, dux Poloniae ab a. 1058, diademate regio a. 1076 ornatus; post Stanislaum, epum Cracoviensem, occisum (11 IV 1079) Poloniam relinquere et in Hungariam confugere coactus est.*

[95] *S. Stanislaus, epus Cracoviensis.*

[96] *Quae de Boleslai regis expiatione et morte, quam in monasterio Ossiacensi obiit, conficta sunt, demum saeculi XVI parte posteriore latius divulgata sunt, cum Valentinus Kuczborski, Stanislai Hosii secretarius, declaravisset sepulcrum Boleslai ibi repertum esse (Banaszkiwicz 378 sqq.; Rokosz: Bolesław Śmiały 19 sqq.).*

[97] *S. Vitus (Sankt Veit an der Glan), oppidum.*

[98] *Frisacum (Friesach), oppidum.*

[99] *Lupus Theodoricus de Raitenau, 1559 – 16 I 1617, aepus Salisburgensis a 20 IV 1587, archiepiscopatum dimisit die 7 III 1612 (HC III 291; Jaitner: Die Hauptinstruktionen 22 ann. 2).*

[100] *Neumarkt in Styria (Neumarkt in Steiermark), oppidum.*

[101] *Unzmarkt, oppidum.*

[102] *Judenburg, oppidum.*

post prandium similiter in lectica vectus ivit ad oppidum nuncupatum Chinikinfelt[103], in quo coenavit et pernoctavit.

Feria 6 Paschae Resurectionis, die 3 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa lecta in oppido Chinikinfelt in provincia Stiriae in lectica vectus ivit ad prandium ad oppidum nuncupatum S. Michael[104], et post prandium similiter in lectica vectus ivit ad Bruch[105], ubi coenavit et pernoctavit.

Sabato in Albis, die 4 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus remansit in oppido Bruch.

Dominica in Albis, die 5 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa lecta pransus est, deinde discessit ab oppido Bruch et per flumen Mura[106] in navigio ductus ivit ad Gretium, ubi resedit archiducissa Maria, uxor felicis memoriae archiducis Caroli Austriaci, cum filiis et filiabus[107], inter quas est illa, quae erit regina Poloniae. Et in loco, in quo de navigio exivit, per duo milliaria distante a Gretio, invenit multos nobiles viros, qui d^no^ legato obviam venerunt de mandato Ser^mae^ archiducissae Mariae matris, inter quos erat R^mus^ D^nus^ episcopus Lubianae, locumtenens S.Cel^nis^[108], cum novem caroziis seu curribus et multis equis. Ill^mus^ D^nus^ legatus introivit in caroziam cum R^mo^ D^no^ episcopo Lubianae, et nos in aliis, et ingressus est in civitatem, et descendit ad palatium archiducale[109] et ascendit superius; quem in aula magna expectabat Ser^ma^ archiducissa cum sponsa regis Poloniae, eius filia[110], et aliis duabus eius filiabus et uno filio, puero; et factis debitis caerimoniis inter ipsos Ill^mus^ D^nus^ legatus ascendit superius ad suas cammeras, et similiter Ser^ma^ archiducissa cum filiis ad suas, et Ill^mus^ D^nus^ legatus fuit hospitatus cum omnibus de sua familia in dicto palatio

---

[103] *Knittelfeld, oppidum.*

[104] *S. Michael (Sankt Michael in Obersteiermark), oppidum.*

[105] *Pons ad Muram (Bruck an der Mur), oppidum.*

[106] *Mura (Mur), fluvius.*

[107] *Vivebant tum Caroli et Mariae archiducum filii et filiae hae: Anna (cf. N. 1 ann. 3); Maria Christina, 10 XI 1574 - 6 IV 1621, Sigismundi Báthory, principis Transilvaniae, uxor a 6 VIII 1595 ad a. 1599; Catharina Renata, 4 I 1576 - 29 VI 1595; Ferdinandus, tum in Bavaria commorans (cf. N. 4 ann. 19 et N. 28 p. 63-64); Georgia Maximiliana, 22 III 1581 - 20 IX 1597; Eleonora, 25 IX 1582 - 28 I 1620; Maximilianus Ernestus, 17 XI 1583 - 18 II 1616, ordinis Equitum Theutonicorum in Austria commendator; Margarita, 25 XII 1584 - 3 X 1611, Philippi III de Habsburg, regis Hispaniae, uxor a 18 IV 1599; Leopoldus, 9 X 1586 - 13 IX 1632, in coadiutorem Passaviensem die 14 XI 1597 et die 10 IX 1598 in coadiutorem Argentoratensem postulatus, administrator ecclesiae Passaviensis annis 1604-1625 simulque administrator ecclesiae Argentoratensis annis 1607-1625, comes Tirolis ab a. 1625; Constantia, 24 XII 1588 - 10 VII 1631, Sigismundi III Vasa uxor a 11 XII 1605; Maria Magdalena, 7 X 1589 - 1 XI 1631, Cosmae II de Medicis, magni ducis Etruriae, uxor a 19 X 1608; Carolus, 7 VIII 1590 - 28 XII 1624, epus Vratislaviensis a m. septembri a. 1608 simulque epus Brixinensis a 2 VI 1614, magnus ordinis Equitum Theutonicorum magister ab a. 1619.*

[108] *Ioannes Tautscher (Tavčar), ob. 24 VIII 1597, epus Labacensis a 20 V 1580, Austriae Interioris locumtenens annis 1585-1596 (HC III 217; Thiel 205).*

[109] *Palatium archiducale, Burg vulgo appellatum, annis 1438-1452 constructum et annis 1494-1500 amplificatum.*

[110] *Anna archiducissa.*

expensis Ser^mae^ archiducissae lautissime. In ingressu adfuerunt etiam milites de custodia Ser^mae^ archiducissae associantes.

Feria 2, die 6 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam cantatam privatim, stans in loco secreto superiori simul cum Ser^ma^ archiducissa matre, filio et duabus filiabus; deinde pransus est cum Ser^ma^ archiducissa et filio, et filiabus in cammeris Ser^mae^ archiducissae.

Feria 3, die 7 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit, ut heri mane, simul cum Ser^ma^ archiducissa et archiducissa Anna filia, futura uxore et regina Poloniae, Missam cantatam, stans in loco secreto supra in ecclesia contigua palatii archiducalis[111], et pransus est cum Ser^ma^ archiducissa matre.

Feria 4, die 8 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam, ut heri mane, simul cum Ser^ma^ archiducissa matre, et deinde pransus est in suis cammeris. Post prandium visitavit Ser^mam^ archiducissam et futuram reginam in habitu.

Feria 5, die 9 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus a suis cammeris cruce praecedente, indutus rochetto et mozetta, ivit ad cappellam privatam Ser^mae^ archiducissae[112], in qua dixit Missam lectam votivam de Beata Maria Virgine, et concessit de speciali mandato S.D^ni^ N. D^ni^ Clementis papae Octavi indulgentiam plenariam omnibus ibidem praesentibus et aliis dictam cappellam visitantibus in hodierno die[113]. Archiducissa mater, filii et filiae osculati sunt librum Evangeliorum et instrumentum pacis. Hora vero competenti Ill^mus^ D^nus^ legatus pransus est cum Ser^ma^ archiducissa matre, cum Ser^ma^ archiducissa Anna filia, futura regina Poloniae, ac aliis filiis masculis et faeminis.

Feria 6, die 10 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus dixit Missam lectam de mortuis pro anima felicis memoriae Ser^mi^ Caroli, archiducis Austriae, in una cappella privata palatii archiducalis, et interim etiam cantabatur alia Missa mortuorum pro anima eiusdem archiducis in eadem cappella; et adfuit in loco superiori dictae cappellae Ser^ma^ archiducissa, uxor felicis memoriae archiducis Caroli, cum filiis masculis et feminis. Post prandium hora 3 post meridiem Ill^mus^ D^nus^ legatus, indutus veste camerali cum mantello rubeo et galero rosaceo de serico armesino, in curru ivit ad quamdam ecclesiam sub invocatione Beatae Mariae, distantem a Gretio per unam parvam leucam[114], devotionis causa.

Sabato, die 11 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus indutus rochetto et mozetta rubea, praecedente cruce, ivit pedester processionaliter a cappella privata palatii archiducalis, simul cum Ser^ma^ archiducissa matre, tribus filiabus et filio, ad ecclesiam Beatae Mariae Virginis, quae est ecclesia comendataria ordinis Equitum

---

[111] *Ecclesia sub invocatione S. Aegidii annis 1438–1462 constructa et a Carolo II archiduce Iesuitis tradita (ab a. 1786 ecclesia cathedralis), in cuius presbyterio fuit porticus pro oratorio adhibita, quae mesaulo peculiari cum palatio archiducali coniunta fuit.*

[112] *Sermo est de capella aulica, quam Maria archiducissa magna cum arte constitui iussit in proiectura gothica in tertia contignatione palatii (Kohlbach: Die barocken Kirchen 221).*

[113] *Vide N. 16 p. 43 (n. 32).*

[114] *Procul dubio agitur de ecclesia loco Strassgang dicto sita, qui locus 6 km in meridiem a Graecio afuit, nunc autem intra hanc civitatem est. In altari magno statua Deiparae miraculosa est, anno 1519 sculpta, ad quam inde a saeculis peregrinatores veniunt.*

Theutonicorum[115], in qua audivit Missam lectam mortuorum et deinde Missam cantatam de Beata Maria Virgine. In processione fuerunt cantatae litaniae Beatae Mariae Virginis a cantoribus, et similiter in redeundo. Tres presbyteri parati iverunt immediate post crucem Ill^mi^ D^ni^ legati. In Missa cantata Ill^mus^ D^nus^ legatus osculatus est librum Evangeliorum et instrumentum pacis, et tulit R^mus^ D^nus^ episcopus Lubianae; et in fine Missae concessit centum dies de indulgentia in forma. In cappella privata palatii in redeundo sacerdos, qui cantavit Missam, cantavit indutus pluviali orationem de Beata Maria Virgine post cantatam „Salve Regina" etc. Deinde Ill^mus^ D^nus^ legatus rediit superius ad suas cammeras factis prius debitis caerimoniis cum Ser^ma^ archiducissa et filia eius, futura regina Poloniae, et aliis duabus filiabus, et hora competenti pransus est.

Dominica, die 12 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus dixit Missam lectam in ecclesia, quae est contigua palatii archiducalis; deinde simul cum Ser^ma^ archiducissa et tribus filiabus adfuit Missae cantatae, stans in loco remoto in medio ecclesiae superius, et hora competenti pransus est cum Ser^ma^ archiducissa et filiis masculis et feminis.

Feria 2, die 13 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus de mane in lectica vectus simul cum Ser^mo^ archiduce Massimiliano puero[116], secundo genito masculo Ser^mae^ archiducissae, associatus ab aliquibus nobilibus viris equitantibus et a duabus caroziis, ivit ad abbadiam seu monasterium Runense ordinis Cirstensiensis[117] *[s]* et ibidem expensis R^mi^ D^ni^ abbatis[118] pransus est cum tota comitiva. Et in medio itineris in una parva ecclesia supra unum montem posita, quae nostra lingua vocatur Via Angelorum[119], dixit Missam lectam de Cruce, eo quia in eadem ecclesia est unus crucifixus de radice a natura factus^m^, qui circiter annos 300 et 40 sub terra inventus fuit. Post prandium hora 3 redivit ad Gretium, id est Gratz.

Feria 3, die 14 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam, et hora competenti pransus est cum suis comensalibus, quorum unus sum ego semper comensalis.

Feria 4, die 15 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus dixit Missam lectam in ecclesia contigua palatio, deinde hora 10 ivit ad prandium in collegio Iesuitarum^n^[120],

---

[115] *Ecclesia Leechkirche dicta, a. 1233 ordini Equitum Theutonicorum tradita, saeculo XIII medio deleta et annis 1275–1293 refecta. Tympanum portalis ornatum est caelatura saeculo XIII exeunte confecta, in qua Deipara et Infans Iesu expressus est (Kohlbach: Die gotischen Kirchen 57 sqq.).*

[116] *Maximilianus Ernestus archidux.*

[117] *Abbatia Cisterciensium Runae (Rein, Reun), ad septentrionem occidentemque a Graecio sita, a. 1129 fundata (LThK VIII col. 1266 sq.).*

[118] *Georgius Freiseisen, ob. 15 VIII 1605, ex Carniola proveniens, abbas Runensis a 20 IV 1577, Caroli II archiducis consiliarius, vicelocumtenens et camerae Austriae Interioris annis 1598–1602 praeses (Thiel 208; Weis 16).*

[119] *Via Angelorum, mons Straßengel vulgo dictus.*

[120] *Documentum erectionis collegii Graecensis die 12 XI 1573 est editum (Duhr 163 sqq.).*

quod est prope dictam ecclesiam, in qua sacerdotes Societatis Iesu celebrant, et pransus est cum sacerdotibus Societatis Iesu primoribus.

Feria 5, die 16 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus in loco secreto in ecclesia accomodato pro Ser^mis^ principibus audivit Missam cantatam de Sanctissimo Sacramento, indutus rochetto et mozetta, et hora competenti pransus est. Post prandium visitavit Ser^mam^ archiducissam matrem aegrotantem.

Feria 6, die 17 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus incepit laborare podagra et in lecto iacere.

Sabato, die 18 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus non surrexit de lecto pro dolore podagrae.

Dominica, die 19 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus surrexit de lecto, et claudicans descendit ad locum privatum in ecclesia et audivit Missam cantatam, et hora competenti pransus est. Post prandium ivit ad visitandam Ser^mam^ archiducissam aegrotantem et in lecto iacentem.

Feria 2, die 20 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam in habitu rubeo itineris, et post Missam visitavit Ser^mam^ archiducissam Mariam matrem et filias ac filios Ser^mos^ ibidem stantes, et deinde pransus est. Post prandium hora 2 post meridiem in lectica vectus ivit ad oppidum dictum Fraunteiten[121], in quo expensis Ser^mae^ archiducissae cenavit ac pernoctavit simul cum suis familiaribus.

Feria 3, die 21 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa in lectica vectus ivit ad Bruch, quo pervenit hora 12, et pransus est, et ibidem pernoctavimus. In itinere pluvia nos associavit.

Feria 4, die 22 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa lecta discessit ab oppido Bruch in lectica vectus, et pransus est in loco nuncupato Kimberch[122], et postea in lectica vectus ivit ad oppidum dictum Mierzuesolog[123], in quo cenavimus et pernoctavimus; et istud oppidum distat a Bruch per spatium sex leucarum. In itinere habuimus pluviam.

Feria 5, die 23 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus equester discessit ab oppido Mierzuesolog et audivit Missam in quadam ecclesia Beatae Mariae Virginis, quae in itinere in una parva villa[124] est; qua audita ivit ad oppidum Sottovien[125] in provincia Austriae, quo pervenit hora 10, et ibidem per totam diem permansit, et cenavimus et pernoctavimus. Iter fuit fastidiosum et saxosum, quia semper per montem asperum equitatum fuit et caroziae tardius pervenerunt; et locus iste est chiusa sive clausura montium Carinthiae et Stiriae provinciarum.

Feria 6, die 24 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam et pransus est in loco supradicto Sottovien, et post prandium in lectica vectus ivit

---

[121] *Frohnleiten, oppidum ad Muram flumen septentrionem versus a Graecio situm.*

[122] *Kindberg, pagus.*

[123] *Mürzzuschlag, oppidum.*

[124] *Villa Maria Schutz am Semmering vocata. Cum conarer diiudicare, quod nomen huius loci fuisset et aedificia quaedam intra Vindobonam quibus locis sita fuissent, a Valthero Leitsch, professore doctissimo, adiutus sum, cui ex imo corde gratias ago maximas.*

[125] *Schottwien, oppidulum.*

ad Naistot[126], quod oppidum distat a loco, quo discessit, per quatuor leucas.

Sabato, die 25 aprilis 1592. In die festo S. Marci Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa discessit a Naistot in curru ductus et ivit ad prandium ad Draskerken[127], et post prandium similiter in curru ductus ivit Viennam. Et in itinere obviam illi venit per mediam leucam extra civitatem Ser^mus^ D^nus^ archidux Ernestus ab Austria, frater et locumtenens Caes.M^tis^, equitans, associatus a multis nobilibus viris et suis familiaribus equitantibus; qui cum primum fuit vicinus Illmo D^no^ legato, descendit de equo et Ill^mus^ D^nus^ legatus de curru, et ad invicem se adaerentes fecerunt debitas et solitas caerimonias et reverentias. Demum in uno curru Ser^mi^ D^ni^ archiducis Ernesti, qui currus sequebatur equitantes data opera pro isto effectu, et d^nus^ legatus ignorabat hanc occursationem Ser^mi^ archiducis et non erat in habitu, ut potuisset Viennam ingredi cum aliqua solemnitate, ambo simul in curru ducti ingressi sunt, praecedentes nobiles viri equitantes et post currum, in quo erant Ill^mus^ D^nus^ legatus et Ser^mus^ archidux, sequebantur alii currus, et hora 5 post meridiem ingressi sunt Viennam; et Ill^mus^ D^nus^ legatus descendit ad palatium[128] contiguum palatio imperiali[129], et fuit associatus usque ad suas cammeras a Ser^mo^ archiduce Ernesto a sinistris Ill^mi^ D^ni^ legati eunte. In discedendo Ill^mus^ D^nus^ legatus associavit Ser^mum^ archiducem usque ad scalas palatii, quia conatus fuit ibidem remanere ortatu et conatu dicti Ser^mi^ archiducis; et Ill^mus^ D^nus^ legatus semper retinuit manum dexteram, tam in domo quam extra domum, ob dignitatem et convenientiam ut cardinalis et praeeminentiam legationis. Fuit hospitatus Ill^mus^ D^nus^ legatus cum suis familiaribus in dicto palatio expensis Ser^mi^ archiducis Ernesti.

Dominica, die 26 aprilis 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus indutus rochetto et mozetta praecedente cruce ivit pedester a suo hospitio ad palatium residentiae Ser^mi^ archiducis Ernesti, quod palatium est imperatoris in eadem platea[130], in qua est palatium, in quo residet Ill^mus^ D^nus^ legatus; et ambo simul per dictum palatium imperiale iverunt ad ecclesiam S. Augustini[131], in qua sunt Fratres eiusdem ordinis S. Augustini; et in loco privato superiori in medio ecclesiae stantes audiverunt concionem in lingua Germanica; et post Missam cantatam deinde, hora competenti, Ill^mus^ D^nus^ legatus invitatus a Ser^mo^ archiduce cum ipso ad prandium remansit et ambo sederunt sub baldachino a dexteris stans Ill^mus^ D^nus^ legatus.

---

[126] *Nova Civitas Austriae (Wiener Neustadt).*

[127] *Traiskirchen, villa.*

[128] *Card. Georgius Radziwiłł, cum Vindobonae esset, in palatio Amalienburg dicto, quod nunc pars Hofburgi est, illo autem tempore aedificabatur (1575–1611), et non in palatio Stallburg vocato, annis 1559–1569 exstructo, habitavisse videtur.*

[129] *Palatium imperiale (Burg), postea Schweizerhof appellatum.*

[130] *Platea In der Burg dicta.*

[131] *Ecclesia sub invocatione S. Augustini, saeculo XIV aedificata, tum ecclesia aulica parochialis fuit.*

Feria 2, die 27 aprilis 1592. Ill^mus D^nus legatus audivit Missam lectam in ecclesia S. Francisci[132], deinde hora competenti pransus est publice de more. Post prandium hora secunda ivit ad visitandum Ser^mum archiducem Ernestum, cruce praecedente, et postea Ill^mus D^nus legatus habitu cammerali indutus ivit cum Ser^mo archiduce Ernesto ad silvam seu barcum[133], ubi cenavit cum S.Cel^ne Ser^ma, et post cenam in curru, uti iverunt, redierunt Viennam.

Feria 3, die 28 aprilis 1592. Ill^mus D^nus legatus audivit Missam in ecclesia Societatis Iesu[134], ad quam in curru ductus ivit, deinde hora competenti de more pransus est. Post prandium hora 2 Ser^mus princeps archidux Ernestus visitavit Ill^mum D^num legatum, qui illi obviam ivit usque ad principium et caput scalarum, et in eodem loco, quando discessit, illum associavit, et Ill^mus D^nus legatus semper manum dexteram retinuit modeste et cum debitis caerimoniis.

Feria 4, die 29 aprilis 1592. Ill^mus D^nus legatus de mane in curru ductus ivit ad ecclesiam cathedralem Viennae, quae est sub invocatione et titulo S. Stephani prothomartiris[135], in ingressu cuius ecclesiae R^mus D^nus episcopus Viennae[136] dedit ei aspersorium cum aqua benedicta; et ibidem audivit Missam lectam, osculatus est librum Evangeliorum et instrumentum pacis de more, et ego tuli, quia alius non erat. Audita Missa vidit reliquias dictae ecclesiae, inter quas vidit aliqua corpora SS. Innocentium cum brachiis et capitibus, et ensem et ferrum lanceae S. Georgii, et plurimas alias reliquias pulcherrimas; deinde rediit domum et invitavit secum ad prandium R^mum D^num episcopum Viennae. Post prandium hora 2 ivit ad hortos caesarianos, pulcherrimos et amoenos; demum ivit ad castellum ibi vicinum nuncupatum Erbester[137], quod est Caes.M^tis, et ibi cenavit, et post cenam rediit Viennam per nemus, in quo plurimi cervi erant pascentes, in curru ductus, ut ivit. Hodie mane visitavit Ill^mum D^num legatum Ill^mus D^nus Gregorius *[s]* Ludovicus comes Littimberg[138], et in lingua Germanica dictus lantgraf.

Feria 5, die 30 aprilis 1592. Ill^mus D^nus legatus in curru ductus ivit ad audiendam Missam lectam in ecclesia monialium S. Clarae[139], constructa a feli-

---

[132] *Ut suspicari licet, ecclesia gothica ad plateam Franciscanorum (Franziskanerplatz) sita, ubi annis 1603–1614 hodierna Franciscanorum ecclesia est exstructa.*

[133] *I.e. parcum (Ital. barco = parco).*

[134] *Ecclesia sub invocatione Novem chororum angelicorum (Kirche am Hof), aedificata a Carmelitis annis 1386–1403, a. 1553 Iesuitis tradita, post incendium saeculo XVII ineunte arte, quae baroca dicitur, refecta.*

[135] *Ecclesia cathedralis S. Stephano protomartyri dicata, cuius partes quaedam (frontispicium occidentale) arte Romanica inferiore saeculo XIII exstructae sunt, ampliatio autem gothica saeculo XVI terminata est.*

[136] *Ioannes Caspar Neubeck de Freiburg, ob. 28 VIII 1594, epus Vindobonensis a 4 II 1575 (HC III 333, IV 368).*

[137] *Ebersdorf, residentia aestiva imperatorum ad meridiem orientemque a Vindobona sita.*

[138] *Georgius Ludovicus, landgravius in Leuchtenberg.*

[139] *Nunc ecclesia evangelica Dorotheerkirche dicta, tum sub invocatione S. Mariae Reginae Angelorum.*

cis memoriae regina Franciae de Ser^ma familia Austriaca[140], deinde transiens per palatium imperiale, hortos, palatium et alia, et hora competenti pransus est. Post prandium indutus habitu cammerali ivit spatiatum extra civitatem Viennae, in curru ductus usque ad barcum.

Feria 6, die prima mensis maii 1592. In die festo SS. Iacobi et Philippi apostolorum Ill^mus D^nus legatus dixit Missam lectam in ecclesia Societatis Iesu, in loco superiori. Absoluta Missa rediit domum et hora competenti pransus est cum Ecc^mo D^no marescallo Lituaniae, fratre suo germano[141], qui secrete et privatim Viennam venit. Post prandium hora 5 ingressa est Viennam Ser^ma D^na Anna, archiducissa Austriae, sponsa Ser^mi regis Poloniae, in curru aurato, cooperto de velluto nigro et intus ornato tela aurea, a sex equis albis ducto; et a sinistris sponsae erat tantum Ser^ma archiducissa Maria mater, et ante currum Ser^mae sponsae praeibant equitantes Ser^mi archiduces Ernestus et Matthias Austriaci fratres, et a multis nobilibus viris equitantibus associati ipsos praecedentes *[ss]*, et post currum sponsae sequebantur alii currus cum nobilibus mulieribus intus ductis.

Sabato, die 2 maii 1592. Ill^mus D^nus legatus audivit Missam lectam in ecclesia S. Mariae Scotorum[142], deinde ivit ad visitandum Ser^mam archiducissam Mariam matrem et Ser^mam archiducissam Annam sponsam, filiam, et deinde in eodem palatio visitavit Ser^mum archiducem Ernestum, postea rediit domum et hora competenti pransus est. Eadem die post prandium ingressi sunt Viennam solemniter, more Polonorum, in curribus seu caroziis duo oratores Ser^mi regis Poloniae missi pro solemnitate^o nuptiarum et ad associandam Ser^mam sponsam per totum iter usque ad Regnum Poloniae. Oratores fuerunt Ill^mus et R^mus D^nus Hieronimus comes a Rozdrazon[143] *[s]*, episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae alias Cuiaviensis, et Ecc^mus D^nus Albertus Radzivil, dux Olicae et Hiefurest[144] *[s]* ac marescialcus maior in Ducatu Lituaniae. Currus fuerunt in totum cum illis curribus, qui associarunt oratores, 55, et equi ad manus ducti, qui praeibant currus^p, fuerunt 31, et adfuerunt etiam multi equites in habitibus Polonicis induti.

Dominica, die 3 maii 1592. Ill^mus D^nus legatus simul cum Ser^mis archiducibus Ernesto et Matthia Austriacis^q ac Ser^mis archiducissis Maria matre et Anna filia Austriacis^q interfuit concioni in lingua Germanica dictae^r et deinde Missae cantatae, qui omnes steterunt in loco superiori privatim clauso in medio ecclesiae constructo. Post Missam redierunt omnes simul ad cameras Ser^mae archiducissae Annae sponsae et hora competenti pransi sunt. Ill^mus D^nus legatus sedit a dextris archiducissae matris et Ser^ma sponsa, filia, a sinistris, et omnes sub baldachino

---

[140] *Elisabeth (Isabella) Austriaca, 5 VI 1554 - 22 I 1592, Maximiliani II imperatoris filia, Caroli IX, regis Galliae, uxor a 26 XI 1570.*

[141] *Albertus Radziwiłł.*

[142] *Ecclesia S. Mariae Scotorum (Schottenkirche), exstructa saec. XIV–XV loco, quo olim ecclesia Romanica fuit, postea autem arte, quae baroca dicitur, immutata.*

[143] *Rozdrażew.*

[144] *Nesvisium (Nieśwież), oppidum in palatinatu olim Novogrodensi, sedes gentis Radivillianae.*

fuerunt. Post prandium Ill^mus^ D^nus^ legatus rediit domum suae habitationis, et circa horam quintam R^mus^ D^nus^ episcopus Cuiaviensis, orator regis Poloniae, visitavit Ill^mum^ D^num^ legatum, qui obviam ivit R^mo^ D^no^ episcopo oratori usque ad portam aulae, et in discedendo illum associavit usque ad principium et caput scalarum, sed semper Ill^mus^ D^nus^ legatus retinuit pro se manum dexteram.

Feria 2, die 4 maii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam in ecclesia S. Crucis, in qua demorant Fratres Conventuales S. Francisci[145], et hora competenti pransus est simul cum Ecc^mo^ D^no^ Alberto, maiore maresciallo in Lituania, oratore Ser^mi^ regis Poloniae, suo fratre germano, et cum aliis quibusdam nobilibus viris. Post prandium Ser^mus^ D^nus^ archidux Matthias ab Austria visitavit Ill^mum^ D^num^ legatum, qui obviam illi ivit usque ad caput scalarum et ibidem in discedendo associavit, et Ill^mus^ D^nus^ legatus semper a dexteris ivit, sed cum modestia manum dexteram retinuit.

Feria 3, die 5 maii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam in ecclesia monialium S. Clarae, et post Missam vidit aliquas reliquias, inter quas vidit de ligno Sanctissimae Crucis ornato in una cruce aurea gemmis et margaritis laborata et ornata valoris 40 millium aureorum. Post prandium hora 4 adfuit vesperis cantatis pontificaliter a R^mo^ D^no^ episcopo Viennae in ecclesia S. Augustini; et Ill^mus^ D^nus^ cardinalis fuit cum cappa rubea de camellotto, sedens sub baldachino in sede accomodata super solio unius palmi a cornu Evangelii. Et etiam adfuerunt duo oratores Ser^mi^ regis Poloniae et Ser^ma^ archiducissa Anna sponsa sub baldachino sedentes sine aliquo solio a cornu epistolae; deinde sub ipsis sedebant Ser^ma^ archiducissa Maria mater, Ser^mi^ archiduces Ernestus et Matthias, lantgravius ex principibus Imperii[146] et eius uxor lantgravia[147]. In vesperis Ill^mus^ D^nus^ legatus benedixit incensum pro thurificando altari ad Magnificat, quo thurificato fuit Ill^mus^ D^nus^ legatus thurificatus ab uno ex sex praesbiteris[l] assistentibus episcopi pluviali induto. Post d^num^ legatum fuerunt thurificati d^ni^ oratores Ser^mi^ regis Poloniae, Ser^ma^ sponsa ac ceteri Ser^mi^ principes, lantgravius et uxor eius. In fine vesperarum Ill^mus^ D^nus^ legatus dedit benedictionem solemnem „Sit nomen Domini" etc.[148], crucem ante se habens capite detecto. Absolutis vesperis R^mus^ D^nus^ episcopus Viennae pontificaliter indutus cum mitra habuit orationem in medio altaris sedens, vertens renes altari, de sacramento matrimonii Latina lingua, ut magis actus matrimonii inter Ser^mum^ Sigismundum, regem Poloniae, et Ser^mam^ Annam, archiducissam Austriae, solemnizaretur. Absoluta oratione R^mus^ D^nus^ episcopus rediit ad sedendum in loco suo, et Ill^mus^ D^nus^ legatus in loco suo apud sedem suam deposita cappa accepit crucem pectoralem, quam semper defert, stolam supra rochettum, pluviale album et mitram praeciosam, et accedens ad altare sedit in medio vertens renes altari; et tunc Ecc^mus^ D^nus^

---

[145] *Ecclesia Minoritenkirche dicta, aedificata saeculo XIV loco, quo olim ecclesia arte Romanica inferiore exstructa fuit, postea immutata.*

[146] *Georgius Ludovicus, landgravius in Leuchtenberg.*

[147] *Maria Salomea de domo marchionum Badenianorum.*

[148] *Cf. N. 49 ann. 5.*

Albertus Radzivilius, dux Olicae etc., orator et procurator Ser^mi regis Poloniae, accedens apud Ill^mum D^num legatum dedit motum proprium Sanctissimi super dispensatione matrimonii[149] et mandatum regium spetiale[150] in personam ipsius d^ni Alberti Radzivlii pro celebratione matrimonii inter M^tem S.R. et Ser^mam archiducissam Annam Austriacam in manibus secretarii regii[151], qui deinde illa tradidit Illmo D^no legato, qui vidit et legit et postea reddidit^s dicto secretario regio, ut illa legeret, et dictus secretarius stans a cornu Evangelii apud altare alta voce legit; quibus lectis Ecc^mus D^nus Albertus, dux Olicae etc., orator et procurator specialis ad hunc actum nomine Ser^mi D^ni Sigismundi, regis Poloniae etc., et Ser^ma D^na Anna, archiducissa Austriae, accesserunt apud altare ante Ill^mum D^num legatum, tunc stantem cum mitra, associati^t a R^mo D^no episcopo Cuiaviensi, altero oratore, a Ser^ma archiducissa Maria matre et Ser^mis archiducibus Ernesto et Matthia; et Ill^mus D^nus legatus contraxit inter ambos matrimonium per verba de praesenti, ut consuetum est secundum morem S.R.E. Catholicae in provincia Austriaca. Deinde fuit cantatus hymnus „Te Deum" etc. praeintonato ab Illmo D^no legato sine mitra; hymno cantato Ill^mus D^nus legatus cantavit orationem de Spiritu Sancto. Interim procurator regius sponsus et Ser^ma sponsa in locis suis genuflexi stabant; cantata oratione Ill^mus D^nus legatus apud sedem in solio deposuit paramenta et accepit cappam rubeam, quam extra ecclesiam deposuit, et accepit mozettam, et associavit sponsum et sponsam, qui hoc ordine, ut est de more in curia caesarea, iverunt, videlicet sponsus medius inter Ill^mum D^num legatum et R^mum D^num episcopum Vlasdivasiensem *[s]* et Pomeraniae alias Cuiaviensem, oratorem, in primo loco, deinde Ser^ma sponsa inter Ser^mos D^nos archiduces Ernestum et Matthiam, deinde Ser^ma archiducissa Maria mater et Ecc^ma D^na lantgravia.

Hora competenti in palatio imperiali residentiae ipsorum fuit cenatum in aula prima magna, et post cenam fuit saltatum et ductae choreae. In mensa sederunt: in capite mensae sub baldachino positae sponsus a dextris et sponsa a sinistris, ut de more in curia caesarea, post sponsum et sic a dexteris eius Ill^mus D^nus legatus, post d^num legatum R^mus D^nus episcopus Cuiaviensis, orator, a sinistris sponsae et sic post ipsam Ser^ma archiducissa mater, et post ipsam matrem Ser^mus D^nus archidux Ernestus, deinde Ecc^ma D^na lantgravia et Ser^mus D^nus archidux Matthias, et Ecc^mus D^nus lantgravius sedit^l post R^mum D^num episcopum Cuiaviensem, oratorem.

---

[149] *Litterae Clementis VIII motu proprio confectae repertae non sunt, sed asservata est dispensatio Innocentii IX Sigismundo III regi et Annae archiducissae die 30 XI 1591 data, vide A. 1.*

[150] *Die 15 II 1592 datum, cf. N. 19 ann. 15.*

[151] *Fortassis Stanislaus Fogelweder, 1525 - 10 I 1603, medicinae et philosophiae doctor, secretarius regius ab a. 1564, canonicus Plocensis, deinde Vilnensis et archidiaconus Varsaviensis annis 1572–1600, Annae Iagellonicae secretarius ab a. 1573, eius nomine in Hispania annis 1576–1586 agens, canonicus Cracoviensis ab a. 1587, Annae Austriacae reginae cancellarius ab a. 1592, Canonicorum Regularium Custodum Sanctissimi Sepulchri Hierosolymitani Miechoviae praepositus ab a. 1600 (Kurdybacha; idem, PSB VII 44–46; Nowacki II 303; Schweizer: Nuntiaturberichte p. CXXVIII ann. 10, p. CXXX ann. 4).*

Feria 4, die 6 maii 1592. Ill^mus D^nus legatus audivit Missam lectam in ecclesia S. Crucis, deinde rediit domum et hora 10 equester in mula pontificali indutus cappa rubea de camelotto et galero rubeo pontificali, cruce praecedente et ante crucem praecedentibus valisario, in primo loco, cum valisia pontificali rubea et familiaribus[u] et mazzerio cum mazza equitantibus, ivit ad visitandam Ser^mam reginam Poloniae, a qua publicam audientiam habuit, et illam nomine summi pontificis visitavit et dedit illi breve S.D^ni N.[152], deinde redivit ad palatium suae habitationis pontificaliter equitans, ut ivit. Post prandium visitavit oratores regis Poloniae.

Feria 5, die 7 maii 1592. In die festo Ascensionis D^ni N. Iesu Christi Ill^mus D^nus legatus dixit Missam lectam in ecclesia Societatis Iesu, deinde rediit domum et pransus est. Post prandium induit se vestibus rubeis itineris et ivit ad Ser^mam reginam, et hora 12 simul cum Ser^ma regina, Ser^ma archiducissa matre et Ser^mis archiducibus Ernesto et Matthia discessit Vienna profecturus Cracoviam. Ser^ma regina et Ser^ma archiducissa mater et Ecc^ma lantgravia iverun[t^c] in curru de velluto rubeo ornato, et suae matronae et mulieres in aliis curribus; Ill^mus D^nus legatus equester ante currum Ser^mae reginae cruce praecedente, duo oratores Ser^mi regis Poloniae et Ecc^mus D^nus lantgravius equitantes, duo Ser^mi archiduces Ernestus et Matthias Austriaci hincinde apud currum Ser^mae reginae equitan[t^c]es usque ad flumen Danubii *[ss]*. Transacto[v] flumine a Ser^mis supradictis per triremes et ab aliis per pontem Ill^mus D^nus legatus ascendit in suum currum et itum fuit ad oppidum dictum Wulkersdorf[153], distans a civitate Viennae per tres leucas, et omnes in dicto loco hospitati sunt et pernoctaverunt. In hac societate fuerunt circa mille equi et plures homines.

Feria 6, die 8 maii 1592. Ill^mus D^nus legatus audivit Missam lectam in ecclesia oppidi Wulkersdorf, deinde pransus est simul cum Ser^ma regina, Ser^ma eius matre, Ser^mis archiducibus Ernesto et Matthia ac Ecc^mo D^no Alberto Radzivilio, oratore laico. Post prandium discesserunt omnes in curribus ducti et iverunt ad oppidum dictum Mistelbach[154], in quo pernoctatum fuit; et fuerunt factae tres leucae de itinere.

Sabato, die 9 maii 1592. Ill^mus D^nus legatus discessit a Mistelbach associans Ser^mam reginam, quae simul cum Ser^ma eius matre ibat in curru vecta post currum Ill^mi D^ni legati; et post currum Ser^mae reginae ibat lantgraffius, orator imperatoris pro interventu nuptiarum[w], in suo curru ductus. Ser^mi vero archiduces Ernestus et Matthias associarunt Ser^mam reginam per dimidiam leucam ante, deinde reversi sunt Viennam; et fuit etiam associata Ser^ma regina ab equitibus deputatis. Et itum fuit ad oppidum Naidolf[155], in quo omnes pransi sunt et Ill^mus D^nus legatus cum Ser^ma regina pransus est. Post prandium vero in curribus supradictis vecti omnes

---

[152] *Vide N. 7.*

[153] *Wolkersdorf, oppidum.*

[154] *Mistelbach, oppidum ad Zaya fluvium situm.*

[155] *Neudorf, oppidum prope Staatz situm.*

iverunt ad oppidum dictum Auspicz, Latine Auspicium[156], in provincia Moraviae, in quo cenatum et pernoctatum fuit. In ingressu provinciae Moraviae equites Austriaci regredierunt et subintrarunt ad associandam Ser^{mam} reginam equites provinciae Moraviae, et in itinere obviam venit Ser^{mae} reginae R^{mus} D^{nus} episcopus Olmutiensis seu Marcomannorum[157].

Dominica, die 10 maii 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam, in qua Missa etiam interfuerunt Ser^{ma} regina, Ser^{ma} archiducissa mater, lantgravius, orator imperatoris, id est Ecc^{mus} D^{nus} Gregorius *[s]* Ludovicus comes Lictimberg, et Ill^{mus} et R^{mus} D^{nus} episcopus Cuiaviensis, orator regis Poloniae, et Ecc^{ma} D^{na} uxor lantgravii. Ill^{mus} D^{nus} legatus cum duobus oratoribus erat et stabat a cornu Evangelii; Ser^{ma} regina cum Ser^{ma} eius matre et Ecc^{ma} D^{na} lantgraffia a cornu epistolae stabant. Ill^{mus} D^{nus} legatus osculatus est librum Evangeliorum et instrumentum pacis eodem tempore, quo Ser^{ma} regina, et fuerunt portati duo libri Evangeliorum, id est duo libri missales, et duo instrumenta pacis. Ego dedi osculanda Illmo D^{no} legato et duobus oratoribus pacem, et eleemosinarius, id est^{g} primus cappellanus Ser^{mae} archiducissae matris, dedit Ser^{mae} reginae, Ser^{mae} matri^{x} et lantgraviae, prout de more Germanico. Absoluta Missa omnes in suis curribus vecti abierunt et discedentes ab Auspicz iverunt ad prandium in oppido dicto Austerliz, sed lingua Moravia Slawkow[158]. Post prandium discesserunt in curribus ducti et iverunt ad oppidum dictum Viscoviam[159], quod est R^{mi} D^{ni} episcopi Olmutiensis, in quo cenatum et pernoctatum fuit. Ill^{mus} D^{nus} legatus pransus est cum Ser^{ma} regina et simul cum aliis eius comensalibus, videlicet cum Ser^{ma} matre, oratoribus imperatoris et regis Poloniae, et lantgravia.

Feria 2, die 11 maii 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in oppido Voscoviae *[s]*, deinde in curru ductus associavit Ser^{mam} reginam, prout ei pontifex mandavit, et pervenit ad locum dictum Prosciow[160], in quo cum Ser^{ma} regina pransus est. Post prandium in curru ductus Ill^{mus} D^{nus} legatus et alii, qui Ser^{mam} reginam comitantur, iverunt ad civitatem Olmutii, in qua cenatum et pernoctatum fuit. Ill^{mus} D^{nus} legatus immediate cum suo curru vadit ante currum Ser^{mae} reginae. Hodie in itinere habuimus pluviam, ventum et magnum frigus.

Feria 3, die 12 maii 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in ecclesia cathedrali Olmutii[161]; et in porta ecclesiae osculatus est crucem, aspersit se et alios de aqua benedicta, et fuit ter thurificatus a R^{mo} D^{no} episcopo Olmutii, quia ita ipse voluit recipere Ill^{mum} D^{num} legatum in sua ecclesia pro dignitate Sanctae Sedis Apostolicae, et fuit cantatus hymnus „Te Deum" etc., et deinde cantati versiculi et orationes^{y}, ut in libro pontificali dicitur sub rubrica „De re-

---

[156] *Auspicium (Hustopeče, Auspitz), oppidum.*

[157] *Stanislaus Pawłowski.*

[158] *Slaucovia (Slavkov u Brna, Austerlitz), oppidum.*

[159] *Viscovia (Vyškov, Wischau), oppidum ad Haná fluvium situm.*

[160] *Prostějov (Prossnitz), oppidum ad Valová fluvium situm.*

[161] *Ecclesia cathedralis saeculo XII fundata et S. Venceslao dicata, saeculis XIV et XIX refecta.*

ceptione legati" etc.[162], a decano dictae ecclesiae cathedralis[163] pluviali induto. Deinde Ill^mus^ D^nus^ legatus rochetto et mozetta indutus, ante se crucem habens, detecto capite dedit solemnem benedictionem „Sit nomen Domini" etc. Deinde audivit Missam lectam, et librum Evangeliorum et instrumentum pacis osculandum tulit et dedit R^mus^ D^nus^ episcopus Olmutiensis, quamvis sit ordinarius loci, quia pro reverentia voluit hoc facere. Absoluta Missa Ill^mus^ D^nus^ legatus rediit ad palatium episcopale, in quo hospitatus fuit cum aliquibus suis familiaribus, inter quos ego fui, expensis R^mi^ D^ni^ episcopi. Sed d^nus^ legatus ivit ad prandium cum Ser^ma^ regina. Post prandium Ill^mus^ D^nus^ legatus associavit Ser^mam^ reginam ad ecclesiam cathedralem, cum qua etiam erat Ser^ma^ eius mater et alii soliti, et viderunt reliquias ecclesiae, inter quas est unum indusium integrum Beatae Mariae Virginis.

Feria 4, die 13 maii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa in habitu rubeo itineritio ivit ad prandium cum Ser^ma^ regina, et post prandium in suum currum ascendit, et similiter Ser^ma^ regina et Ser^ma^ eius mater ascenderunt in currum et caeteri alii, et discesserunt a civitate Olmutii et iverunt ad oppidum dictum Lipinich[164], in quo cenatum et pernoctatum fuit.

Feria 5, die 14 maii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus, Ser^ma^ regina, Ser^ma^ archiducissa mater et ceteri omnes comitantes audita Missa discesserunt in curribus ducti et equitantes ab oppido dicto Lipinich et iverunt pransuri ad oppidum dictum Graniz[165]. Post prandium iverunt ad oppidum dictum Icin[166], in quo cenatum et pernoctatum fuit. Ill^mus^ D^nus^ legatus hodie mane pransus est cum Ser^ma^ regina.

Feria 6, die 15 maii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa ivit ad hospitium Ser^mae^ reginae et Ser^mae^ eius matris, et in curribus ducti discesserunt ab oppido Icin, quod est oppidum francum, id est non habens dominum particularem, et iverunt ad prandium ad oppidum dictum Staravies[167]; et post prandium discesserunt et iverunt ad oppidum nuncupatum Ostravan[168] *[s]*, quod est oppidum R^mi^ D^ni^ Stanislai Pavloschi, episcopi Olmutiensis, in quo cenatum et pernoctatum fuit.

Sabato, die 16 maii 1592. In vigilia Penthecostes Ill^mus^ D^nus^ legatus, Ser^ma^ regina, Ser^ma^ archiducissa eius mater audita Missa in Ostrava ducti in curribus

---

[162] *Vide Catalanus III 207–216 (*Ordo ad recipiendum processionaliter praelatum vel legatum*).*

[163] *Melchior Pyrnesius (Pirnesius, de Pirn), 1550 - 26 VII 1607, in Academia Cracoviensi ad doctoratum philosophiae a. 1578 pervenit, protonotarius apostolicus, canonicus ecclesiae collegiatae Brunensis atque ecclesiae cathedralis Olomucensis et Vratislaviensis, praepositus Sternbergensis, ab a. 1589 archidiaconus et ab a. 1591 decanus Olomucensis, epus titularis Nicopolitanus (Nigropolitanus) et suffraganeus Olomucensis die 16 VII 1603 deputatus (ASV Sec. Brev. 383 f. 301–303, 304, 311v, 16 VII, 29 X 1603; Elvert 65 sq.; HC IV 259; Zenon Hubert Nowak, PSB XXIX 513).*

[164] *Lipník (Leipnik), oppidum ad Bečva flumen situm.*

[165] *Hranice (Mährisch-Weißkirchen), oppidum.*

[166] *Nový Jičín (Neu-Titschein), oppidum.*

[167] *Stará Ves (Altendorf), pagus.*

[168] *Ostrava (Mährisch-Ostrau), oppidum.*

discesserunt et iverunt ad oppidum dictum Freiast[169] *[s]*, quod distat a loco, quo discesserunt, per duas leucas; et in medio itineris in parvo loco seu villa[170] pransi sunt. R^mus^ D^nus^ episcopus Olmutii cum equitibus Moraviae, qui Ser^mam^ reginam associabat, transacto ponte[171], qui est extra oppidum Ostravae et confinis inter provi[n^b^]ciam Moraviae et provinciam Sileuciae[172] *[s]*, licentiam petiit a Ser^ma^ regina, et simul cum equitibus abiit, quia equites provinciae Seleuciae *[s]* usque ad suos confines versus Cracoviam Ser^mam^ reginam associabunt, cum quibus equitibus erit R^mus^ D^nus^ episcopus Vratislaviae[173]. Hodie obviam Ser^mae^ reginae venit R^mus^ D^nus^ episcopus Ploschae[174], Polonus, cum aliquibus curribus missus a Ser^mo^ rege Poloniae. Hac die fuit cenatum et pernoctatum in Freistat.

Dominica, die Penthecostes 17 maii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam in suo hospitio, et celebrans in Missa communicavit de Corpore Christi Ill^mum^ D^num^ legatum, librum Evangeliorum et instrumentum pacis in Missa tulit Illmo D^no^ legato osculanda R^mus^ D^nus^ abbas Velligradensis[175]; et remansit in Freistat, sicut fecit Ser^ma^ regina cum aliis.

Feria 2 Penthecostes, die 18 maii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus remansit in Freistat, audivit Missam lectam in suo hospitio et post prandium visitavit Ser^mam^ archiducissam, matrem Ser^mae^ reginae, aegrotantem.

Feria 3 Penthecostes, die 19 maii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam in suo hospitio, qui in hoc oppido Freistat non est ulla ecclesia catholica, cum sint omnes habitatores haeretici diversarum settarum; et post auditam Missam ivit ad prandium cum Ser^ma^ regina, et post prandium rediit ad suum hospitium.

Feria 4 Penthecostes, die 20 maii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam et deinde solus privatim pransus est. Post prandium R^mus^ D^nus^ episcopus Vratislaviae visitavit Ill^mum^ D^num^ legatum, et postea Ill^mus^ D^nus^ legatus ivit ad visitandum Ser^mam^ reginam et Ser^mam^ archiducissam matrem aegrotantem.

---

[169] *Eleuteropolis Tessinensis (Frštat, Freistadt), oppidum ad Olše fluvium situm.*

[170] *Forsitan villa Petřvald (Peterswald) aut Orlová (Orlau) dicta.*

[171] *Pons in Ostravice flumine factus, quod flumen Moraviam a Silesia Tessinensi dividit.*

[172] *Silesia.*

[173] *Andreas de Jerin, 1541 - 5 XI 1596, e Ridlinga (quod est oppidum Sueborum) oriundus, in universitate studiorum Bononiensi theologiae doctor a. 1571 promotus, ab a. 1570 canonicus et ab a. 1578 praepositus ecclesiae cathedralis Vratislaviensis, epus Vratislaviensis a capitulo die 1 VII 1585 electus et die 9 IX 1585 prov., legatus Rudolphi II imperatoris in Poloniam aliquoties missus (HC III 337; Jaitner: Die Hauptinstruktionen 60 ann. 14; Tomasz Panfil, EK VII col. 1184; Szostkiewicz 481).*

[174] *Adalbertus Baranowski.*

[175] *Eggardus a Schwaben (Schwoben), ob. 6 XII 1595, e Regio Monte oriundus, canonicus simulque concionator in ecclesia S. Mauritio dicata Olomucensi ab a. 1576, praepositus ecclesiae collegiatae S. Petri et S. Pauli Brunae ab a. 1580 et Stanislai Pawłowski episcopi cancellarius, abbas monasterii Veleradiensis (Velehrad) Cisterciensis ordinis ab a. 1587 (Elvert 69; Wolný I/2 253 sq.).*

Feria 5 Penthecostes, die 21 maii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audivit Missam lectam simul cum Ser^ma^ regina in suo hospitio et cum eadem pransus est. Post prandium Ill^mus^ D^nus^ legatus, Ser^ma^ regina et Ser^ma^ archiducissa eius mater cum aliis associantibus discesserunt ab oppido Freistat, et Ser^ma^ regina et archiducissa mater cum suis familiaribus cenarunt et pernoctarunt in oppido ex ligno domus fabricatae dicto Serumien[176]. Ill^mus^ vero D^nus^ legatus praeivit ante et se licentiavit a Ser^ma^ regina et Ser^ma^ archiducissa matre causa perveniendi ante eas Cracoviam; et hospitatus est cum suis familiaribus in uno oppido distante ab oppido Schina[177] *[s]* per dimidiam leucam, et ibidem cenatum et pernoctatum fuit. Multi dormierunt supra mensas et scamna.

Feria 6, die 22 maii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa in curru ductus, associatus a suis familiaribus in curribus vectis et equitantibus, ivit ad oppidum dictum Ofscenscin[178] *[s]*, quod est primum oppidum in Regno Poloniae, cum domibus ex lignis fabricatis et constructis, et in arce[179] hospitatus est et pransus est. Post prandium discessit et ivit ad oppidum dictum Zator[180], similiter cum domibus ligneis fabricatis, in quo cenatum et pernoctatum fuit, et aliqui dormierunt super terram in palea. In itinere fuit Ill^mus^ D^nus^ legatus obviatus a R^do^ D^no^ decano[181] et uno canonico ecclesiae Cracoviensis et deinde a R^do^ D^no^ archidiacono[182].

Sabato, die 23 maii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus audita Missa discessit ab oppido Zator et ivit in curru ductus ad unum palatium particulare[183], quod per unam leucam distat a civitate Cracoviae et a loco, quo discessit, scilicet a Zator, distat per spatium sex leucarum; et ibidem pransus est hora 21[184] et in eodem palatio pernoctavit.

Dominica Sanctissimae Trinitatis, die 24 maii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus, episcopus Cracoviae, audivit Missam lectam in una cappella privata dicti palatii, deinde associatus a multis nobilibus viris Polonis ivit versus Cracoviam in curru ductus per dimidiam leucam. Deinde ascendit equum pontificaliter ornatum or-

---

[176] *Strumień (Schwarzwasser), oppidum ad Vistulam situm.*

[177] *Pszczyna (Pleß), oppidum.*

[178] *Oświęcim, oppidum ad Sola fluvium situm.*

[179] *Arx ducum olim Oświęcimensium saeculis XIII–XIV exstructa et saeculo XVI ineunte immutata.*

[180] *Zator, oppidum ad Skawa fluvium situm.*

[181] *Erasmus Dembiński, ob. 1613, Valentini, castellani Cracoviensis, filius, praepositus ecclesiae S. Michaelis in arce Cracoviensi, decanus Cracoviensis, cantor Sandomiriensis et secretarius regius (Kieniewicz 62; Niesiecki III 321; Orzelski 620, 660).*

[182] *Stanislaus Krasiński, 1534 - 11 (vel 12) IX 1598, i.u.d. Romae a. 1565 promotus, secretarius regius ca a. 1566 designatus, scholasticus Gnesnensis ab a. 1568, custos Plocensis et canonicus Cracoviensis ab a. 1571, ab a. 1573 archidiaconus simulque ab a. 1591 vicarius in spiritualibus ac officialis generalis Cracoviensis (Wacław Urban, PSB XV 190 sq.).*

[183] *Domus ampla lignea in Balice prope Cracoviam sita, quae tum ad Nicolaum Firlej, palatinum Cracoviensem, pertinebat (Kazimierz Lepszy, PSB VII 14; Woś: Itinerario 32).*

[184] *Secundum horologium integrum, i.e. ca horam 17.*

namentis rubeis mulae pontificalis, cappa rubea indutus cum galero rubeo pontificali, cruce praecedente ac praecedentibus valisario cum valisia rubea pontificali, suis familiaribus et aliis nobilibus viris et mazzerio cum mazzia equitantibus, ac quatuor parafrenariis pedestribus ante Ill^{mum} D^{num} legatum incedentibus cum quatuor baculis sive hastis^{z}, quorum duo in cuspide habebant duos malleos, prout de more legatorum inauratis, et cum solemni equitatione ivit et ingressus est Cracoviam. Et in itinere fuit obviatus a R^{mis} D^{nis} episcopis Luceoriae[185] et Praemistiae[186] *[s]* ac a d^{no} magno maresciallo totius Regni Poloniae[187] et a multis nobilibus viris Polonis, et postea a R^{mo} D^{no} archiepiscopo Leopoliensi[188] nomine Ser^{mi} D^{ni} Sigismundi, regis Poloniae, qui a civitate absens erat et non bene valens[189]; et ingrediens in civitatem Cracoviae uti legatus et episcopus Cracoviensis, de quo episcopatu fuit provisus a Sede Apostolica, dum Ill^{mus} D^{nus} cardinalis Radzivilius legatus Romae erat tempore felicis recordationis Gregorii XIV nominatione Ser^{mi} regis[190]; et uno eodem tempore fecit ingressum legationis et possessionis sui episcopatus. Fuit receptus processionaliter, et fuerunt servata, quae in libro pontificali dicitur[191], et solitas caerimonias ac consuetudinem inveteratam *[ss]* dictae civitatis Cracoviensis, quae consuetudo non est contra bonas caerimonias. Versiculi et oratio intus ecclesiam cathedralem[192] post cantatum hymnum „Te Deum" etc. fuerunt cantati a R^{mo} D^{no} archiepiscopo Leopoliensi induto pluviali, rogatu R^{mi} D^{ni} *[s]* capituli et canonicorum Cracoviensis ecclesiae; sed crucem osculandam extra portam Cracoviensis civitatis dedit d^{no} legato^{aa} prima dignitas ecclesiae cathedralis Cracoviae[193], et similiter in porta ecclesiae ministravit aspersorium et naviculam incensi ac ter thurificavit Ill^{mum} D^{num} legatum et episcopum Cracoviensem; qui stans apud altare S. Stanislai canonici osculati sunt eius manum, et deinde in loco capitulari praesentibus tantum canonicis iuravit solitum iuramentum ab episcopis novis praestandum. Deinde induit [se^{i}] stola supra rochettum, pluviali et mitra, et accessit ante maius altare et fuit lecta bulla provisionis[194]. In fine post cantatam orationem de S. Stanislao, cantatis antiphona et versiculis et data solemni benedictione „Sit nomen Domini" etc., sine mitra, ante se crucem legationis habens, concessit decem annos et totidem quadragenas de v[e^{ab}]ra indulgentia in forma etc., prout in suis facultatibus legationis[195], quam publicavit unus ex canonicis. Omnibus peractis ivit ad pa-

---

[185] *Bernardus Maciejowski.*

[186] *Laurentius Goślicki, epus Premisliensis.*

[187] *Andreas Opaliński.*

[188] *Ioannes Demetrius Solikowski.*

[189] *Cf. N. 42 p. 77–78.*

[190] *Vide supra, p. XL.*

[191] *Vide supra, ann. 162.*

[192] *Vide N. 42 ann. 15.*

[193] *I.e. Erasmus Dembiński decanus.*

[194] *Vide supra, p. XL ann. 165.*

[195] *Vide N. 16 p. 43 (n. 32).*

latium episcopale[196], quod distat ab ecclesia cathedrali, equester pontificaliter cum cappa rubea et galero pontificali rubeo, associatus a dictis tribus R^mis^ D^nis^ episcopis et ab aliquibus canonicis, et in suo ingressu fuit receptus uti episcopus et legatus. Et multum displicuit Ser^mo^ regi non potuisse honorare, uti cupiebat et volebat, Ill^mum^ D^num^ legatum; sicuti per suas litteras his superioribus diebus, dum Ill^mus^ D^nus^ legatus in itinere erat, significaverat etc. propter suam absentiam a civitate Cracoviensi.

Feria 2, die 25 maii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus cruce praecedente pedester, indutus mozetta supra rochettum, ivit ad ecclesiam S. Francisci[197], quae est vicina palatio episcopali suo Cracoviensi, in qua audivit Missam lectam, osculatus est librum Evangeliorum et instrumentum pacis. Post prandium hora 20[198] Ill^mus^ D^nus^ legatus indutus rochetto et mozetta cruce praecedente equester, associatus a multis nobilibus viris Polonis et suis familiaribus, ivit ad visitandum Ser^mum^ regem Poloniae, qui hodie mane redivit Cracoviam; qui obviam venit Illmo D^no^ legato extra secundam suam cammeram et dedit ei manum dexteram, et in cammera, in qua loquuti sunt, simul sederunt ambo sub baldachino ibidem nemine remanente, sed ipsi duo soli fuerunt, et sic fuit audientia secreta et non publica, quia ita rex voluit; et Ill^mus^ D^nus^ legatus dedit Ser^mo^ regi breve apostolicum S.D^ni^ N. Clementis papae VIII[199]. In discedendo Ser^mus^ rex associavit Ill^mum^ D^num^ legatum, a dexteris eius incedentem, usque ad portam secundae cammerae. Deinde Ill^mus^ D^nus^ legatus ascendit superius ad palatium regium et visitavit in suis cammeris Ser^mam^ reginam veterem[200], olim uxorem felicis memoriae regis Stephani Battorii, et ei breve apostolicum nomine S.S^tis^ praesentavit[201]; visitavit etiam Ser^mam^ infantem[202], sororem Ser^mi^ Sigismundi, regis Poloniae, quae simul cum vetere^ac^ regina erat, et ambae Anna vocantur. Demum equester, ut ivit, redivit ad palatium suum episcopale. Intus cammeram Ill^mus^ D^nus^ legatus benignissime a Ser^mo^ rege receptus fuit, et inter ipsos multa gratulatoria verba habuerunt, uti mihi retulit idem Ill^mus^ D^nus^ legatus.

Feria 3, die 26 maii 1592. Ill^mus^ D^nus^ legatus in habitu itineris rubeo audivit Missam lectam in ecclesia S. Francisci, deinde in curru ductus ivit ad visitandum Ser^mam^ reginam[203], quae erat distans a Cracovia per unam leucam[204], deinde rediit Cracoviam et pransus est. Post prandium ivit ad ecclesiam cathedralem et ibidem cum cappa rubea cardinalari expectavit Ser^mam^ reginam, quae circa ho-

---

[196] *Palatium episcoporum Cracoviensium ad plateam Franciscanorum situm, saepenumero immutatum (Grabowski 145-171).*

[197] *Ecclesia sub invocatione S. Francisci, consecrata a. 1269, postea ampliata et refecta.*

[198] *Secundum horologium integrum, i.e. ca horam 16.*

[199] *Vide N. 6.*

[200] *Anna Iagellonica.*

[201] *Vide N. 9.*

[202] *Anna Vasa.*

[203] *Anna Austriaca.*

[204] *In Balice ad Cracoviam.*

ram[ad] 23[205] ingressa est Cracoviam, associata a magna copia equitum Polonorum more ipsorum optime indutorum et ornatorum. Et Ser[mae] reginae obviam ivit Ser[mus] rex associatus ab aliquibus d[nis] episcopis Regni, ac etiam in curru ducta obviam Ser[mae] reginae ivit Ser[ma] regina vetus vidua. Ser[ma] regina ingressa est in curru ducta; fuit recepta in porta ecclesiae cathedralis a R[do] capitulo et canonicis, quorum unus ex ipsis orationem habuit. Interim Ill[mus] D[nus] legatus stabat apud altare S. Stanislai in medio ecclesiae situm, et fuit a cantoribus cantatus hymnus „Te Deum" etc., quo cantato Ill[mus] D[nus] legatus dedit solemnem benedictionem „Sit nomen Domini" etc. cantando, et alia servata fuerunt, prout consuetum est in Regno Poloniae fieri. Et Ill[mus] D[nus] legatus, episcopus Cracoviensis, postquam Ser[mus] rex et Ser[ma] regina et alii de ecclesia abierunt, rediit ad palatium suum episcopale in curru ductus.

Feria 4, die 27 maii 1592. Ill[mus] D[nus] legatus iacuit in lecto febri laborans.

Feria 5, die 28 maii 1592. In die festo Sanctissimi Corporis Christi Ill[mus] D[nus] legatus in lecto iacens cum aliqua suspitione febris audivit Missam lectam supra altare fictitio in sua cammera praeparato *[ss]*. Et per civitatem Cracoviae fuerunt factae processiones cum Sanctissimo Sacramento, et Ser[mus] rex Poloniae associavit processionem ecclesiae cathedralis, in qua Sanctissimum Corpus Christi sub baldachino portavit R[mus] D[nus] archiepiscopus Lepoliensis *[s]*.

Feria 6, die 29 maii 1592. Ill[mus] D[nus] legatus in lecto iacuit cum aliquo melioramento.

Sabato, die 30 maii 1592. Ill[mus] D[nus] legatus fuit sine febri, sed nihilominus in lecto iacuit, et fuit ab aliquibus episcopis et nobilibus viris palatinis et senatoribus ut his superioribus diebus visitatus.

Dominica, die ultima maii 1592. Ill[mus] D[nus] legatus convalescens de mane in curru ductus ivit ad ecclesiam suam cathedralem in castro regio sitam, in qua expectavit Ser[mos] regem et reginam coronandam pro confirmatione matrimonii, indutus cappa sua rubea cardinalari, sedens in sua sede episcopali in presbyterio sita et sub baldachino accomodata et ornata. Hora competenti venit Ser[mus] Sigismundus, rex Poloniae, ad ecclesiam cathedralem indutus habitu regio albo, videlicet sandaliis, amictu, alba, cingulo, tunnicella, dalmatica et pluviali aureo et corona regia aur[e[b]]a cum gemmis et margaritis, gestans in manu dextera sceptrum regium et manu sinistra pallam auream cum cruce, medius inter duos episcopos Regni Poloniae de more illum sub brachiis tenentes[ae206], praecedente uno nobili[d] viro cum gladio nudo[207] ante Ser[mum] regem. Post regem veniebat Ser[ma] regina coronanda media inter episcopum Franislaviae[208] *[s]* et inter Ecc[mum] D[num]

---

[205] *Secundum horologium integrum, i.e. ca horam 19.*

[206] *Parum probabile videtur id, quod in alia relatione legitur, regem medium inter ipsum card. Georgium Radziwiłł, epum Cracoviensem, et Adalbertum Baranowski, epum Plocensem, processisse (Barycz: Kronika 116).*

[207] *Nicolaus Wolski, ob. 9 III 1630, capitaneus Crepicensis ab a. 1566, gladifer Regni ab a. 1574, marescalcus curiae m. martio a. 1600 nom., postea marescalcus supremus Regni a die 6 VII 1616 (UDR IV/2 n. 170, X n. 413, 457, 480; ADLP F. Aldobr. 4 f. 47, 28 III 1600).*

[208] *Andreas de Jerin, epus Vratislaviensis.*

Georgium lantgravium, oratores caesareos, induta veste ex tela argentea contexta floribus aureis cum margaritis et praeciosis lapidibus, cum crinibus seu capillis sparsis post humeros, cum corona de floribus supra caput, ante illam praeeuntes tres nobiles viri Poloni, quorum unus gestabat coronam auream reginalem, alius sceptrum reginale et tertius pallam auream cum cruce[209]. Post reginam sequebantur Ser^{ma} archiducissa mater, Ser^{ma} Anna infans Sueciae, soror Ser^{mi} regis Poloniae, et deinde aliae nobiles mulieres, matronae et puellae sive damicellae.

Interim vero Ill^{mus} D^{nus} legatus apud altare maius ecclesiae chatedralis accepit deposita cappa rubea stolam supra rochettum, pluviale et mitram praeciosam, et sic indutus in medio altaris remansit. Ser^{mus} rex et Ser^{ma} regina accesserunt ad altare^{af} ante Ill^{mum} D^{num} legatum, et factis inter ipsos mutuis et debitis reverentiis Ill^{mus} D^{nus} legatus nomine et pro parte summi pontificis Clementis VIII ratificavit per verba de praesenti, prout est de more huius Regni Poloniae, matrimonium inter Ser^{mum} Sigismundum, regem Poloniae et Sueciae etc., et Ser^{mam} Annam, archiducissam Austriae et ducissam Burgundiae etc.; benedixit anulos et in digitis anularibus illis imposuit ac illos etiam benedixit. Peracta et confecta confirmatione matrimonii Ser^{mus} rex et Ser^{ma} regina recesserunt et Ill^{mus} D^{nus} legatus deposito pluviali, mitra ac stola accepit suam cappam rubeam cardinalarem et ivit ad sedem suam sub baldachino. Ser^{mus} rex ivit ad tronum suum in medio chori ecclesiae situm et praeparatum, in cuius plano erant duae sedes de velluto rubeo, in quarum una sedit Ser^{mus} rex, altera^{ag} vero a sinistris eius, in qua regina sedere debet, tunc remansit vacua. Regina ivit ad standum et sedendum in sedibus ornatis sub baldachino in choro et sedit apud Ser^{mam} archiducissam eius matrem et Ser^{mam} D^{nam} Annam infantem Sueciae, sororem regis, et alias nobilissimas ac illustrissimas mulieres.

Omnibus in locis stantibus R^{mus} D^{nus} episcopus Cuiaviae paratus omnibus pontificalibus paramentis albis pro Missa celebranda inchoavit Missam solemnem cantatam de Sanctissima Trinitate pro actu coronationis Ser^{mae} reginae, cui inter alios ministros, prout est de consuetudine huius Regni Poloniae, assisterunt R^{mi} D^{ni} episcopi Plocae et Luceoriae respective hincinde ad altare, induti stolis, pluvialibus et mitris, et caerimoniae fuerunt more Poloniae. Post cantatam epistolam Ser^{mus} rex descendens de trono suo, sive solio, accessit ad altare cum suis insignibus regiis et stans ante R^{mum} D^{num} episcopum Cuiaviae, Maioris Poloniae celebrantem, qui in absentiam R^{mi} D^{ni} archiepiscopi Gnyznae[210] *[s]* functus est hoc officio, fecit instantiam et petiit, prout dicitur in libro pontificali de coronatione reginae[211], ut suam reginam sponsam coronaret; deinde rediit ad solium, sive tronum suum, et sedit. Venit regina ante altare associata et ducta a duobus

---

[209] *Diadema reginale ante Annam Austriacam portavit Andreas Leszczyński, palatinus Brestensis Cuiaviensis, sceptrum — Nicolaus Jazłowiecki, capitaneus Sniatynensis, malum — Adamus Sandivogius Czarnkowski, capitaneus Pyzdrensis (Barycz: Kronika 116).*

[210] *Stanislaus Karnkowski.*

[211] *Vide Catalanus I 408–409* (De benedictione et coronatione reginae separatim a benedictione et coronatione regis).

episcopis[212] et associata a Ser^ma^ archiducissa eius matre et aliquibus nobilissimis faeminis; et Ser^ma^ regina genuflexa ante altare fuit uncta cum oleo cathecumenorum in brachio dextero et sub scapulis, et fuit coronata et datum in manu eius dextera sceptrum reginale cum debitis et solitis caerimoniis et prout est in libro pontificali notatum; sed non in totum fuit observatum, prout est ibidem notatum, sed pro maiori parte. Coronata regina R^mus^ D^nus^ episcopus celebrans lavit manus, et Ser^ma^ regina ivit et ascendit ad solium, sive tronum regale, et stetit et sedit apud Ser^mum^ regem a sinistris eius; et fuit cantatus hymnus „Te Deum" etc. Interim Ser^ma^ regina genuflexa permanebat, et ita ei ego per alium significare feci ita debere permanere. Absoluto hymno surrexit, et R^mus^ D^nus^ episcopus celebrans prosequutus est Missam. Ad Offertorium Ser^ma^ regina descendit de thalamo sive trono, et associata a duobus episcopis, videlicet a R^mis^ D^nis^ archiepiscopo Leopoliensi et episcopo Promistaniae[213] *[s]*, accessit ad altare ante d^num^ episcopum celebrantem, et genuflexa osculata est eius manum et dedit ei pro offertorio decem ducatos Ungaros, et rediit ad thalamum regale. Post sumptum Sanctissimum Sacramentum a R^mo^ D^no^ celebrante Ser^ma^ regina accessit denuo ante altare associata a duobus supradictis praelatis episcopis et genuflexit, et R^mus^ D^nus^ episcopus celebrans communicavit Ser^mam^ reginam de Corpore Christi, et communicata rediit ad thalamum regale apud Ser^mum^ regem; et R^mus^ D^nus^ celebrans prosequutus est Missam usque ad finem. In fine Missae post cantatum „Ite^ah^, missa est" Ill^mus^ D^nus^ legatus accessit ad altare et illo^ai^ in medio osculato, detecto capite, vertens renes altari, ante se crucem suae legationis habens, dedit solemnem benedictionem „Sit nomen Domini" etc., interim rege et regina ac aliis genuflexis permanentibus; et concessit indulgentiam decem annorum et totidem quadragenarum in forma etc., prout in suis facultatibus legationis, quam publicavit cantor[214], qui est una ex dignitatibus ecclesiae cathedralis et in Missa cantavit Evangelium. Ill^mus^ D^nus^ legatus osculatus est librum Evangeliorum post cantatum Evangelium et fuit thurificatus a R^do^ D^no^ decano dictae ecclesiae cathedralis, qui est prima dignitas capituli, pluviali induto, eodem tempore, quo Ser^mus^ rex osculatus est librum Evangeliorum et fuit^aj^ thurificatus ab uno ex episcopis pluviali et mitra induto. Instrumentum pacis Ill^mus^ D^nus^ legatus osculatus est post dictum tertio „Agnus Dei" et orationem, prout fieri solet et debet. Sed Ser^mus^ rex et regina post communionem osculati sunt patenam, prout est mos ipsorum Polonorum; et Ser^ma^ regina osculata est etiam librum Evangeliorum post regem et fuit thurificata. Alia prout de more Polono inconfuse et sine ordine.

Absoluta Missa Ser^mus^ rex et Ser^ma^ regina in eodem habitu cum coronis, sicuti fuerunt in Missa, associati ab omnibus aliis, qui interfuerunt coronationi,

---

[212] *Ioannes Demetrius Solikowski, aepus Leopoliensis, et Laurentius Goślicki, epus Premisliensis.*

[213] *Laurentius Goślicki, epus Premisliensis.*

[214] *Ioannes Andreas Krasiński, 14 VIII 1550 - 13 IV 1612, canonicus Gnesnensis et Cracoviensis ab a. 1572, scholasticus Lanciciensis, canonicus Loviciensis et Kielcensis, cantor ecclesiae cathedralis Cracoviensis ab a. 1576 (Henryk Barycz, PSB XV 177-179).*

redierunt ad palatium regale contiguum ecclesiae. Ill^{mus} vero legatus remansit in ecclesia et postea dimissa cappa, indutus mozetta supra rochettum, cruce praecedente ivit ad palatium regium, quod est contiguum ecclesiae, ut dixi, et ascendit superius ad Ser^{mum} regem, qui semper dedit Illmo D^{no} legato manum dexteram, et ei obviam venit ad secundam eius cameram. Fuerunt in caerimonia coronationis exonerati scopli a militibus custodiae Ser^{mi} regis et facta alia signa laetitiae. Tempore convenienti Ill^{mus} D^{nus} legatus a dexteris et Ser^{mus} rex a sinistris cruce praecedente ascenderunt superius ad aulam magnam[215] pro solemni et regio prandio accomodatam et ornatam cum mensis et aliis ornamentis, quae aula est in eodem plano cammerarum Ser^{mae} reginae[216], et similiter Ser^{ma} regina ad dictam aulam venit, et pransi sunt; et eodem tempore etiam in aliis mensis pransi sunt omnes invitati tam viri nobiles quam nobiles mulieres, qui plurimi fuerunt. In mensa regia hoc ordine steterunt: mensa erat collocata et posita supra solium et eminebat alias mensas, per transversum in facie introitus aulae et in capite aulae cum baldachino supra mensam; rex in habitu suo ordinario et non regali, cum bireto de velluto nigro cum diamantis circum, quod biretum servatur in thesauro regio; et apud regem Ser^{ma} regina a sinistris eius cum corona aurea supra caput, habitu reginali, quia ita est de consuetudine in die coronationis comedere, et duo nobiles viri[217] ante illam tenebant sceptrum reginale unus, alter vero pallam auream cum cruce, qui in toto prandio permanserunt; et ambo, tam rex quam regina, sederunt in medio mensae sub baldachino. Ill^{mus} D^{nus} legatus sedit a dextris regis, Ser^{ma} D^{na} archiducissa, mater reginae, a sinistris eius filiae reginae; a dexteris Ill^{mi} D^{ni} legati sedit Ill^{mus} et R^{mus} D^{nus} episcopus Vratislaviae, orator imperatoris; a sinistris Ser^{mae} archiducissae, matris reginae, sedit Ser^{ma} Anna infans Sueciae, soror Ser^{mi} regis; e conspectu R^{mi} D^{ni} episcopi Vratislaviae sedit Ecc^{mus} D^{nus} lantgravius, laicus orator imperatoris. In fine mensae post Ser^{mam} infantem, sororem regis, sedit Ecc^{ma} D^{na} uxor lantgravii, quae est soror consobrina Ser^{mae} archiducissae, matris Ser^{mae} reginae[218]. Absoluto prandio Ill^{mus} D^{nus} legatus et Ser^{mus} rex associarunt Ser^{mam} reginam ad suas cameras et deinde abierunt. Ser^{mus} rex ivit ad suas cameras inferius, et Ill^{mus} D^{nus} legatus redivit ad suum palatium episcopale in curru ductus. In prandio cappellanus Ill^{mi} D^{ni} legati[219] tenuit semper crucem legationis ante ipsum d^{num} legatum, quia ita est consuetum in hoc Regno Poloniae. Ser^{ma} regina vetula vidua, uxor felicis

---

